



Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus plenißimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1620

Conceptvs Qvadragesimales Petri Bessæi.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56314)

CONCEPTVS
QVADRAGESIMALES
PETRI BESSÆI.

Dd' s

LECTORI.

Commode visum fuit hic inferere Quadragesimales
Conciones integrè, sicuti tomo separato antehac edi-
tæ fuère, quò eas coniunctim suo loco reperias, tum etiam
illam in Dominicam Quasimodo aut primam post Pascha
duplicatam.



IN DIE CINERVM.

PARTITIO.

- I. De vi & efficacia Pœnitentiæ.
- II. De cinere ac puluere.
- III. De hominis fragilitate, ac mortis memoria.
- IV. De ieiunio & carnis maceratione.

Memento homo quod cinis es, & in cinerem reuerteris.

FIGVRA.

*Herodot. 2.
Plur. in cō-
uiuio sept.
sapiens.*



OLEBANT Ægyptij, licet alioquin immanitate barbari, vt modestiam sobrietatemq; conuiuio commēdarent, ac gulæ pariter occurrerent, erantiū & caluarniam carne nudatam, medias inter epulas mensæ inferre, vt eā conspectā cōuiuia mortem in memoriam reducerent, vitæque fragilitatis admonerentur, hisce additis verbis: Aspiciate tristem hanc & lugubrem mortis imaginem, ac memores estote, huic vos aliquando similes futuros. Et sane, longo ante tempore, ab ipso scilicet mundi exordio, summus ille Deus, primos mundi incolas pellibus mortuorum animalium conuestiuit, exuuiisque & mortis insignibus circumdedit, vt ita sese busto & tumulo destinatos vivere meminissent. Eandem hodie, Auditores, Ecclesia seruat consuetudinem, quæ vt post tot conuiuia, post tot epulas, post ipsa Bacchanalia, mortis nobis memoriam refliceret, vitæque fragilis & caducæ commoneret, animarum nostrarum mensis mortis infert insignia, coloribus nos cineris & pullis induit, dicens: *Memento homo quia cinis es.* Desine iam ineptire ô homo, iam

satis per plateas petulanter & lasciuie discurristi, iam satis ac plusquã satis vitij indormisti, aperi nunc tandem oculos, reclude palpebras, & vide qui sis, & vnde veneris; iam satis superq; te ipsum iactasti, memineris obsecro, iam te cinerem esse, & in cinerem conuertendum. Hæc vox est pœnitentiæ, hisce verbis animo nostro cinis ipsius memoria ingeritur, verum vt ipse, qui nisi cinis sum, digne de cineribus loqui valeam; ad te confugio sancta Dei genitrix, ac tibi cum paranymphe Gabriele pronuntio.

AUE MARIA.

Quemadmodum rerum omnium creatrix atq; educatrix natura, septem in firmamento Planetas constituit, qui in res hasco inferiores tantum roboris ac virium habet, vt quidquid hic in terra sit, ab eorum fluxu penitus dependeat: ad eundem plane modum, ipsius naturæ auctor gratiæ Deus, septem in Ecclesia sua Sacramenta instituit, quæ tantum in hominū animis roboris obtinent, vt omnis nostra salus in eorum potentia virtuteq; sita esse videatur. De vnica Pœnitentiæ hodierna die locuturus, de reliquis

quis tacebo; neque enim aut Mars aut Mercurius, aut Venus, aut vllus denique Planetarum, adeo rebus hisce inferioribus, ac sacramentum hoc hominum saluti necessarium est.

*Plutarch.
in Romulo.*

Romulus olim, in ipsis vrbis suæ primordiis asyllum instituit, ad quod quicunque facinoris alicuius reus confugisset, omnium scilicet criminum indemnitate consequeretur: ita Iesus Christus, verus noster Romulus, in ipso Ecclesiæ suæ principio, Sacramentum Pœnitentiæ, velut asyllum & locum immunitatis instituit, ad quod quicunque peccatores confugissent, ab omnibus iniquamentis vitiisque liberarentur; hic quippe incæstus purgatur: sacrilegia eluuntur, auaritia deletur, adeo vt nullum peccatum sit, quod hac pœnitentia non emundetur. Cuius insignis figura fuit diluuium illud vniuersale, quod, vt in Genesi legitur, totam terræ superficiem aquis cooperuit, quo edocemur, ipsam pœnitentiam diluuii gratiarum fore, quod omnia animæ nostræ vitia sub vndis lacrymarum demergat. Eluit siquidem omnia & emundat pœnitentia, omniaq; in integrum restituit. Anne meminitis cladis illius, quam in mari rubro Ægyptij perpeSSI sunt? Refert enim historia, quod

Gen. . .

Exod. 14.

ne vnus quidem superfuert ex eis, aut, vt ait David, vnus ex eis non remanserit, qui claudis nuntium in Ægyptum deferret. Mare hoc rubrum, Auditores, ipsa est pœnitentia, sanguine, inquam, & meritis Iesu Christi rubicundum, quod vndis contritionis, omnia peccata nostra, quæ sunt veluti idololatræ Ægyptij, immergit. Ipsa est fuda illa Dauidica, tribus saxis, Contritione, scilicet, Confessione & Satisfactione, armata, ad Goliath Philistaum, id est, peccatum ipsum, qui animæ nostræ insultat, prosternendum. Ipsa est scala Iacob, per quam fideles animæ, instar Angelorum, tendunt ad cœlestia. Ipsa est Iordanis, qui Naamanem à lepra emundat. Ipsa est piscina illa probatica, quæ omni morborum generi medetur. Ipsa est vastus ille cœtus in mari lacrymarum natitans, qui miseros Ionas naufragio eripit, & in littus integros & sospites eicit, solemque gratiæ iterum concedit intreri. Ipsa quoque

Psal. 150.

*Figuræ
quib. pœ
nitentia
denota
tur.*

1. Reg. 17.

4. Reg. 5.

Ioan. 5.

Ion. 2.

est virga illa Moysi, quæ Ægyptiorum serpentes, deuorabat. Quid porro denotas ô virga nisi pœnitentiam? quæ peccata nostra, quæ nihil nisi serpentes, dracones & viperæ sunt, deuoras & digeris. Ipsa pœnitentia est, quam vobis, auxiliante Omnipotentis gratia, toto hoc Quadragesimæ tempore annuntiabo, quæ nisi pullis & tristibus induitur, & non nisi ieiunijs pascitur. Ipsa est cœli filia, virtutum tutela, humilitatis mater, vanitatis hostis, ac meritorum conseruatricis. Ipsa est filia honoraria, & domicella, noua quadam ratione induta, quæ cineres loco auri, cilicia loco deliciarum, & flagra loco insignium gestat. Loquamur prius de eius insignibus, ac deinde de epulis loquemur.

Quamobrem quod ad primum attinet, fuere cineres semper notæ, & veræ pœnitentiæ insignia; ipsi sunt portus, in quem sese animæ ad declinanda fulgura cœlestia & tempestates huius mundi, velut in tutum recipiunt. Niniuitæ ad prædicationem Ionæ in cineribus salutem inuenerunt. Abraham prius cinerum meminit, quam Deum alloqui auderet, dicens: *Ego puluis & cinis loquar ad Dominum?* Achab rex Israel, Dei numen reueritus, in cineribus sese occultauit. Verum patientiæ exemplar Iob nullum nisi in cineribus solatium quærit dicens: *Memento, quod sicut lutum fecerunt me, & in puluerem reduces me.* q. d. Anne in cineres Domine iustitiam tuam exercebis? & aduersus puluerem ostendes potentiam tuam? An non meminit Domine, è puluere me à te compactum, & in puluerem ac cinerem aliquando à te conuertendum?

Merito igitur exclamem, O sacros & vere sanctos cineres! ô cineres vere diuinos! vos, vos, inquam, sopitos deuotionis ignes conseruatis, vos pios affectus excitatis, vos prauos motus refrenatis, vos deniq; omnes animæ sordes eluitis: atq; vt de cineribus lixiuium colatur, ita vos vere spirituale lixiuium è lacrymis colatū facitis, quod omnia mundat, quodq; animas nostras super niuem dealbat, vt vere in Psalmis vates regius cecinerit: *Lauabis me, & super niuem dealabor.*

Sed audite rem magis adhuc mirandam: Daniel sparsis cineribus fraudes & rethnas

sacer-

Dan. 14. sacerdotum Babyloniorum, qui regi & populo imponebant, detexit, quo quid aliud significatur, o homo, quam memoriam te tuam mortis cineribus alpergente, imposturas carnis, fraudes diaboli, & fallaces mundi insidias confestim detectum iri: quæ omnia, non fecus ac falsi illi prophetae, & sacrificuli idoli Babylonicæ, animæ tuæ imponunt. Licet ergo mihi iterum exclamata: o vere regios cineres! hoc enim vos titulo decorabo, quod tres vobis reges & monarchæ eximii decorem addiderint. Primus in scenam prodeat Rex ille Niniuitarum, qui ad Ionæ prædicationem, publica præconis voce, pœnitentiam omnibus suis indixit, sacco indutus est, atque in cinere consedit. Alter sit Achab rex Israël, qui maum Dei sibi imminetem, & vestigia eius iam prementem declinans, in cineribus salutem quaesivit. Tertius vero ipse David, qui non nisi cinericio se perfundebat odoramento, non nisi in cineribus somnum capiebat, nullaque re præterquam cineribus pascebatur, ait enim: *o cinerem tanquam panem manducabam*. O Reges vere reges, o diuinos, sapientes, & vere prudentes Principes! *o nunc, o Reges intelligite*, cur non præ pudore erubescitis? Vos non nisi ludicra, delicias, & tripudia somniatis, & ecce hi antecessores vestri nil nisi pœnitentiam decantabant. Vos gemmis & pretiosis monilibus inceditis rutilantes, & hi cineribus consperguntur. Vos vero Dominæ & Principes, quosnam colores, quænam hodie gestatis insignia? an non vos omnes hodie cineribus conspersas intueor? Non est autem, quod hocce vobis vlli pudori sit, fecerunt id olim matronæ, heroinæ, reginæque, vobis specie & venustate similes, dignitate haud inferiores, nobilitate sane superiores. An non Esther, quæ propter venustatem suam, à Rege Assuero in coniugem adoptata fuit (quippe inter omnes Hebraicas puellas pulchritudine eminens) cineribus sese, veluti aromatibus, perfudit? An non Iudith vidua, inter omnes viduas speciosissima, propter egregiam venustatem, Oculus Israël appellata, loco stibij, & cerussæ, cineres adhibuit, & cilicio lumbos strinxit? An non Israëlites & filia Ierusalem, transmigrationis Babylonicæ tē-

Tom. 1. Bessai Quadrage.

pore, pompis & fuce repudiatis, capita in terram abiecerunt, cinereo sese nimbo perfundentes: vos vero virgines & mulieres, cur non eisdem insigniri vultis insignibus? cum tempus ipsum id à vobis iam postuler, & ipsa ad faciendum inuitet Ecclesia; omnia enim iam vndique cineribus conspersa sunt, nihil præter pœnitentiam omnes cathedræ suggestusque iam reboant. Audite quæso, quoniam modo vobis inclaiment: *Memento homo, quia cinis es.*

III.

O cinerem, o mortem! tu porro homo cineres, & mortem in memoriam reuoca: qui sis, vide, vnde venias, & quo tendas. Recordare originis tuæ, & noli obliuisci dissolutionis tuæ; terra es, de terra ortus, & in terram dissolueris. Verum itaque iam esse fateor vestrum axioma & enuntiatum, o Physici, *Ex quibus unumquodq; componitur, in eadem & resoluitur*. Conditus es e terra, o homo, ideo quoque in terram resolueris; memento ergo quod puluis sis, ecce terminus tuus à quo, & quod in puluerem reuerteris, ecce terminus ad quem.

Mathematici quoque hic me non parum iuuare videntur: hoc enim vnum è præclaris eorum principis est, *Omnes lineæ à centro ad circumferentiam ductas, aequales esse*. Audite, audite paradoxon hoc Reges, Principes, & Orbis Monarchæ, audite. Similes igitur vos estis nobis, *Memento homo quia cinis es*, ab eodem quippe centro venientes; *o in cinerem reuertetur*, etiam ad eandem circumferentiam tendimus. Eidem igitur fato subiecti estis cui nos; non nisi exteriora quædam accidentia sunt, quibus nobis superiores esse videmini. Vos quidem nobis honoribus, gloria & diuitiis antecellit; at vt, nobis morientibus, vos hic superstites remaneatis, fieri omnino non potest.

Memento igitur homo, quia cinis es, memineris te domum illam esse, de qua in Evangelio, super arenas ædificatam, quæ minimo Aquilonis turbine ad terram prosternitur. Certum est, & certo certius omne nostrum esse, non nisi arenam, cinerem ac terram esse, & ad minimum fortunæ flabrum ad terram deiici & prosterni. Quemadmodum enim de mus lob ad primam ven-

Matth. 7.

lob 2.

Ec ti pro-

Iudic. 16.

si processam corruit, & omnes eius liberos opprellit; ita quoque & tu mundi amator, domum tuam, id est, corpus ac vitam, eidem scias fato esse subiecta. prima quæ te inuadit fortuna: procella, eadem eum atque omnes conceptus voluntatesque in momento euerit. Ac veluti Philistinorum domus, statim ac Sampson columnas inferne complexus est, in terram concidit, omnesque principes eadem ruina inuoluit; ita quoque vita tua: res tuæ, diuitiæ tuæ ò homo, eandem fortunæ varietatem vicissitudinemque patiuntur. Omnia namque hæc pereunt, & omnes tuæ cogitationes, sublimesque conceptus ad nihilum deducuntur. Quare, paucis vt concludam, omnia super arenam & cinerem ædificata sunt.

Dan. 2.

Depingit nobis Daniel statuam grandem nimis, cuius caput ex auro optimo, pectus autem & brachia argentea, venter & femora, ærea, pedes vero lutei ac fictiles: ait quoque lapillum quendam de monte descendisse, qui statuam in pedibus percussit, & minutim contractam in cinerem redegit. Contemplare hic, homo, veram vitæ tuæ imaginem: caput hoc aureum, pectus hoc argenteum, ærea illa femora, quid quæso aliud sunt, quam imago honoris, diuitiarum, ac roboris tui: at sita sunt hæc in basi terrea, habes pedes luteos, ita, vt, minimo de fortunæ montibus lapillo ingruente, & cogitationum tuarum pedibus aduolente, in cinerem & puluerem euanescas. An non tibi carere iudicio ac ratione penitus destitutus videretur, qui sublime aliquod palatium super arenam ædificaret? maior sane, mihi crede, tua, ò homo, est dementia, si domum fortunarum tuarum in arenario vitæ huius stabilire moliaris, minimus enim exsurgat turbo, leuis aliquis ingruat motus, aut alia quædam aliunde incidat calamitas; omnia ecce concident, inque puluerem redigentur. *Memento igitur quia cinis es, &c.*

Humana nature encomia ex veteribus Philosophis.

Erratis, ac multum erratis, Philosophi, frustra que in hominis natura indaganda, eaque laudanda, tempus laboramque infumitis: tam præclaris enim verborum præconijs de re nihili locuti estis, de musca Elephantem

fecistis, tu porro Hermes Termaxime, cur hominem *miraculum magnum* ausus es appellare, eoque nihil in mundo dixisti esse præstantius? anne ignorabas præter cinerem nihil esse? Cur tu Pythagora *Deum eum at mortalem* esse dixisti: at si melius & penitus naturam eius indagasses, vidisses forsitan fundamentum eius esse puluerem, medium cinerem; & finem, vermem corruptionemque. Et tu Philosophorum princeps Plato non recte de homine philosophatus es, *diuinum* eum *genus* appellando, itane stirpem & genus condidit deorum? Maior adhuc tua est Plorine audacia, cum eum *quoddam vniuersum*, epitomè, ac veluti omnium rerum repositorium appellare non erubescis.

Ante omnia vero te miror beate Pontifex Gregori, summe Ecclesiæ vertex, te maiori adhuc hominem encomio, Gentilium vestigijs insistendo, condecorasse, cum eum à nobilitate & eminentia, singulari nomina *creaturam* nominari voluisti: explicans enim illud Euangelij; *Prædicare Euangelium omni creatura* per hæc verba, *omni creatura*, ipsum hominem intelligis, cum in ipso vno omnes omnium creaturarum nobilitates & eminentiæ cõtineantur. Esse namque ipsum commune habet cum lapidibus, vitam cum plantis & arboribus, sensus cum bestijs, intelligentiam cum ipsis Angelis; adeo vt, paucis omnia comprehendendo *omnis creatura* merito homo queat appellari.

At solus David bene & pro rei dignitate de homine locutus est, cum ait: *Tanquam puluis quem proicit ventus à facie terræ.* Non es aliud ò homo, quam venti ludibrium: *memento igitur quod cinis es*: memento te nihil esse, & originem tuam vilem esse & abiectam. Agathocles, figuli filius, Sicilia iam rex creatus, veritus fortasse, ne regia dignitate insoleceret; vt prioris sui generis semper meminisset, figulina sibi vasa, vna cum aureis & argenteis ad mensam quoti die voluit inferri. Tu vero, ò homo, etiam figuli filius es; suggerit hoc tibi Iob Propheta dicens: *Manus tua fecerunt me, & plasmauerunt me.* quare licet deinde te Deus ad sceptrum prouerit, diadema capiti imposuerit, ne forsitan in tantis dignitatibus constitutus,

super-

Trismeg.

Pimani.

Pythag.

sententi.

Plato in

Timæo.

Plotinu.

Greg. in

mil. 26. n.

Euanj.

Psalm.

Plutarch.

apophth.

Rom.

Iob. 10.

superbia insolescas, vtque vilis tuæ originis semper memor viuas, ponetibi ante oculos vas hocce luteum, & inter aurum & gemmas, nobilitatem & diuitias, viles hocce cineres iaterferas.

Memento quid fueris, quid modo sis, & quid mox futurus sis; memento quod è cinere factus sis, nil nisi cinis sis, & in cinerem aliquando conuertendus sis, vel vt Ieremias loquitur, *terra ante partum, terra in partu, & terra post partum*, siue vt melius adhuc philosophemur, *Terra in esse, terra in fieri, & terra in conseruari*. Hunc in modum philosophatus est Salomon, & superbos sui temporis alloquens, his eos verbis aggressus est: *Quid superbis terra & cinis? q. d. Nolite adeo efferti aut insolescere vos tumidi, nolite altum sapere: quænam quæso ratio est, vos vt tantopere effertis, cum præter cinerem, præter purum nihil, vanitatemque ipsam, nihil sitis.*

Pauo dimittit plumas visa pedum deformitate.

Non est vlla auis, Auditores, quæ pulchritudine & superbia cum pauone comparatur; vidistis, credo, aliquando, vt plumas explicet, & caudæ pulchritudinem expandens examiner: in qua eximiam pulchritudinem contemplata, libi ipsi applaudens, & superbo incedens passu, gloriatur: verum vbi oculos ad terram deicit, & pedes, quos turpiculos ei natura dedit, respicit, totus confunditur, & confestim plumeos illos fastus exiit. Hic tua sit lectio, ô homo, hic discas oportet. Dum enim in vanitatum tuarum officina plumas honorum venales exponis & ostentas, quando magnitudinem tuam contemplaris; quando longa seruatorum caterua te stipatum vides; inflaris, & in te ipso factus elatior, pauonem imitaris; adeo vt eor angustis pectoris tui spatiis concludi, & aer spiritum pulmonibus tuis nequeat subministrare: At si oculis in terram deiectis pedes contempleris, (*sordes enim in pedibus eius*) ita sordidos, turpes & deformes inuenies, vt quamprimum plumas sis collecturus, deque propria vilitate factus certior, te ipsum humiliaturus.

Terra.

Xerxis Regis factum præclarum.

An non meministis, quod de Xerxe Rege tradunt historici? licet enim hic honorum gloriæque studiosus fuerit, vt qui maxime;

tamen cum quadam tempestate innumerabiles militum copias collegisset, & eas in a- Plutarch. cie constitutas videre magnopere desideraret, summum montis verticem conscendit: è quo cum totum Hellespontum stratum nauibus & terram quaqua pateret, militibus coopertam videret, vbertim illacrymatus est. Mirabantur ad tam insolitum spectaculum duces, tamque inusitati casus causam perentes, dixere; vnde hæ lacrymæ, ô Rex? vnde hic ciulatus? anne iam animum contrahis, & ante tubam pauor occupat artus? tantam hæcenus virtutem, tantum animi virilisque pectoris ostendisti & ita modo in lacrymas, veluti parui animi resoluens? An fortasse Græcorum robur & audacia tibi metum incutiunt? Quibus importune lacrymarum causam postulantibus tandem ait: Non ita viri, non ita, nunquam me animus defecit, nec vlla me vnquam formido inuasit; aliud quid mente voluo, quod mihi lacrymas excutiat. Video hic tot hominum myriades, tot militum millia, quæ hic in aciem produxi, & eheu, post centum annos nullus omnino superstes erit, omnes in cineres conuertentur; atque hæc est causa fletus & lacrymarum mearum, &

quis talia fando Temperet à lacrymis?

1. Æneid.

In tantum, ô cinerum memoria, superbos animos & altum spirantes, deicis & prosternis.

Nec minus admiratione dignum est, quod olim Saladinus, Ægyptiorum regum maximus, fecit: qui cum totum Orientem subiugasset, Occidentem terruisset, Asiam domuisset, totum denique orbem concussisset, vt morti se iam vicinum vidit, in hos ipsos cineres oculos coniecit. Quid eum fecisse arbitrâmini? audite, rem narrabo; Indusium suum à præcone per omnes ciuitatis vicos in hasta voluit circumferri, & alta voce in clamari: Magnus ille Saladinus, Orientis flagellum, Asiæ domitor, omnium populorum terror, vnicum hoc indusium ex omnibus suis trophæis victoriisque secum post mortem defert. ô rem admirandam, & stupore dignam in Rege barbaro! ô vere cineres predicandos!

Platina in Calestino III. B. euirio magn. Chronic. Anno 1493

Hoc nores oportet, Christiane, & ad eius imitationem mores tibi vitæ componenda est. An non ad exemplum barbari huius tyranni conspectis cineribus tuis, & propria vilitate, humilitatem indues? Itaque memento te non ex igne conditum esse, vt stellæ; neue ex aere, vt ventri sed tantum è terra omnium elementorum infimo & vilissimo; adeo, vt totus vilis sis & ignobilis. *Memento igitur quia cinis es. non sufficit: & in cinerem reuerteris.* Montes quidem complanabis, vales complebis, in fine tamen moriere. Ostenta te quantum volueris, iacta te quantum potueris, fortitudine sis Hercules, deliciis Lucullus, Babylonias turres ædifices; memento tamen te nihil esse præter cineres & in cineres aliquando reuerturum.

Vos quoque mulieres, quæ instar nympharum inceditis ornata, instar reginarum luxu diffuitis, instar deorum neçtate. verba eloquimini, exigua huius ressera, quæ hodie vestris auribus ingeritur, nolim obliuisci. *Cinis es. & in cinerem reuerteris.* Cadent aliquando turtita illa, & mitellata crinium fastigia, peribit ementitus hic & fucatus color, putrescent delicata illa membra, & comptulum hoc corpusculum in vilissimos cineres conuertetur. Memento igitur quia cinis estis. Non est autem, cur ab hoc faciendo deterreamini, ipsi nobis Ethnici hac in re prælucent, qui cinerum semper memores fuerunt.

Ælian. lib. 8. Var. 6. 35.

Refert Ælianus memorabilem sane de Philippo Macedonia rege historiam: quem ait, vt mortis & cinerum perpetuo recordaretur, puerum habuisse, qui hac eum quotidie mane salutatione exciperet, & cinerum mentione facta mortis ei memoriam refricaret: Memento mori Rex, vel vt alii, Memento te hominem esse, & rex, ac si diceret: Expergiscere Philippe, noli sceptris illis indormiscere, mortem cogita: memento te cinerem esse, & in cineres reuerturum. Vos, ô Principes Christiani, symphonia & in omni instrumentorum genere è somno excitamini; æ gentilem illum regem mortis memoria excitabat.

Metrul. lib. 1. cap. 2.

S. Ioannes Eleemosynarius, Patriarcha Alexandrinus, vt semper horum cinerum

reminisceretur, sepulchrum suum fieri mandauit, ac nunquam id perfici passus est; voluitque, vt quotidie eum aliquis interrogaretur accederet, quando sepulchrum tuum Domine perfici iubebis? *Quin & ad veterum Imperatorum coronationem, inter tot pompas, tot festiuitates, tot fastas vulgi acclamaciones, multi marmorarij & latomi accedere solebant multa marmorum genera portantes, qui alta voce inelamarent; E quo marmorum genere sua sibi Maiestas tumulum parari vult, vt hac ratione conditionis suæ coronandus admoneretur. Quid amplius? Inter ceteras leges suas hanc quoque vnam esse voluit. Laconum ille legislator Lycurgus vt mortuorum bustuaria & cœmeteria in ciuitatis medietullo constituerentur; Vt hoc modo iuueatus lasciuens, & omnes omnino mortales, mortis memoriam semper in animo haberent. Confundunt me, ô Christiani, ethnica illa nationes, & cum hos cineres maiore ab ijs honore affici, & amore foueri video, quam explicare ipse dicendo queam, erubescio. Iam igitur valete ô benedicti cineres, hac tamen lege, vt vos ego semper ante oculos habeam & infixos in animo geram, semper in corde semper in mente.*

IV. Explicauimus hactenus pœnitentiæ indumentum, expandimus vestes illas pullas Ieiunia & cinericias, & colores depinximus, qui sunt pœnitentiæ animæ effulgere solent: iam pœnitentiæ ad epulas eius accingamur. O sacra ieiunia! epula. ô diuinam abstinentiam, ô sanctam. Quadragesimam: Vos estis pœnitentiæ nostræ delitiæ: imo vero ipsa ieiunia sunt epulæ dignæ Regibus, dignæ Angelis, dignæ Christo Iesu: pretiosiores longe epulis Cleopatras, splendidiore Lucullianis, magnificetiores conuiuio Aslueri. Epulæ in quibus ipsa mensa ablatis loco mensa est; rapes, mapparum; radices, missuum; conchæ, valorum; montana, sedilium vicem occupant; & torrentes porum subministrant. Epulæ, quas Moses in planitie Sinai inchoauit, Elias in monte Horeb profecutus est, & arabo quadraginta diebus; epulæ quas in dissuetudine abeuntes, Iesus Christus in deserto Palæstine iterum in cõsuetudinē reuocauit. Vides hic vbi que

Plutarch. in Lycorg.

Plutarch. in Lucull. Esch. 1.

Exod. 19. 3. Reg. 19.

vbique quadraginta dies hæretice tam in desertis, quam in montibus, tam in nouo, quam veteri Testamento? quibus nos nostram Quadragessimã repræsentari putamus.

Ion. 3.

Sic vt olim Deus Niniuitis quadraginta dierum spatium concessit, intra quos poenitentiam agerent, ita & nobis eadem sua benignitate quadraginta hocce dies ad peccata nostra deploranda elargitus est. Expergiscere igitur hæretica, adhuc quadraginta dies, & Ninive subuertetur, nisi hisce quadraginta diebus poenitentiam egeritis omnes simul, eribit. Erat olim populus Israeliticus quadraginta annis per vastam solitudinem, antequam ad terram promissionis perueniret, modo siti exhaustus, modo fame enecatus, semper in ærumnis, semper in angustiis degens. Quo quid aliud edocemur, quam prius in beatitudinem, quæ vere terra promissionis est, nos peruenire non posse; quam quadraginta dies, in deserto mundi huius, in siti, in fame, in ieiunijs, & asperitatibus, & veræ sanctæque poenitentia actibus traduxerimus. Pertulit Noe quadraginta diebus in arca, iniurias cæli, procellas maris & rabiem diluuij; deinde vero post emensos labores, atque ærumnas magno cum gaudio in montibus Armeniæ conuenit. Ita quoque, ô anima mea, si in æternis illis cælorum montibus gloriosa, & exultans aliquando cupis conuiescere, in arca poenitentia reclusa, quadraginta his diebus diluuium quoddam poenarum, ærumnarum, flagitiorum, asperitarum, austeritarumque prius perferas, necesse est.

Num. 11.

Gen. 8.

Anne igitur nobis figuræ defunt, ad facrum hoc quadagesimæ ieiunium confirmandum & stabilendum? Tunc igitur hæretice, inimice ieiunij, amice ingluuiei, Epicuri de grege porce nouum hoc & confictum existimas? anne tibi recenter videtur ingestum & intrusum? peperitne factum arbitraris? anne abusum putas? anne superstiosum ducis, hæc ratione poenitentiam agere? anne nos tuo erramus iudicio? anne fallimur? peccamusne facientes, quod ante nos Moses & Elias usurparunt, Christus stabiluit, Apostoli denique Apostolicisq; viâ perpetua & pia obseruatione custodierunt.

Inualuit iã à tot seculis sancta hæc Quadagesimam iam ab annis millesexcentis eius vsus in Ecclesia viguit. Testatur id omnis antiquitas, confirmat id sanctorum Patrum veterumque omnium consensus. Inter ceteros loquentem hic audiamus Hieronymum:

Nos vnam Quadagesimam secundum traditionem Apostolicam, anni tempore nobis congruo obseruamus. Eadem omnino scribit ad Philippenfes Ignatius, Apostolorum æqualis: eundem secuti sunt magnus Mediolanensium antistes, Ambrosius, doctus ille Afer Augustinus, Basilius, & Theophylactus Græciæ lumina, præ cæteris vero Origenes. Quam ampla & quam præclara de Quadagesima nostra testimonia!

Tom. 2. ep. conr. Mōtan. & in O'ea c. 18. a Homil. 2. ad pop. b epist. 86. c 213. c Orat. de ieiunio. d

O castam & sanctam Quadagesimam! nullum esse sani iudicij reor, qui te non amplectatur: quippe quæ nos in paradysum restituit, è quo gula & ingluuies nos extulerat: quæ vitia comprimis, mentem eleuas, virtutem largiris & præmia: ô bellicum & martium ieiunium! quæ carnem edomas, mundum expugnas, & demones, teste in Euangelij Domino, fugas, hoc genus demoniorum non eicitur nisi in oratione & ieiunio. O felix & triūphans ieiunium! maior adhuc tua vis est & potentia: ut pote quæ ciuitates & oppida vna cum ciuibus periculis eripis, quæ obfessos liberat, & pacem cõciliat. Video nãque vastam illam Ninitem te amplectari, ac publica præconis voce indicere, vt & bestia ieiunarent; video diuinæ vindictæ iacula in muros illius vt bis vibranda per te auerti. Per te quoque populos conseruatos considero, vt præ cæteris Hebræos, qui monitu Estheris triduo ieiunantes Amanum, qui sanguinem eorum ardentissime sivebat, ad laqueum coegerunt, & cruenti decreti sententiam, quod in perniciem omnium, qui in regis Assueti regno versabantur, conditum erat, reuocarunt. O potens ieiunium! tanta porro in cælis est potentia; tantaque tua in supernis auctoritas, vt si quando antiqui illi Patriarchæ & propheta aliquid à Deo obtinere cupiebant, vt S. August. testatur, ad te vnum veluti ad singulare remedium confugerent, & vnicam abstinentiam mediaticis loco adhiberent.

In Canon. Apost. c. Ho mil. 50. in Leuit. Effectus ieiunij admirabiles. Matt. 19. ton. 3. Esth. 4.

Quare in-
sticua
Quadra-
gesima.

Si vero causam instituti ieiunij, & Qua-
dragesimalis abstinentiæ, scire desideres,
scias eam ad corpus castigandum, edoman-
dum, & macerandum potissimum esse insti-
tutam. Corpus hoc, Auditores; tyrannus est,
qui perpetuum cum ratione atq; intellectu
bellum gerit: vorax Esau est, qui propter rem
nullius momenti, propter minimum gulæ ir-
ritamētum, ius omne quod ad gloriam sem-
piternam consequendam habebat, sacrile-
ge vendit, misere prodigit, ac nequiter dis-
perdit, atque ideo furore percitum intelle-
ctum & rationem, velut germanum suum Ia-
cob, semper prosequitur.

Gen. 3.

Caro hæc nostra altera Eva est, quæ rati-
onem non fecus atque illa Adamum, po-
mo illi voluptatis proposito, tendat & diu-
xat. Ipsa est subdola illa atque versuta Dalila,
quæ mentem, ut illa Sampsonem, in vo-
luptatem sinu reclinaram, in soporem indu-
cit, soporatam hostibus prodit, ac vendit, &
peccatis, id est, Philisthæis, vincitum tradit.

Iud. 16.

Gen. 39.

Ipsa est pellax illa & scelerata vxor Putipharis,
quæ rationem, sicut illa castum Iosephi
adolescentis animum, tentat, & ad peccan-
dum pellicit: quæ cum voti compos fieri ne-
quit, amore in odium & rabiem conuerso,
carceri eam, hoc est, molestiis & iniqui
mancipat. Edomanda est igitur, & subiugā-
da ieiunij, verberibus ac flagris coercenda,
& ut Paulus ait, *in laboribus, in vigiliis, in ieiunij,*
exercitanda.

2. Cor. 6.

Tob. 6.

Allegoria.

Piscis ille immanis, in mari natitans To-
biam deuorare conabatur, sed Angeli moni-
tu in siccum extractus palpitare cœpit, &
expirauit. Piscis hic ingens, nostra est ca-
ro, quæ per mare voluptatum euagata, ani-
mam in magnum discrimen adducit: verum
vbi in litus & siccitatem pœnitentiæ proie-
cta est; quamprimum comprehensa supera-
tur, nam, *Luxuriat raro, non bene pasta caro.*

Ad ieiunia; ad lacrymas, ad suspiria, ad
pœnitentiam igitur recurrendum est, Audi-
tores, armaque aduersus hoc nostrum cor-
pus, hostem hunc domesticum sumenda
sunt. Audiamus animantem Paulum: *Ca-*
stigo corpus meum, & in seruitutem redigo.
Imitemur veterum Anachoretarum exem-
pla; Audiamus Hilationem (teste Hierony-

Tom. 2 ep.
in vita Hi-
larionis.

mo) aduersus corporis petulantiam & pro-
teruiam, insurgentem, & hisce id verbis allo-
quentem: *Ego a ille faciam, ut non calcitres,*
nec te hordeo alam, sed paleis; fame te conficiam
*& siti; graui onerabo te pondere, ut cibum po-
tius cogites quam lasciuiam.* Consideremus
quid egerit sanctus ille Euagrius, qui mul-
tos annos in summa asperitate, in deserto
Thebaidis vitam traduxit: hic cum quo-
dam tempore ita in corpus suū sœuiret, ut ad
sonitum verberum & flagrorum rupes atque
valta solitudo resonaret, & à quopiam ad-
moneretur, ne ita in seipsum efferafceret, ac
tergo dilaniato parceret; magna animi con-
stantia respondit, *Quiescat ille, & quiescam*
*ego: desinat me bellua hæc oppugnare, equi-
dem desinam expugnare.*

Euagrii
vita au-
steritas.

O fortes & generosos athelatas! o pugna-
ces animas! Sumite & vos iam animos,
mundani, in membra vestra sœuite, corpus
hoc vestrum per ieiunia & pœnitentias casti-
gate, refractarium est, fateor, & petulans; at
refrenandum est. Imitemini illos solitudinis
incolas, aut potius reges clamantes, *Humi-*
liabam in ieiunio animam meam. Obedite voci
Dei, *Conuertimini ad me in toto corde vestro, in*
ieiunio, & fletu, & planctu, reuertere igitur pec-
cator, reuertere conuertere ad me ex toto
corde tuo, ieiuniis, suspiriis, gemitibus, sin-
gultibus, & planctu gratiæ meam impetrato.

Psal. 34

loel. 2.

Paratum cor nostrum Domine, paratum est,
decreuimus te iam per deserta vsque ad Cal-
uaria montem sequi; cruces & clauos tole-
rare, parati sumus sanctificare ieiunia, cele-
brare Quadragesimam, corpora castigare,
atque omni pœnitentiarum genere te nobis
placabilem & propitium reddere. Sed cheu!
quid iuuat proposuisse & decreuisse, si ipse
non disponas, & benedictionem superaddas;
tu igitur qui gratiam dedisti, qua sancta
hæc Quadragesima: ieiunia inchoauimus,
eandem nobis conserua, ut ad finem vsque
fideliter perseueremus. Concede igitur Do-
minæ ut te per ieiunia, per sudores & æru-
mnas, per labores & discrimina, vsque ad
passionem, imo ad mortem vsque in hoc
mundo sequentes, ad te in altera vita se-
quendum resurgere mereamur.

Amen.

FERIA

Partitio.

- I. De iustificatione militaris animi.
- II. Quis Centurio appellandus?
- III. Qui milites Centurionis?
- IV. Quis paralyticus servus Centurionis?

Cum intrasset Iesus Capharnaum accessit ad eum Centurio. Matth. 8.

FIGURA.

MAGNVS ille bellator, summus item Rex, ac non minor Propheta, David, cum quodam tempore seruum viri Amalecita, in agro semianimem, & extremos prægritudine vix trahentem spiritus, ab omnibus destitutum reperisset; commiseratione interius commotus, necessaria ei suppeditari, ac diligenter eius valetudinis rationem haberi præcepit. At videas hodie non regem, sed Centurionem in scenam prodeuntem, qui cum seruum paralyticum diuexamtum videret, misericordia motus, magnum amoris erga eum sui signum declarat, Iesu Christo pro sanitate eiusdem supplicat, & magno animi affectu pro salute eius pium Dominum deprecatur. Ac quemadmodum David rex, Amalecita sanitati restituto, egregiam de hostibus victoriam consecutus est, ita quoque Centurio hic, propter infirmitatem quem in serui inualetudine declarauit charitatis affectum, Dominum recto suo meruit accipere, præclarumque de vitiis suis triumphum referre. Hæc sunt, quæ hodiernum nobis Euangelium denuntiat, quæ vobis, salutata prius simpliciter gloriosa Virgine, ac Deipara Maria, enarrare decreuimus.

AUE MARIA.

Inter omnia, quæ digna sunt quibus in admirationem rapiamur, quæque præter communem rerum ordinem videntur accidere, principè merito sibi locum vindicat ipsa peccatorum destructio, atque animarum à vijs

iniquitatis ad Deum conuersio: id enim maximum est, & omnium, quæ è cælo proficiuntur operum longe præstantissimum, quod nihil aut maius aut admirabilius infinita illa virtus, atque infinite potens, in hoc mundo potius est producere. Ita nempe id allegerit Doctorum omnium Princeps, ac Principum Doctor D. Thomas, dicens: *Maximum opus Dei est iustificatio & peccatorum remissio.* docuerat quippe eum Propheta regius, *miserationes eius super omnia opera eius.* Ipsa quoque mater Ecclesia, vt egregij huiusce documenti nobis memoriam refliceret, in Officio suo quotidiano his Dominum verbis deprecatur, *Deus qui parcendo & miserendo potentiam tuam maxime manifestas.* Ita profecto res agitur, ò numen æternum miserando, scilicet infinitam tuam potentiam demonstras. Notate paradoxon, attendite prophetias, at, quis credet auditui nostro: ita tamen sese res habet. Ipsa quidem mundi creatio vere mirabilis extitit, peccatorum iustificatio, mihi credite, longe est admirabilior. Vnico momento Deus, mundum condidisti, vnico momento ex nihilo omnes omnino creaturas velut in aciem produxisti; at vt vniam originalis peccati turpitudinem aboleres, quinque ipsis annorum millibus distulisti, ac triginta tres annos, vt ad effectum opus perduceres, distulisti. Illic vnicum tantum verbum dixisse oportuit; *Dixit, & facta sunt;* hic pati & mori neesse fuit, nam *oportebat Christum pati, & ita intrare in gloriam suam.* Hic opus, hic labor est.

Sit itaque fixum & indubitatum, Auditores, nihil esse in mundo, peccatorum conuersione admirabilius, at conuersionem militum ante omnia esse admirandam. Deus bone, quanti hoc laboris opus, quantæ difficultatis quam inaudita metamorphosis est, ex truculento ac feroci leone humilem & mansuetum agnum, ex diabolo Angelum, ex barbaro & idololatra Christianum, ex mundi milite, athletam & pugilem facere Iesu Christi? Attendite quid in hunc sensum propheta Daniel de magno illò & superbo Nabuchodonosore scripserit, quod scilicet in bestiam prius commutatus sit, quam

1. 2. q. 112.

Psal. 144.

Psal. 143.
Luc. 24.

Militem
conuersio
difficilis.

Dan. 4.

adi

ad prædicationem Prophetæ conuertetur. Mandauerat quoque Dominus Moysi, petra tantum præcipere, vt aquam effunderet, ipse vero adiunxit idus, atque virga eam percussit, & vix adhuc credebat, aquam ex ea posse scaturire. Ad eundem plane modum, vt militaris & bellicæ anima, quæ petrae instar in peccatis obduruit, conuertatur, non verba, nec demulcens aut blandus conuersionis sermo sufficiunt, at baculo opus est, addendæ minæ, & omnes Euangelicæ machinæ in vsum violenter conglobandæ, & vix dum ad penitentiam permouebitur. Quæ, Deus, molis est, piratam in mari liberratis plenæ velis euagantem, ad penitentis littora deducere, vbi quietus dormiat & quiescat. Hic desudandum est, hic non secus ac Mathematici in quadratura circuli inuestiganda, totis viribus elaborandum est.

Ingens profecto miraculum fuit aquam e petra Sinai profluxisse, at vero multo maius, admirabiliusque est, aquas deuotionis lacrymarumque, e rupibus marijs, id est, animis militum profluentes inueniri. Iuuabunt nos hac in parte non parum Philosophi naturales: docent illi namque Elementa in sibi similem qualitatem facile posse transmutari; verum in dissimilia, nihilque inter se commune habentia difficulter admodum transmigrationem contingere. Ignis enim & aer, cum simul in aliqua qualitate reperiuntur, facile inter se consentiunt; at aqua & ignis, qui omnium dominium rerum inter se partita sunt, & perpetuum inter se bellum gerunt, se mutuo enecant potius & perimunt, quam consentiant. Hinc non adeo mirum est, inflammari aerem, & igneas fauillas eiaculari; verum vndam exaltuantem videre, & ignem instar aquæ molliter diffluentem, omne miraculum excedit. Ad eundem quoque modum, non tanta admiratione dignum est, vulgarem quempiam peccatorem, qui pietate aliquatenus adhuc afficitur, quique remorsum semper aliquem intrinsecus sentit, conuerti, & tandem vitam in melius commutare, flagitiaque sua lacrymis eluere; quam hæc omnia in milite contemplari, quem Poeta suis coloribus depingit, dicens:

Nulla fides, pietasque viris, qui castra sequitur.
Vos autem milites, qui pro Principū vestrorum salute arma geritis, qui prouincias fur-
tis & latrocinij non exhauritis, qui; Eccle-
siam vestris armis ac sanguine tuemini, non
hic fugillo, sed potius de prædico: at prædo-
nes illos modo alloquor, peruersos illos rap-
tores iam tægo, hos mea solum fecit repre-
hensio, tales namque difficulter admodum ad
bonam frugem reuertuntur. An non Petrus
inter milites Dominum negauit? an non Iu-
das cum militibus familiaris agens magis-
trum suum prodere didicit? an non omnia
Passionis Dominicæ tormenta milites excogitarunt, & eorum pars prima extiterunt? Ipsi tibi milites, bone Iesu, vincula iniicere, te flagellauerunt milites, milites faciem tuam conspuerunt, iidem ipsi milites super vestem tuam miserunt sortem, alapas tibi impegerunt, cruce te confixerunt, lancea latus tuum perforauerunt, ad crucem te compulerunt, ipsi denique milites blasphemijs & contumelijs te imperauerunt, & sepulchrum tuum valido præsidio custodierunt. Horresco referens. Ab his igitur hominum monstris, impijs & sacrilegis quid speres boni, quid honesti expectes?

Audite me milites. Video crudeli illo & plusquam tragico passionis tempore monumenta aperiri, elementa plangere, rupes findi, solem deliquium pati, cælum horrendum in modum detonare, totam mundi machinam obstupescere, terram tremere, & denique quidquid in rerum natura est, lugubrem & fœcibrem habitum induere; & vos solos sine vlla formidine aut metu, in summitate montis Caluarie, sub cruce, aleis video tempus fallere. An non igitur merito in conuersione militis obstupescimus? an non etiam vos Auditores stupabitis, cum vnum vobis hodierna die vere ad Dominum conuersum in scenam produxero? Centurionem inquam, tanta ad Deum humilitate animique dimissione accedentem, vt nihil vnquam vidisse simile Dominus ipse testatus sit. Rem gestam describit Matth. & mirabilem eius conuersionem ob oculos ponit, dicens:
Cum intrasset Iesus Capharnaum accessit ad eum Centurio.

Peto igitur à vobis Auditores, vt me con-
fessionem eius, seruique ægritudinem in ta-
bella Euangelica verbis depingentem beni-
gne pro vestra consuetudine audiatis.

H. Centurio hic, quantum ex historiae serie
intelligere fas est, Gentilis fuit, ac centum
militum caput, qui audita miraculorū quæ
Messias per Iudæam faciebat, fama, & si-
mul cognito, seruum suum paralyti grauer
distineri, in Israel descendit, remedium mor-
bo eius quæsiturus; & accedens ad Iesum, o-
culos lacrymis suffusus, interius miseratione
commotus, ac genu in terram prostratus,
hac eum oratione aggressus: Dignitates mi-
raculorum tuorum Domine, oraculorum
tuorum fama, & fides quam in animo con-
cepi, te verum Messiam esse; meam me pro-
vinciam relinquere, ad te supplicem veni-
re coegerunt. Cerne obsecro, Domine, mi-
serimum & infortunatissimum omnium,
qui vnquam vixere, mortalium. Vnicus mi-
hi feruus erat, fidelis, quemque vt fratrem
complectebam, & qui fidum hæcenus mihi
ministerium exhibuit; & hunc, nescio quo-
nam meo fato, domi meæ paralyti lecto affi-
xit, ac miserum in modum diseruiat. Eius
ego causa langueo, & cum morientem do-
loribusq; exhaustum videns, ipse emorior.
Itaque Domine laboranti nec non & mihi
eius domino, propter eum supplicanti, beni-
gne succurre.

O charitatem humilitatemque prædican-
dam: ô admirabilem, ac plenum fide, commi-
seratione, & virtutibus militem! Potes iam
hic sapiens, intueri, q̄ tantopere in heris er-
ga seruos suos videre desiderabas: *Si est tibi,*
inquit, seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua,
quasi fratrem tuum tracta. Audite quæso do-
mini, documentum hoc sapientis: si vobis
sint serui, nolite in eos exandescere, aut cū
ijs insolentius agere; vt fratres illos habeto-
te, imitemini egregium hunc & benignissi-
mum Centurionem, inquam,
vere admirandum.

Magnus ille naturæ indagator Plinius in
India, non procul à promontorio, cui nomen
Nymphæum, petram esse ait, quæ semper
exæstuet, ac flammam continuo eiacularur:
quod singulari quodam naturæ miraculo

Tom. 1. Bossi Quadrage.

contingere arbitramur. At contemplantini
hic miraculum longe admirabilius, videbitis
vtique ad Iesu Christi pedes, in terra Israel,
petram Martiam prostratam animam, vt sic
dicam, loricatam, flammam pietatis eiacula-
tem, & charitate penitus exæstuantem Mo-
ses stupet ad visionem rubi in solitudine Si-
nai ardentis, & eam visionem magnam ap-
pellauit. Ad nos potius ô Moses, iam descē-
de, & ad maius spectaculum conspiciendum
è caelo ad nos aduola; videbis hic militē, aspi-
cies centurionem, contemplantaberis rubū, in
medio deserti & solitudine gentilitia, arden-
tissima charitate flagrantem.

Exod. 3.

Hic adeo benignus & cōmiseratione ple-
nus actus alium mihi haud multum dissimi-
lē, quem S. Lucas in quadam Parabola de-
pingit, reuocat in memoriam. Illic namque
miseriordem Samaritanum, in hominē gra-
uiter sauciatum incidentem, atque ex equo
descendentem, vulneraque eius obligantem
intueor, hic vero non Samaritanum, sed Pa-
ganum, sed Centurionem ethnicum, qui co-
gnoscens seruum grauer à paralyti torque-
ri, ad Christum confugit, vt humili depre-
catione sanitatem eius obtineat.

Luc. 10.

Adis huc, ô pie Centurio, eleua paulisper
cassidem, exue lorica, arma sepone, & edif-
fere nobis, quamnam personam sub titulo &
nomine Centurionis geras. An non, deposi-
tis militaribus insignibus, animam nostram
exprimes; quæ quia centum & amplius donis
locupleata, est, & gratijs dotata, Centurio-
nis nomine merito poterit appellari? Hic
igitur sensus est allegoricus. Humilis hic
Centurio animam nostram denotat, quæ cē-
tum potentis imperans, præter innumeras
alias facultates, quæ seruorum in ea locum
obtinent, cum vel minimum affectum inor-
dinatum paralyti spirituali viderit torqueri,
ad Christum refugium habet, fide armata
eum aggreditur, & simul scuto fidei, gladio-
que orationis munera impetrat, quod po-
stulat.

Anima no

stra Cētu-

rio est.

Gen. 12.

An non iucundissimum oculis spectacu-
lum fuit, Iacob in ripa Iordanis tota nocte
cum Deo luctantem videre, & penes hominē
victoriam stare? at multo iucundius nobis
hodierna die spectaculum proponit Euange-
lium,

ff

lium, Centurionem videlicet nostrum, qui anima nostræ typum gerit, cum eodem Deo verum carne circumdato, luctantem, & victorem summa cum gloria recedentem, & à victo hocce virtutis testimonium audientem, *Non vidit tantam fidem in Israel*, videte gloriam: *fiat tibi sicut vis, ecce victoriam.*

3. Reg. 17. Miratus sum non raro vbi à paruo illo & abiecto opilione David, monstruosum illum Goliath vnica fundæ iactu vidi prosterni, prostratumque armis & exuijs expoliari. Ignosceas, porro mihi Domine Iesu, si demissius, quam tuæ dignitatis ratio postulat, de tua maiestate sentiens, cum Goliath audeam conferre; quippe qui te ab humili hoc milite, vnico orationis & obsecrationis ictu, magis miser, quam à Dauide gigantem, prosterni & expugnari, ò vere generosum Centurionem, ò vires & efficaciam orationis!

Iob. 7. Et sane Centurio hic nostra est anima, ipsa est hic miles, quæ iam inde ab incunabulis, iam inde à primo ortus sui tempore, bellantem & luctantem videris, cum teste Iob, *vita hominis militia sit, super terram* Quis ille loquendi modus est? nū enim ait hominem, militem esse, sed vt euidentius miseriam nostrā detegeret, calamitatemque vitæ huius exaggeraret, totam hominis vitā in hoc mundo, non nisi militiam esse testatur. Sanctus autem Apostolus Paulus inter arma & bella educatus, certaminibus & pugnis assuetus, quam aperte, nobis præliandū esse, demonstrat: *Non est, inquit, nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem.* ac si diceret: Excuba & vigila ò anima, omnem in partem circūspice: non est tibi cum solo corpore digladiandū, sed aduersus principes & potestates, aduersus rectores mundi tenebrarum harum, dæmones scilicet infernales. Itaque noli pauore consternari, aut metu exallescere; neque enim de numero gregario es, sed Centurio *& puer tuus*, id est, affectus tuus, *iacet in domo paralyticus.*

Hieron. in parab. Luc. 16. Solent Arithmetici & Mathematici numerum centesimum ceteris anteferre, ac magnas in numero rotundo vires cōstituerent: scater namque prodigis, vt ait Hieronymus: hic numerus diuinitatem redolet, vt Beda & Origenes: anima quoque, nostra cen-

tum dotib. & facultatibus decorata est Ipsa Beda & enim totius nature veluti repositorium est, *Origen. in parab. de 100. ann. Exod. 18. Genes.* quod in summi apud Iudæos sacerdotis veste exprimi videmus. nam quemadmodum in illa diuersæ rerum imagines efformatæ erant, ita & in anima summi illius hominis, omnis eius essentia, omnes dotes, & omnes 7. omnium creaturarum perfectiones comprehensæ sunt. Quemadmodum etiam in arca Noe omnia animantium genera continebantur; ita & anima, tanquam in grandi quadam arca, omnes perfectiones, donaque gratiarum conclusa sunt.

III. Ipse quoque Aristoteles dicit, Plato asseret, atque adeo omnis Philosophorum chorus vna voce affirmabit, animam nostram Centurionem, & centuplicem esse, mille scilicet aut amplius facultatibus insignitam: dicit, eam Monarcham esse quæ regnum quoddam perfectionū moderetur, quæ tres vicarios habeat generales, Memoriam, Intellectum & Voluntatem: quin etiam tres his subiectos, Potentiam nempe Vegetatiuam, Sensitiuam & Intelligibilem; quæ instar trium sunt Chiliarcharum, mille legiones, mille cēturias, mille cohortes sub se habentium. Et quamuis earum prima in plantis, altera in animalibus, tertia vero in solo homine reperitur; non tamen tres diuersas in homine animas constituunt; at vnā in essentia & tres facultatibus ac potentis. Ipsa iterum Vegetatiua, tres nouos actus ex se producit: Gignit enim ad perpetuam cōseruationē sui, Adauget ad cōmodū indiuidui, & Nutrit ad perfectionē subiecti. Quot vero sub earum singulis pedites, quot milites & gregarii numerantur? Nutritiua potentia quatuor duces habet; vnum scilicet ad cibū ingerendum, alterum ad digerendum, tertium ad retinendum, quartum ad egarendū. Nondum autem hic finis. Sensitiua quoque decem potentis veluti decem militū tribunis cincta est, qui ordines dirigat, qui imperent, & summo cū imperio in castris versentur: quinque sunt intra regni limites cōstituti, & quinque extra prouinciam: foris quidem sensus quinque exteriores: visus, auditus, odoratus, gustus, tactus; interius vero quinque sensus interiores, sensus communis, vbi

Animæ
cies metæ
phorice

vis imaginatiua, æstimatiua, phantastica, & memoria. An non hi centesimum numerum excedunt? an non vere cum Iob dicere poterimus, *Non est numerus militum eius?*

Iob 3.

Anima dominatur infinitis locis.

Verum alia quadam ratione rem inuestigamus: an non anima plusquam centum locis regnat & ijs dominatur? nunquid tota est in toto, & tota in qualibet corporis parte constituta? Sensus regit in capite, nervos in cerebro, medullam in ossibus & sanguinem in venis. Dentis facit masticare, linguam huius qui stomachum digerere; arteriis pulsus, pulmonibus spiritum, hepatis calorem, cordi vitam, atque omnibus denique membris motum elargitur. Omnia ossa innumera, cunctas compages, venas, arterias, musculos, cartilagineas, examina, & centena millenaque inuenies, in qua Centurio hic dominatur. *Homo sum, inquit Centurio, sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic; Vade, & vadit: & alii, veni, & venit, & seruo meo, Fac hoc, & facit.* Hæc in te quadrant, anima mea: centum virtutum genera in te continet & totidem pœne peccata eis aduersantia; tu primum ad te vocas, & aliud à te dimittis, atq; ita semper tibi obtemperatur: tu quippe es turris illa Dauidica, de qua in Canticis scribitur, quod mille clypeis pendet ex ea, & omnia armatura fortium. Tu es pastor ille Evangelicus, centum oves, centum scilicet doctores & gratias, in prædicatione huius massæ patens, de quo in Evangelio dicitur, *Quis ex vobis homo qui centum habet oves, & si perdidit unam ex eis, &c.* Tu quoque villicus es, centum olei cadus domino tuo debens: centum quippe à Deo, domino & magistro tuo, gratiarum dona in villicationem accepisti, quarum tibi apud illum reddenda est ratio. Tu denique seruus ille es centum debitor denariorum. Sed notis hæc & vulgaribus relictis noua, & non audita afferamus. Moses indicto concilio, communi populi suffragio, Centuriones & tribunos constituit, qui eundem & regerent, & suum vnique ius, vt par erat, redderent. An non hinc edocemur, anima, in te primo quod Deus in mundo habuit concilio, ab eodem Centurionem

esse constitutum, vt tantas copias quas in hoc tuo corpore collocauit, regeres, & oēs gratias potentiasq; diiudicares.

Dubitabitne igitur aliquis, animam Centurionis dignitate effulgere? non quidem existimo. Videat potro ille cæcæ hinc spirituales suas copias, quibus instar Centurionis imperat, præter eas etiam, quas in terra propriæ originis conscripsit, recensentem: egregium ille proculdubio agmen videbit, & validum vndeunque contractum exercitum. Paulus vndeque contractum exercitum. Paulus producit in aciem tres fortissimos Principes, qui virtutes Theologicæ appellantur; Fidem scilicet, Spem & Charitatem, eosque in Corinthiorum finibus ostentat. Salomon è terra Sapientiæ quatuor insignes magnates profert, qui virtutum Cardinalium nomine decorantur, Iustitiam, Prudentiam, Fortitudinem & Temperantiam. Isaias armat & instruit Spiritus sancti dona, milites scilicet selectissimos & bellatores fortissimos. Ecclesia quoque octo beatitudines velut primipilos emittit. S. Paulus adhuc duodecim legiones, velut auxiliares copias, duodecim nempe Spiritus sancti fructus, idque Galatarum nomine conscribit: quinque etiam sensus spirituales sub titulo Philippensium. Video insuper duas alas & turmas aduentare, vnâ scilicet duodecim fidei articulos, quam Apostoli simul omnes conducunt; alteram vero, decem Decalogi præcepta, quam Moses è longinquis adducere regionibus videtur. An non hic ingens militum asmerus, & copiosum agmen bel- lantium: an non anima igitur verus Centurio est, verus miles, verus dux, cum tot legiones, & agmina suo vnus regi videt imperio? Ipsa est, hic Centurio, qui tanta fiducia, tanta humilitate, tantaque charitate, totque donis ornatus ad Christum accedit, quem ipsi Iudæi laudant, cuius causæ Apostoli patrocinantur, quem denique Saluator noster demiratur. Aiunt Iudæi, *Diligis gentem nostram, ipse nobis Synagogam edificauit, æquum igitur est Domine, vt supplican- tem exaudias, addunt Apostoli, Dignus est, vt hoc illi præstes: non est sacrilegus, templi expilator, calicem direptor, cæpaniliū demo-*

Spiritualis acies animæ virtutibus constans.

1. Cor. 13.

Sap. 8.

Isa. 11.

Matt. 3.

Gal. 5.

Philipp. 2.

litor, altarium profanator, sacerdotum iugulator. Non est, Domine, iconoclasta, peregrinationum exhibitor, aut Quadragesimæ, carnes illicitè comedendo, contempтор: licet namque gentilis sit, erga religionem afficitur, pietatè demonstrat, Synagogas ædificat. Ad quæ omnia tandem velut concludens ipse Dominus subiicit. *Non inveni tantam fidem in Israel.* Hem quæ laus quantaque gloria est, ò miles, à principe suo laudari, sed quanta ab eo qui simul & Deus sit, nam

Herat. Principibus placuisse viris nō infimalam est. Nunquid inanis gloriolæ vento extolleris Centurio? non equidem timeo. Satis namque humilitatem tuam video, cum te clamantē audio. *Domine non sum dignus, v. inires sub tectum meum.* Quo plus extolleris, eo te plus deprimis; quo magis laudaris, eo te ipsum viliores ducis: ò vere igitur dignum militem, militem qualem me vix memini vidisse! militem omni virtutum genere armatum!

IV. Ignosce quæso Centurio, si diutius quam par sit, hic te morer, iam tempus est, vt te dimittens ad seruum tuum orationem conuertam, qui in domo paralyticus iacet, & male torquetur: iam namque tempus foret, vt & tu eius sanitatis ratione haberes, & ego nomen eius indagarem. Quis vobis hic seruus paralyticus fuisse videtur, Auditores?

San. 4. Cum dixerim Centurionis nomine animam nostram quam scitissime designari, ratio ipsa & reuerentia postulare videtur, vt hunc ipsum seruum paralyticum distentum, corruptam nostram esse dicam concupiscentiam: illa namque vere seruus est, vt diuina nobis litteræ insinuant; *sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illi:* seruus inquam à primo ortus sui diè ægrotans, toto vitæ tempore languescens, & nisi eum liberet, ad finem vsque vitæ, paralyticus futurus, hoc quippe illi malum, peccatum originale peperit. Hem miserum appetitum quam fractus es, & languidus, quam elumbis ab ipsis ortus tui iniurijs; *aces in domo paralyticus,* in animæ tuæ penetralibus; *& male torquetur,* ieiunare non vales, ollicio ferendo non sufficis, penitentia non afficeris. Quænam hæc ægrotudo, q̄

gravis paralyticus? Denique appetitus iste pessime habet, & dire excruciat, sanarique haud quaquam potest nisi dominus eius & magister, nisi Centurio, quem animam diximus Christum accedat, proque eius sanitate deprecetur dicens, *Domine, puer meus iacet paralyticus.*

Attendite quæso mysticas significaciones; & ponite vobis ob oculos hominem illum, de quo in Euangelio, ab Ierofolymis in Iericho descendentem, & incidentem in laterones, qui despoliantes eum, & plagis impositis, semiuiuo relicto, recessere. Videte quoque Samaritanum misericordia commotum, accedentē, vulnera alligantem, & curam eius haberi mandantem. Hæc porro de prædatio & iugulatio in paradiso terrestri contigit; cum scilicet infelix eius incola Adam, ab Hierusalem in Iericho descendens, è gratia scilicet in peccati exitum (pro infelicem & infaustum descensum!) in horrendas dæmonum, atrocium, inquam, latronum, manus incidit, qui omnibus eum gratijs denudarunt; atque ita plagis nostram appetitiuem vim confecerunt, vt moribundam & grauiter aduſq; mortem fauciatam reliquerint: cuius si Christus, verus ille Samaritanus, non miseretur, nunquam ab ægrotudine sua sanaretur, & perpetua paralyti cruciaretur.

Quid porro tu denotabas ò mulier, quæ sanguinis fluxum duodecim annis passa es, quæ in medicos omnem substantiam erogaueras, & à nemine nisi à Messia potuisti curari? aliud nihil, vt equidem credo, quam ægram nostram concupiscentiam, quæ à nemine, nisi Christi Iesu manib. iuuari potest. Tu quæ ò paralyticæ ad piscinam aquæ morum expectans, qui iam triginta octo ipsos annos infirmitate laboraueras, an non misera illa & corrupta concupiscentia nostra es, quæ iam à quinque annorum millibus infecta est, quotidie expectans donec Christus Iesus descendat, & benedicta gratia eius aqua commoueat? Exclama igitur peccator, & audacter Christo medico vulnus detege, ac morbum tuum aperit, dicit confidenter; *Puer meus iacet in domo paralyticus & male torquetur.* Vere mali, quia malum,

lum paralyticus est; vero inquam *male*, quia iam malum longa inualuit mora. & nisi supernaturali quadam ratione, ac nisi miracula adhibeantur, sanari nequit.

Vos vero o animæ deuotæ, Centuriones inquam, animosi & masculi, an non in vobis ipus paralyticus hanc aliquando experimini? An non aliquando intestinum hoc bellum animum vestrum diuexat? cum nimirum Spiritus aduersus carnem armatur, & caro aduersus Spiritum concupiscit. Anne adeo in vobis ipse sensus obstruit, vt nihil penitus persequatur? Audite quomodo ipse Paulus his affuetus bellis exclamet, *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ.* Erant olim in familia ac domo Abraham duæ mulieres, Sara videlicet hera & Agar ancilla; numquam inter eas conuenit, numquam illæ pacem inter se habuere, sed continua rixæ, ac perpetuum inter eas fuit dissidium. Vna quippe vxor erat materfamilias, altera solum concubina, atque ideo semper inter se rixabantur; dicebat enim Sara, *Eccc ancillam & filium eius.* Duæ illæ mulieres litigiosæ rationem & concupiscentiam denotant, quæ in domo & familia hominis semper inter se digladiantur: caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Vna hera est, scilicet ratio; altera serua, nempe concupiscentia: vna casta est & legitima; altera pellex & concubina peccatis implicita: ac semper inter se belligerantes; & *Eccc ancillam* (id est, appetitum) exclamat Sara, quæ Ratio designatur.

Pastores Abraham & Lothi qui fratres inter se erant, de pascuis quotidie rixabantur, & perpetuo in agris litigabant: *Vnde & facta est rixa inter pastores gregum Abraham & Lothi.* Quibus edocemur, facultates animi & appetitu sensitiui, qui veluti duo fratres vterini sunt, numquam in pace & quiete sed perpetuo in dissidio & iurgio versari.

Iacob & Esau, iidem fratres, etiam in ventre matris Rebeccæ, inter se collidebantur: quo quid aliud quàm certamina & prælia, quæ spiritus, per Iacob designatus, & concupiscentia, per Esau denotata, inter se gerunt, signifi-

ficatur? Sunt enim instar fratrum, qui inter se semper digladiantur, & se mutuo in ventre hominis collidunt. Hem quæ certamina, quæ paralyticus! Respice igitur anima seruum tuum, qui *sa. et in domo paralyticus, & male torquetur.*

Resinquamus porro has figuras, & ab ipsa natura documentum requiramus: Ecquæ vero certamina, ecquæ dissidia sunt inter solem & terram? Videmus solē à terra, quæ tetros semper vapores exhalat, oppugnari, vt hac ratione eius lumen obfuscet: illinc vero solem fulgura aduersus eandem eiaculari, ingentique fragore ac tonitru eandem percellere. Eheu! id ipsum quod in rerū natura contingere videmus, & in anima nostra accidere certissimum est. Quot enim hinc passionēs & tentationes aduersus spiritum terrena hæc & infima pars excitat; tot illinc ieiunia, tot pœnitentias, tot austeritates aduersus carnem cœlestis illa pars, ad eius motus retundendos ac reprimendos opponit.

Audite rem, Auditores, notatu dignissimam. Vix ecce mundus creatus erat, & en figura tibi in ipso rerū primordio statim inter Cain & Abel bellum crudelissimum, ecce tibi duellum, & iniusta oppressio. Quid porro aliud, vos o fratres infelices, quam diram illam concupiscentiam denotatis, quæ instar Caini iam à sui ortus principio arma aduersus spiritum corripit, vt eum de medio tollat?

Finem porro iam allegoriarum faciamus? & vos mirari desinite, si pius hic Centurio magna animi demissione ac supplex Christum oraturus accedat, si oculis ploret, si corde gemat, si ore singuliat, denique si lingua ad sanitatem seruo suo petendam lametetur. Docet ille, Auditores, omnibus nobis de paralyticæ concupiscentiæ sanitate esse quam maximè laborandum, vt ea perfacta maiestati diuinæ libere obsequi possimus.

Quemadmodum enim socrus Petri lecto affixa, & ardenti febris exstans (*tenebatur enim magnis febribus.*) vix sanitati fuit restituta, quin Christo, qui eam sanauerat, sedulo

Simile.

Insignis mam.

Gen. 41.

Allegoria. Luc. 4.

Psal. 15.

ministraret, & surgens ministrabat ei. Ita quoque in animo fieri videmus: quamprimum enim atque impia illa nouerca, appetitus scilicet, iam ab initio, protoplasti Adami peccati paralyti diuexata, & ardentibus febribus distenta, ad integram sanitatem redijt; statim lecto surgens, omne nobis obsequium defert, ac nobiscum in Deo, qui ei medelam contulit, laudando & collaborat. Ita namque Regius vates, qui id re ipsa expertus erat, testatur, *Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum: insuper & usque ad mortem increperunt me renes mei*, quo loco per renes appetitum intelligit, qui vbi à ratione dirigitur, non parum ad odium aduersus peccata concipiendum iuuat; ac nobis veluti calcar subdit, memoriamque præteritarum vanitatum refricat. Quamobrem expergiscimini animæ piæ, ac Deo, pro sanitate miseri huius serui sine vlla intermissione supplicare. Agite Christiani, curam seruorum vestrorum, vbi morbo detinentur, suscipite, nolite eos deserere, aut ad nosocomium ablegare, sed misericordiam seduli huius Centurionis exemplo illis demonstrare: si vero paralytici sunt hæretici, obsequium eorum ne admittatis, at Deum pro salute eorum deprecemini.

Vos porro milites, ad quos iam ab initio mea collimauit oratio, iterum iam ad finem alloquar necesse est. Discite, obsecro, ab hoc insigni Centurione ad Deum in necessitatibus confugere; discite huius exemplo feritatem exuere, & blasphemias, quas in Deum & Sanctos euomit, valedicere, discite ab hoc bellatore fidem, humilitatem, charitatem, atque omnium virtutum exercitia; discite ab hoc milite, proximi necessitatibus succurrere, compilationes, rapinas ac prædas relinquere & laudabilem sine vlla reprehensione vitam traducere.

Vos autem Christiani, hinc discatis oportet, quotiescunque ad sacram Communionem accedendum est, cum pio hoc Centurione præ animi demissione exclamare, *Do-*

mine, non sum dignus, ut intris sub tectum meum, Luc. 15. ut te scilicet anima mea hospitio recipiat: *Haud equidem tali me dignor honore.* Merito quidem patri filius ille prodigus dicere poterat, *Pater, iam non sum dignus vocari filium tuum*: me vero, quo magis prodigus in mundo nemo vnquam exstitit, maiori profectio iure; cum lacrymis ac suspirijs, gemitibusque; inenarrabilibus clamare par est: *Quid te, ô Pater æternæ, ad me dicis venire, me inquã, qui creaturæ nomine, nedum filij, prius indignus existo: Obstupuit non parum B. Virginis cognata Elizabeth vbi Messæ matrem ad ædes suas venisse vidit & præ stupore & admiratione exclamauit: Vnde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? E-* *Luc. 1.*

heu, Domine, cum te in domum meam audio velle descendere, vltro quin etiam ad te inuitare, obstupesco, & præ admiratione non possum quin exclamem: Vnde mihi hoc, ut veniat Dominus meus ad me, qui penitus indignus sum? Vere, inquam, hac tanta tua beneuolentia ac gratitudine indignus; hoc quippe Angelorum est: *sed tantum de verbo*, cessare modo, impera tantum, & animam hanc paralyticam persanabis. Sana igitur illam Domine, & hic artis tuæ specimen præbe; sana pariter omnes facultates eius. Omnia namque membra eius languent, omnia paralyti distenta iacent: memoria quippe tui penitus oblita est, volûtas ad te diligendum torpet, intellectus in beneficiorum tuorum recognitione penitus excæcatus est; sana igitur omnia, restaura vniuersa; cõfirma hunc paralyticum, & Centurionis huius precibus & suspirijs victus, postulat is annue; ut tibi herus iuxta ac seruus, anima inquam, simul & appetitus, fidum in hac vita obsequium exhibeant; expectantes hic interim, donec ambo te medicum & veluti Esculapium suum, in altera celebrent & glorificent. Amen.

FERIA VI. POST
CINERES.

Paratio.

- I. De peste odii.
II. De dilectione inimicorum.
III. De odio proximi.
IV. De Amnistia, & vindicta cupiditate.
V. De duellu perduellium.

Audistis quia dictum est antiquis: Diliges proximum, & odio habebis inimicum: Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros.
Matth. 5.

FIGVRA.

2. Paral. 9. **I**N vestibulo ac primo porticu splendori illius Salomonici templi, omnia sanguine stillasse, securium ictibus perstrepuisse, & sacrificiorum nidore redoluisse, Sacris literis proditum est, Auditores: at intorsum omnia splendore ac maiestate plena existisse, nihilque interius reperum quia animum simul & oculos mirum in modum recrearet; illic quippe manna, & mensa panibus propositionis semper instructa visibatur. Templum autem hoc Ecclesiam nostram typus fuit: cuius introitus & quodammodo vestibulum, Iudaeorum fuit Synagoga, in qua prater secures iustitiae, sanguinem vindictae, & holocausta castigationis nihil audire aut videre fuit; interius autem, per quod Ecclesiam Evangelicam notari putamus, prater pulchritudinem, salutem, & misericordiam, nihil reperitur. Manna quippe gratiae illic semper custoditur, & mensa charitatis ferculis semper instructa, panibus amoris, pacis, indulgentiae, reconciliationis, misericordiaeque ditata. Docet hoc Evangelium hodiernum; *Audistis, quia dictum est antiquis: Diliges proximum, & odio habebis inimicum.* Ecce introitum & initium, ecce Synagogam; videte secures, videte sanguinem. *Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros.* Ecce interius atrium, & adyton, ecce pacem Evangelicam, videte manna, videte panes charitatis: Verum ut pro dignitate rem tam

praclaram & sublimem dicendo explicare possimus, ad Spiritum sanctum accedendum est, ac gloriosissimae Virginis, quam verbis Angeli salutabimus, ei intercessio offerenda.

AVE MARIA.

Tradit in Apophthegmatis militaribus Plutarchus, fulmen illud Africae Scipionem iam devicta Numantia, a Rege Tircia, quae captivum in vinculis apud se habebat, petiisse, quam fieri ratione poruisset, ut vrbs illa, quae tanto tempore Romanorum viribus restitisset, tantillo tempore, & tam facili negotio modo fuerit expugnata: ac miserum illum regem cum lacrymis respondisse: Non est quod mireris, o Scipio, nam *Concordia non Apophthegmatis* *Concordiam, discordia exitium peperit.* Quod *gma.* autem captivus ille Rex olim de vrbus dixit, maiori equidem ratione a quorundam iure de animab. id nostris dicere poterit; Concordiam, scilicet, charitatem dilectionemque fraternam ijs victoriam conferre; discordiam vero, inimicitias, odium & vindictam appetitum, exitium. quod etiam longe verissimum est: nihil est enim, quod illas aut citius perdat, aut truculentius opprimat, aut denique crudelius in eas saeviat, quam odium & inimicitiae inter fratres & proximos concepra.

Hae porro Sallust. Romanae primae historiae sententia est: *Concordia res parvae crescunt, discordia maxima dilabuntur.* Pace tua Crispe liceat mihi Christiana phrasi, verba tua paululum convertere, & meo loquendi modo dicere: *Dilectione animae parvae crescunt, odio maxima dilabuntur, imo moriuntur.* Dilectionemque proximi pusillas animas promovet, perficit, atque immortales reddit; at inimicitiae & odium easdem retrahit, conficit, usque exitium & mortem adfert. Odium nempe letale venenum est, quod res etiam mortem nescias morti subicit.

Tradunt naturae indagatores, veneni quoddam genus adeo letiferum & noxium esse, ut omnia prius quibus continetur vasa exedat, quae eum, in cuius pernitiem paratur, offendat. huic non ab similibus rancor est, quin & multo

multo pestilentior: prius enim animam necat & occidit qua concipitur, quam proximi, in quem concipitur.

Vipera nalcens matrem interimit.

Idem ipsi naturalium rerum scriptores scripserunt, viperam matrem nascendo enecare, & crudeli parricidio natalem suam commaculare. Odium, serpens vipera longe venenosior est, quod ubi erumpit & nascitur, animam, quæ in infelici omine concepit, mortem adfert. Proferam vobis ex veteri Testamento figuras. Superbus ille Aman, Mardochei hostis infensissimus, præ rabie spumans, rancore crepans, odio exardescens, cædis & minarum spirans, furem erigi iubet, in qua inimicum infamæ laqueo suspendat; sed odium in auctorem rediit fabamque necis quam alteri machinabatur, in caput suum cudit: *suspensus est itaq; Aman in patibulo quod parauerat Mardocheo.* Idem quippe penitus in anima mortaliū pestis hæc facit, quod olim Samson in Philistinorum artibus cupiens enim iniurias simili iniuria vlcisci, seipsum vna cum cæteris ruina inuoluit. O infelix anima; putas te inimicis exitum parare, & (prò dolor!) te ipsam enecas, ac tibi ipsi perniciem causaris.

Esth. 1.

Iudic. 16.

Apoc. 6.

Quando oculos, Auditores, in monstrum illud, quod D. Ioannes in Apocalypsi graphice depingit, conijcio. *Eccæ equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi mors, & infernus sequebatur eum,* videre mihi odium & rancorem video; monstrum, inquam, illud horrendum, informe, ingens: vere enim equus pallidus est, luridus, ac macie confectus suprema; cuius fessor mors est, & quem infernus perpetuo stipat. Semper enim odium mortem secum trahit, animasque supplicii sempiterni inuoluit. Vide te, obsecro, truculentissimi & sanguinis fientissimi, qui præter vindictam nihil spiratis, ac mortiferum interius odium occultatis, mala & exitia, quibus vos ipsos inuoluitis & immergitis. Idem plane vobis contineo vtretes aculeo fixerunt, aculeum simul & vitam amittunt; vnde hinc olim vates ille Regius cecinit, *Circumdederunt me sicut apes.* Idem quod olim tortoribus Chaldæis, qui cum iussu Regis Nabuchodonosor fornacem ac-

Apes aculeo vtretes emoriuntur.

Psal. 107.

odium

cenderent, in qua tres pueros incendio consumere cogitabant, flammâ ipsimet prius consumpti sunt: *Porro viros illos qui miserant Sitarach, Mica, & Abdenago, interfecit flamma ignis.* O infelices animæ, veri satanz carni-fices, ipsis illis ignibus & fornacibus, quibus inimicos vestros consumere satagitis, sæpe vos ipsos consumitis. Eadem vobis fors est quæ olim Ægyptiis, qui cum odio & rancore Hebræos prosequerentur, eos perdere parantes, seipsum prius vndis maris perdiderunt: *Rouer, æque sunt aquæ & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerant mare, nec vnus quidem superfuit ex eis.* Et vos odio inflata & præ iracundia tumentes, persequendo iniurias, cum inimicis vos vestris mortem afferre arbitramini vos ipsas sæpenu-mero fluctibus maris, iustitia ipsa rubentis, immergitis. O odium! ô nimis infelix odiū, quomodo in miseris quas dementasti animas, sæviriā exeres!

Dan. 3.

Exod. 14.

Impia illa & infernalis pellex Herodias, aduersus vocem illam clamantis in deserto, aduersus Anachoretarum illum principem, Ioannem Baptistam odio exastuans, prætulit caput eiusdem dimidio regni Iudaici, quod Herodes saltanti puellæ obtulerat: *Rex ait puella: Pete à me quod vult, & dabo tibi, & iuravit illi, quia quidquid petierit dabo tibi licet dimidium regni mei:* illa vero odio rabida, statim postpositis omnia, in discipulo Ioannis Baptistæ postulauit. At longe grauiora tua sunt opera in anima quam in uadis, infernale odium: cogis enim illam, vt appetitum vindicandæ iniuriæ regno cælesti præferat. Eadem tu, ô rancor abominande, cum animabus vindicæ cupidus agis, quæ olim crudelis ille Ammonitarum Rex Naas cum viris Iabes Galaad: prius enim ille pacem aut fœdus inire velle se negauit, quam omnium oculos eruisset: *In hoc seram vobiscum fœdus, vt eruum omnium vestrum oculos dextros.* Ad eundem modum & tu, in hoc enim conniteris, vt prius animæ non reconcilientur, quæ passionū suarū crudelitatem exersuerint. Narrabo aliam huius rei peridoneam historiam. Crudelis ille & barbarus Ammonitarum Rex Hanoa missos à popu-

Allegoria

Marc. 6.

Reg. 1.

à popu-

à populo Israel legatos in morte patris eum conſolatu-
ros, tanta ignominia excepit, vt dimidiam barbæ partem iis raſerit, & veſtes eorum ad medias vſque nates præſciderit, atque ita ludibrio habitos ac deformatos domum remiſerit. O crudelitatem inauditam! ô infamiam & ignominiam intolerabilem! Audire, hæc illa beneuolentia eſt quam odium, vel Satan auus eius, crudelis ille Hannon, quotidie legatis Ieſu Chriſti, id eſt, animabus Catholicis demonſtrat: veſtimen-
ta carum charitas eſt & amor, duabus conſtans partibus amore ſcilicet erga Deum, & amore erga proximum. Quando igitur Satan amorem proximi euellit, & ſemina odii eius loco inferit, dimidiam barbam abradit, præſcindit veſtem illam nuptialem, atque animas ita deformatas ad Deum remittit. Dauid porro noſter, Chriſtus inquam, ignominia hac exacerbat, vt errorem hunc corrigeret & vindicaret, clamat in Euangelio hodierno, *Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros*, quaſi dicat. Nolite amplius de iniuriæ vindicatione agere ô homines, ignoſcite delinquentibus, diligite inimicos veſtros; ego enim præcipio vobis inimicos veſtros diligere. Magna quidem tua pulchritudo eſt, ô charitas, at maior tamen tua neceſſitas: tu es enim gemma & ſol ille mundi, ſine quo viuere non poſſumus. Magnus ille orator Cicero, de amicitia, quam ciues ipſi inter ſe colere debent, ſermonem inſtituens, adeo eam mundo neceſſariam dicebat, vt ſolis lumine porius quam ea catendum putaret; *Solem*, inquit, *è mundo tollunt, qui amicitiam ab hominibus tollunt*. Quid enim totus orbis eſſet, clara hac face orbatuſ: quid vero eſſent homines hac præclara virtute deſtituti? Philoſophus etiam Empedocles dicere ſolebat, pacem & amicitiam principium eſſe naturæ, & fundamentum rerum omnium. Non inueniet hoc fortaliſſis locum in rebus naturalibus, aſſeuerare tamen auſim amicitiam & charitatem Chriſtianam principium & fundamentum omnis eſſe pietatis; adſtipulatur mihi hic D. Paulus, qui charitatem *vinculum perfectio-
nis*, & omnium virtutum ligamen vocat.

Reuocare in memoriam parabolam illam
Tom. 2. Beſſai Quadrageſimæ.

Euangelicam de fermento, quod acceptum
mulier abſcondit in farina ſatis tribus donec fermentatum eſt totum. quod nihil eſt aliud quàm ipſa charitas quæ amorem DEI, amorem proximi, & amorem ſui facit exſurgere; an non hic tria farinarum ſata? Charitas deniq; eſt regina virtutum, meritorum radix, fidei fundamentum, ac bonorum operum principium. Quærite igitur virtutem hanc, & inimicos veſtros diligite.

Parua quidem hæc, quæ dicta ſunt hæcenus: audite maiora: nõ eſt iam amplius morte vitendum Iudaico, non eſt nobis illa ſanguinis auida Synagoga imitanda: obediendum eſt legi Euangelicæ, diligendi ſunt inimici. Obſtupuit olim Moyses videns rubum ardentem, & tamen incombustum: ſed deſignabat hoc prodigium, aliquando fore, vt ignis charitatis in corde inimici, quod verus inimicitiarum rubus eſt, & in quo ſentes & ſpinæ vindictæ ſuccreſcunt, exaſtuaret.

Magnum profecto miraculum fuit ad preces Eliæ ignem deſcendiſſe, & omnem lignorum ſtruem, tam humidorum quam aridorum ſubito incendiſſe: *Cecidit autem ignis Domini, & vorauit holocauſtum, ligna & lapides, puluerem quoque & aquam, qua erat in aqua ductu, lambens*. Denotabat hoc ad noſtri Eliæ, Domini ſcil. Ieſu Chriſti, aduentum, ignem charitatis: è cœleſtib. habitaculis deſcenſurum, qui amicos ſimul & inimicos ambureret, vnum per humiditatem, alterum per ſiccitatem deſignatum. Hinc igitur apparet, quam verum ſit illud, *Diligite inimicos veſtros*.

Præceperat olim in Leuitico Deus, vt perpetuus in altari ignis colluceret *Ignis autem in altari ſemper ardebit*. Denotatur hoc myſterio, ſacrum amoris ignem perpetuo in altari cordis noſtri ardere debere: verum adeo luculentum, vt nec ventus paſſionum, nec frigus inimicitiarum, nec aqua iniuriarum eum valeant extingueret. Talis erat ille ignis quo ardebat cor ſponſæ in Canticis, *Aqua multa non potuerunt exſtinguere charitatem: nec flumina obruent illam*. O vere igitur laudabilem charitatem, qua inimici diliguntur!

Nolite vero, ô vos odio obdurati, & vindictæ

II.
Locus communis de Charitate.

Cic. lib. de amicitia.

Col. 3.

Matt. 13.

Exod. 3.

3. Reg. 18.

Leuit. 6.

Gg dictæ

Anima
quatuor
humores
corporis
humani
conseruat,
licet eam
oppugnēt.

Natura
conseruat
4. Elementa,
quæ ei
aduerfantur.

Matt. 13.

dictæ cupidi, putare, hæc ipsa quæ dico, præter rem, aut proflus absurda esse: cum ipsa ratio, & natura; omnes denique qui in mundo reperiuntur homines, mihi suffragari sint, attendite diligenter, & circumspicite rem accuratius. Videbitis quippe ab anima regi, gubernari, nutrirî, conseruari, moueri, animari, non solum partes illas nobiles, quæque ipsi obsequium præstant; verum & eas quæ ipsi aduersantur, & in eam perpetuo coniuuant. an non enim illa conseruat & nutrit humores qui in interitum eius conspirant. Dicitis fortasse Philosophi, sanguinem haud animatum esse; concedo: à sua tamen inimica conseruatur. Tu vero ô anima, præceptum Domini adimplere gestis? *Diligite inimicos vestros*, Natura nutrix omnium, amat, fouet, & conseruat omnia; cuius amicitia, si qua in ea reperiatur, se etiam ad inimicos extendit; ad quatuor scilicet Elementa, quæ non secus ac quatuor latrones, totum orbem expilant, perdunt, & deprædantur, & perpetuo aduersus naturæ potentiam conspirant; eius tamen beneficio viuunt, sub eaque stipendia merent, quia Domini illa præcepto & monitioni obsequi conatur, quod est, *Diligite inimicos vestros*.

An non mundi oculus sol absque vilo discrimine radios & lumen in bonos simul & improbos emittit? Noe nonne custodiebat, nutrebat, & seruabat animalia tam munda quam immunda; coruos æque ac columbas? Sagena quoque Euangelica concludit bonos pisces simul & malos. Dominus ille in Euangelio bonum frumentum crescere sinit in agro vna cum zizaniis. Anne igitur sacræ allegoriæ defunt, quibus efficiamus & probemus inimicos æque atque amicos esse diligendos? anne defunt præcepta, *Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros*. Ego inquit, perinde ac si dixisset: Non est modo Moses qui vos docet, non sunt iam Prophetæ qui futura aperiuat, non Scribæ qui Scripturas prælegunt, nõ Angeli qui annuntiant, vobis inimicos esse diligendos. Ast ego ipse, Deus scilicet vester, iudex vester, creator vester hoc vobis præceptum trado. *Ego autem dico vobis*.

Fierine igitur poterit; ô Domine, neminem voci tuæ obedire; fierine inquam pote-

rit, præcepta tua ab omnibus negligi? Ad clangorem buccinarum sacerdotalium corruerunt muri Iericho; & corda illa ferrea, animæ illæ obstinatæ & obduratæ non concident, nec ad sonum verborum tuorum emollientur? *Quasi tuba exalta vocem tuam*, Domine, iube verba tua à toto mundo percipi, auribus surdorum illorum vindictam scientium inrona. Quid tergiuersaris ô homo? omnes creaturæ faciunt verbum eius, & tu solus voluntatem eius implere negligis? Imitare potius promptam illam obedientiam Angelorum. Flagellare Assyrios constituerat Deus, & ecce tibi ad minimum eius nutum Angelum obsequentissimum; qui vna nocte centum octoginta quinque hominum millia in medio castrorum gladio vindice percussit. Imperat leonibus, vt feritate exuta, Danieli in lacum Babylonicum coniecto parcant; & ecce tibi septem leones, omnium quos mundus tulit ferocissimos, septem iam dies iuni, feritatem deponunt, & pedibus eius aduolati instar catellorum mansuescunt, & ad blandiuntur. Iubes vt ignis deuorans Sodomam consumat, & ecce tibi ignem statim è loco suo proficientem, atque vnico momento quinque ciuitates potentissimas incendio inuoluentem. Deceuerat iam Deus vniuersam terræ superficiem aquis supernatantibus, cooperire, & ecce diluuium & continua illa pluuia statim sese tibi offert, vt iussis tuis obsecundet; quæ quadraginta dierum spatio totam terræ faciem vndis cooperuit. Fuit ecce in mari tempestas, fluctus nubium tonus eleuantur, vnde intumescunt, venti ac procellæ omnia in diuersa rapiunt; & vnico iterum verbulo cuncta compefcis, & malaciam inducis. *Quis est hic, quia mare & venti obediunt ei?* Tu hos Eoli cursores sistis, cumque visum fuerit, liberos dimittis; tu frenum omnibus equaliter creaturis contrahis, & quotiescunque liberis, laxas. Et interea hic alta voce inclamas, *Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros*, & nemo voci tuæ aut iussis obtemperat.

Nonne Deo subiecta eris anima mea? An nõ tuo principi obedire teneris anima? eiusue voluntati refragari audebis? atque etiam nõ de inimicis tuis vindictam desideras? *Diligite inimicos*.

Odiū Dei
omnium
peccato-
rum ma-
ximum.

inimicos tuos. Infelix homo, si peccatum, cuius te reum vindictæ cupiditate constituis, perspiceris; timore credo quodam ac metu percussus à peccando abstineres. Docetis vos Theologi, & vere quidem, odium Dei, esse omnium, quæ committi ab homine possunt, peccatorum grauiissimum; ego vero vos securus, odium proximi proximū occupare locum assero. Multis enim interuallis peccatum hoc incestum, latrocinia, adulteria, & homicidia superat. Atque hoc tibi imprimis persuasum velim, infelix peccator, omnia quæ in proximum peccata committuntur, in Deum ipsum etiam committi. Furoris tui rabies in pectore proximi non subsistit, sed pergit ulterius, & diuinam quoque essentiam ferit: & dum hominem solum lædere proponis, æternam Dei maiestatem inscius percuis, si modo his vulnerari possit. *Proximus enim non propter se, sed propter Deum diligendus est.* Deniq; odium, inimicitia & vindictæ, Deum, & non hominem respiciunt, telaque hominum in hominem vibrata, hominem transeunt, & ad diuinitatem vsque progrediuntur.

III.

An non demens & insensatus dicendus foret, qui inimicum letaliter vulnerando, eodem simul ictu Regem suum interficeret; Maior adhuc tua est vesania vindictæ sitiens, cum enim in proximum sœuire paras, sœuis pariter in Regem tuum, Deum tuum, & Creatorem. Iudæi hominem solum se necare putabant, sed eodem ictu & interitu Deum è medio auferabant. Nondū hic finis; sed & odio proximi omnis lex pessundatur, omnisque religio violatur. Lex quippe duobus quodammodo fundamentis, amore sci licet Dei, & amore proximi innititur, *Ex his duobus præceptis vniversa lex pendet & propheta:* adeo vt quicumq; vnum ex eis cõuellit & destruit, totū legis ædificium labefactet.

Nunquid constat, vniversam hanc mundi machinam duobus polis inniti, quorum alterum si quis auferat, an non omnia quæ in mundo sunt inuertet? Cum igitur Religio & tota Euangelica Lex duobus hisce amoribus veluti duabus basibus & fundamentis innixa sit, vnum auferendo; totam ædificii molē destruas necesse est. Testis est Iacobus

Apost. dicens: *Quicumque totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus:* qui peccat in vnum charitatis præceptum, vt explicat D. August. factus est omnium reus. *Diligite igitur inimicos vestros.*

Videte iam, vindictæ cupidi, certium quod vos vrget malum, si enim vobis inuicem non remittitis, omnē vobis veniæ viam præcluditis & omni vos misericordia penitus indignos redditis, *Si non dimiseritis hominibus nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra.* inicit hoc pactum nobiscū Deus, quod quotidie orationem Dominicam recitantes iteramus, *Et dimittē nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.*

Audite Egregius porro huiusce rei exordium; magna olim conceptus. natura humanæ cum Deo, in materia criminali, quoad peccatū originale, lis fuit & cõ- Deum & tētio, in qua de vniuerso eius honore, de ipsa homines, vita & omnibus denique, quas possidebat, facultaribus agebatur. Misericordia vltro citroque pro nostra parte cursitabat; Angeli nobis patrocinebantur, omnes Patriarchæ & Prophetae causam humani generis susceperant: iustitia vero aduersaria nostra omnibus nos viribus oppugnabat: iam quinque annorum millibus lis indecisa pependerit, donec ipse Dei filius, humana natura assumpta, in terram delapsus, vltro rem arbitrio committi volens, nimiam illam amarulentiam exiit, litem terminauit Patrique nos suo, mediator factus, recõciliauit; ea tamen lege, vt cum proximo pacem iniremus, amicitiam mutuam inter nos ipsos coleremus. Si igitur pactum hoc, quod cum Deo iniisti, firmum & integrum permanere desideras; promissis satisfacito, vt ameris, ama; vt tibi ignoscatur, ignosce. Quanto tuo commodo & vtilitate ille cõtractus, o homo, peractus est! Promisit se Deus iniuriarum sibi toties à te factarum immemorem fore, modo tu earum, quas tibi factas arbitraris, memoriam deponas. Quid autem? Deus m ille tibi peccata ignoscit, mille te mortis generibus & casibus eripit, ab infernalibus te supplicis liberat; tu vero paruo delicto, quod tibi factum autumas, non ignosces?

Narrat Matthæus parabolam sane horridam, quæ non parum hic ad rē facere vi-

de seruo
ingrato.

deatur, Remiserat cuidam seruo dominus mille quæ ei debebat talenta; ille vero tanti beneficii immemor, obuium vaum de conseruis suis, qui ei non nisi centum denarios debebat, habens, oborto eum collo, sine vilo pietatis intuitu, in vincula coniecit. Dominus porro tanta eius seueritate audita, & tantam impietatem ingratitudeque demiratus his eum verbis increpauit: *Serue nequam omne debitum dimisisti tibi, quia rogasti me; nonne ergo oportuit: Et te misereri conseruis tui sicut & ego tui miserus sum? Quin & in tantæ ingratitude detestatione in tenebras exteriores illum detruxit, donec vltimum quadrantem perfoluisset. Audiant illi rabulæ & blaterones forêses audiant qui de nugis & lana caprina proximo diem dicunt, & litrem intentant: meminerint obsecro quantis à Deo beneficiis affecti sint, quibus hic eos in terris vicissim respondere consentaneum est: timeant ne ad querelas tantæ crudelitatis & ingratitude summus ille Dominus irascatur, eadem in eos castigatione animaduertat. Hinc*

Matt. 18.

Serue nequam omne debitum dimisisti tibi, quia rogasti me; nonne ergo oportuit: Et te misereri conseruis tui sicut & ego tui miserus sum? Quin & in tantæ ingratitude detestatione in tenebras exteriores illum detruxit, donec vltimum quadrantem perfoluisset. Audiant illi rabulæ & blaterones forêses audiant qui de nugis & lana caprina proximo diem dicunt, & litrem intentant: meminerint obsecro quantis à Deo beneficiis affecti sint, quibus hic eos in terris vicissim respondere consentaneum est: timeant ne ad querelas tantæ crudelitatis & ingratitude summus ille Dominus irascatur, eadem in eos castigatione animaduertat. Hinc bene D August. cum homine vin tictæ cupiditate agens, hac eum ratione aggressus est. Si pacem non diligis, si proximum odisti, quo iure, quo pacto, qua fronte tibi petis dimitti, qui in proximum rancorem non dimittis?

Serm. 2. ad
Fratr. in
sermo.

O pectora ferrea, & corda ad omnem crudelitatem obdurata; ieiuniis, per me quidem licet, membra macerate, oculos lachrymis & fletibus consumite, opes vestras in elemosynas prodigite, Angeli omnes Deo pro vobis supplices stant, ipsa denique Deipara Maria genibus flexis pro vestra salute apud filium continuis precibus intercedat, nunquam, nisi prius proximo iniuriam ex animo remittatis, misericordiam consequimini. Miratur tantam hanc hominum impudentiam Salomon, & ait, *Homo homini reseruat iram, & à Deo petit medelam*, quasi diceret: Tantane tua est impudentia & homo, vt veniam à Deo postules? vt ipsi tibi velis ignosci, qui interea de proximo vindictam sumere proponas? quænam illa agendi est ratio, quodnam ius, aut quænam æquitas, à Deo gratiam postulare, & aduersus fratrem rancorem & odium intrinsecus fouere.

Ecl. 28.

Mirabantur olim filii Israel, post plurimas in solitudine Sinai exhaustas molestias & mille in deserto exantlatos labores, post suspiria & preces se à Deo non respici, sed despici; negligi quoque & ærumnis confici? atque præ animi amantitudine hac eum oratione expostulabant: *leuinauimus Isa. 58. & non aspexisti*, quasi dicerent: Quoniam nostro fato fieri putamus, Domine, vt ad preces & gemitus nostros adeo obsurdescas? effuderunt iam oculi nostri lacrymarum pelagus, suspirando cor nostrum exaruit, & lingua nostra precando clamandoque ad te, fatigata est. Tories, cheu, ieiinauimus, & nondum tamen idcirco nostri miserus es? Respondeat ad hæc pro me Propheta, & dicat: *Ecce in die ieiunij vestri debitores vestros repetitis; ecce ad lites & contentiones ieiunatis*. Non mirum est, inquit Deus, vos de mea ad vestras preces surditate conqueri: putatisne ieiuniis me vestris ad misericordiam posse flecti, cum tantis ea sceleribus commaculetis? ieiunatis quippe litigantes, & litigatis ieiunantes, & debita vestra cum intolerabili seueritate ac rigore exposcitis. Quamobrem finem hisce rigoribus imponite, lites excindite: qui non maiorem erga proximum commiserationem, quam erga brutum aliquod animal, ostenditis. O rupes! & marmora! & ferrea pectora! quæ vos lupa nutriuit, quis Caucasus aut scopulus genuit, quæ vos Hyrcana tygris educauit; *patientiam igitur habetote*, pacem diligite, lites & contentiones fugite, inimicis denique vestris beneuolentiæ & amoris signa demonstrate.

Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros. Hic mihi velim, Domino, vocem confirmari, pulmones corroborari, ac latera distendi, vt de hodiernæ diei hominum seueritate & intolerabili duritie digna conquerar & expostulem, & creaturarum tuarum rebellionem, inobedientiam & contemptum erga te describam; vt rigorem, vindictam, & crudelitatem Christianorum erga se mutuo, auditoribus ob oculos proponam. Hic oculis lacrymæ oboriuntur, hic pudor vultum insicit cum elementiam iniuria.

injuriarum obliuionem, ἀμνησίαν, quam ipsi ethnici toties demonstrarunt, mecum reuoluo O tempora! ô mores! Video namque eos sapius iniurias remisisse, pacem cum inimicis frequentius iniisse, crebrius rancorem exuisse, quam Christianos.

Hinc in oratione sua olim ad Athenienses dixit Æschines: Τὸ κατὰ τὸν κόσμον μὴ γενναίον; Nullum est in mundo uerbum elegantius: aut homine ingenio dignum, quam iniuriarum obliuisci. Phocion, omnium qui ad reipubl. gubernacula Athenis sederunt, facile princeps, tam ad ciuitatem condemnatus, cum filium in hoc tam acerbo patris casu illacrymantem uideret, diligenter cauit ne iniuriæ huius, quam sibi ingrata illa ciuitas irrogabat, ullo unquam tempore recordaretur, aut ob eam indignum quid in patriam committeret. Quis uobis hic pudor est Christiani? uestrum potius est, hoc præceptum, *Diligite inimicos uestros*, adimplere.

Aristides qui propter vitam præclare & sincere transactam, Iusti cognomen inuenit, cum inique in exilium pulsus, iam ingrata urbe egrederetur, oculos & manus ad cælum exulit, Deos precatu, ut tam indignum facinus ignoscere, ac nihil propter acerbum, aut grauius in ciuitatem decernerent. An non hoc est præceptum seruare *Diligite inimicos uestros*.

IV. Iustinus & Valerius Maximus præclari ambo scriptores huius occasione referunt. Traibulum post xxx tyrannos republica exactos, & populum in ciuitatem, eorum causa profugum, reuocatum; plebiscitum interposuisse, ne qua præteritarum rerum mentio fieret: quod τὸ ἀμνησίαν ἀμνησίας in τῷ ἀγγέλιῳ vocabatur, quo cauebatur, ut omnium calamitarum aut iniuriarum sub xxx tyrannis illatarum memoria aboleretur, Catholicum uero statutum, & diuinum decretum; simile huic Christi, *Diligite inimicos uestros*.

Reducite uobis in memoriam, litterati, præclaram illam sententiam Marci Tullii, qui in oratione pro Q Ligario ad Iulium Cæsarem hoc eum elogio decorauit: *Obluisci nil soles nisi iniurias, q. d. O iniuictæ & in-*

superabilis princeps, ipsa quidem armorum uirtus, & fortitudo, incomparabilem tibi gloriæ segetem subministrarunt; at clementiæ tuæ fama, ac laudabilis illa consuetudo, qua obliuisci iniuriarum facile soles, maiorem tibi gloriæ materiam attulerunt; adeo ut omnes iam perspectum habeant, nil te nisi iniurias obliuisci solere.

Aliud priori non ab simile alio loco agens de Themistocle habet, cui fortasse parem aut rerum gestarum gloria aut uirtute Græcia uix tulit. Ad quem cum Simonides accessisset, eique artem memoriæ, quæ cum primum proferebatur, pollicitus esset se traditurum, ut scilicet omnium rerum meminisset. Respondit Themistocles, gratius sibi fore, si se obliuisci quæ uellet, quam meminisse docuisset.

Tu uero Christiane, cum hos è sterili gentilitatis solo surculos germinantes uides, an non obstupescis, & pudore confundaris? non quid rerum tuarum satagis? cum tanta ante oculos tuos humanitas uersatur, an non crudelitatem exues? semperne diabolo locum dabis? ulteriusne iam iniurias prosequeris? an non Deum timere incipies? O rem deplorandam! in Dei etiam ille iura inuolat, qui iniurias in proximo uiscitur: sibi equidem hoc præ ceteris Deus referuauit, *Mibi uindictam; & ego retribuam*: quin & semper puniuit, & quidem grauius, quicumque locum eius inuadentes iniurias uiscisci præsumperunt. Ecce uobis exempla.

Desperationis uorticibus immersam uideamus deo Cain, quod in fratrem innoxium sæuisset, propter uindictæ propositum, quod iniurie admodum in Ioseph filii Iacob fratrem statuerant, in eius postea manus inciderunt, qui iniure ut fures comprehensum, atq; ab eo in carcerem coniecti; imò ad mortem damnandi fuerunt, nisi benignior in eos ipse Ioseph extitisset.

Achab & Iesabel iracundiâ inflati & uindictam crudeliter spirantes, innocente Naboth oppressos à canibus discerpi sunt, & inhumati sub dio relictæ. Expertus es, credo, Aman, quid passionum effrenes pariant; quidnam inimicitæ & rancor mali afferat;

quid vindicta prostr: erectum enim hosti tuo capitali Mardocheo patibulum, tibi ipsi vitam eripuit, & dignam vindictę cupido mortem rependit.

Nondum hic finis, Auditores, ecce vobis flagella & pœnae longe terribiliores, quibus Deus crudelitates hominum castigauit. Depingitur insigois quidam tyrannus in libris Iudicũ, nomine Adonibezeth; qui postquam septuaginta reges sub imperium redegit, & extremitatibus manuum ac pedum amputatis, eos sub mensa instar catellorum micis & ciborum reliquiis nutriiisset (ô factũ verè barbarum) à filiis Israel deinde superatus ac regno exutus est, dignam factis suis mercedem recipiens; qui prioris sauitiæ memor, ac casum miseratus iniquum, fortunam suam sapius deinde deplorauit, dicens: *Septuaginta Reges amputatis manuum ac pedum summitatibus colligebant sub mensa mea ciborum reliquias: sicut foci, ita est retribuit mihi Dominus. O infelicem, inquit, vindictam! ô tartareas inimicitias, cur vos vnquam in animam meam recepi? cur non pacem amauis, & offensas remisit?*

Iudic. 1.

Iudic. 3.

Merces eorum qui inimicos suos dilexerunt, & iniurias remiserunt Gen. 45. 2. Reg. 2.

Act. 6.

Iniuriarũ obliuio si- gnum pre- destinatio- nis.

Hæc igitur mala, castigationes, & afflictiones sunt eorum, qui aut inimicos diligere noluerunt, aut iniuriarũ sibi factarum obliuisci. Iam vero beneficia, honores, & mercedes eorum, qui iniuriarum oblici sunt, attendite. Humilis Ioseph iniuriã passus, si quis alius, præteritorũ omnium immemor, & fratrum in se iniquitati ignoscens, adeo exaltatus, vt primus à Rege in terra Ægypti dominetur. Dauid Sauli ignoscens, nec vindictam desiderans, honorem, felicitatẽ, ac regnum Iuda consequitur. Gloriosus martyr Stephanus lapidibus vndique petitus, pro lapidantibus tamẽ orans, videt cælos apertos, in quib. paratã sibi coronã contempletur. An plura desideratis? Daniel post tot ærumnas, ita atroces iniurias, tantas calũnias æquo animo in aula regis Babylonici toleratas, tandẽ sup omnes regni optimates euectus est. *Diligite igitur inimicos vestros, & iniuriarum obliuiscimini. Quamobrem omnium Sanctorũ & Christi Domini exẽplo, ignoscite, ignoscite inq, omnibus, qui in vos peccauerunt; signum est enim prædestinationis ignoscere, quem-*

admodũ vindicare reprobationis. Narrabo huius occasione præclarã quã legere in Surio memini de duobus fratribus Antiochenis historiam, quorum vni nomẽ Sapricius, qui Sacerdotali dignitate erat insignitus, & alteri Nicephorus, & ille laicus. Cum quædam discordiã & iurgia inter eos essent oborta, qualia inter fratres sæpenumero solent (fratrum quippe gratia rara est) conabatur Nicephorus omni ratione cum fratre in gratiam redire, qui nihil præter vindictam cogitans, ab ea prorsus abhorrebat. Accidit, vt Sapricius in persecutionis, quam Valerianus excitarat, turbine, in vincula coniecitur, qui eculco deinde tortus, libere se profitebatur Christianum, ac proinde cõdemnatus, ad mortem alacri animo se accingebat. Cum iam è carcere exeundum foret ecce tibi aduolantem fratrem, orantemque, sibi vt priores iniurias ignoscat: rapitur interea ad supplicium, fratre sequente, & veniã ad singulos passus expostulante. Obsurdefcit ad preces vindictæ sitiens animus cumq; ille locum supplicii conscenderet; hic adhuc obnoxius & instantius illum rogar; Ignosce quaeso, mi frater, omnia obliuiscere, in gratiam redi; fac mecum misericordiam, & noli in extrema hac lucta à tam obstinata perueicia superari: memento, olim eodẽ, quo tu es loco, Christum crucifigentib. seignouisse. Peruicax interea Sapricius nullis precibus flectitur, & in hac vindictæ cupiditate hinc mauult excedere. Quis horum, putatis, finis erit & exitus? Ecce tibi eodem, quo carnifex ad caput eius præcidendum momento gladium strinxerat, exclamat amens ille: *Desiste, Imperatorum monitis obsecundabo.* Nicephorus vero his auditis, locum supplicii conscendit, fratri animum additurus, & sordidam mentis vecordiam castigaturus: *Quid agis, mi frater, an hisce suppliciis perterritas animo concidis? aut mori formidas; illo bene monentem despiciente, atq; ab eius adhortatione aures continente, Nicephorus se Christianum profiteretur, inq; eius locum, simul & Martyrii coronam, vnde alter tanto suo damno & exitio deciderat, successit, ita peruicax ille vltor factus est apostata; & insignis hic iniuriarum condonator, martyr;*

Historia de duobus fratribus ad inimicis

martyr; vnus electus, alter vero reiectus. Discat igitur hinc crudeles & ferrei, iniurias remittere, & inimicos diligere.

Inuictio in duella.

An vero vos aulici, fera inquam belluæ, corda truculenta, pectora barbara, vestris duellis & monomachiis Deo, Regi, & iustitiæ rebelles semper eritis? vos anthropophagi, Scythæ, Geloni, homines, inquam, immittes, Christiani sine fide, sine pietate, sine timore, sine vlla religione; an honorem & nobilitatem in cæde & sanguine, in crudelitate & strage sitam arbitramini? anne virtus & robur sanguine metiendum est, & inter peccata locus ei assignandus? Videte, quæso, & dispicite vobiscum, an illa vera demum gloria, fortitudo, aut nobilitas sit, occidere, iugulare, & humanum sanguinem extra bellum profundere. Consultite magnum illum

Arist. art. 1.

Philosophum Aristotelem, ipse testabitur. Moderari iram veræ demum esse generositatis indicium. Reuoluite quoque quid dicat Horatius: *Latius regnes auidum domando Spiritum, quam si Libyam remotis Gaudibus iungas, & uterque Poenus Seruiat vni.*

Si fortassis Ethnicis non credis consule antiquitatem, Patres veteres interroga, audies Salomonem dicentem; *Fortior est qui dominatur animæ suæ, expugnator urbium.* Pluris Dauidem faciunt Ambrosius & Chrysostomus, Græcus vnus, Latinus alter, eumque generosiores putant, Sauli inimico suo parentem, quam Goliath ad terram prostermentem. Quid ad hæc vos vindictam spirantes, vos inglorij sine virtute, sine honore, sine nobilitate nobiles duella consecrantes. In hos vos o Legislatores & Iudices, rigorem ostendite, in hos edicta vestra vibrare, in hos vitæ suæ prodigos, digna castigatione animaduertite; vos autem Ecclesiarum pastores, si modo Ecclesiæ vobis vestra dignitas cordi est, hos à vestris cœmisteriis excludite, procul ab Ecclesiis vestris sanguinaria hæc cadauera, hos homicidas, hos excommunicatos, ac proinde æternis suppliciis condemnatos, repellite: *Sepeliantur sepulchra a sinu putrefacti & proiecti extra portas Ierusalem: Viri sanguinum declinate à me.* Procul hinc ab Ecclesiis nostris vos propheta-

Prout. 10. Chrysest. hom. de Dauid.

In. 22.

Psal. 133.

ni sicarii, & gladiatores, procul hinc abscedant manus illæ humano fœdatæ sanguine. Hoc tamē vobis adhuc dictum velim. Repetite, quæso, memoria, quid Dauidi Regi, vnico tantum patrato homicidio, contigerit; noluit ab eo sibi Deus, quod multum sanguinis effudisset, templum ædificari: *Non poteris ædificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me.* Tribus etiam annis cœlum non pluit, nec terra fructus effudit, Domino aduersus Israel, propter innoxium Ga-
2. Reg. 11.
2. Reg. 2.

baonitarum sanguinem, quem perfidus Saul effuderat, ad iracundiam concitato. Ad eundem plane modum Deus hos atroces, hos inquam Sicarios castigat, & gratiarum suarum pluuiam denegat: quin & aduersus ipsas familias, non per triennium, sed ad tertiam vsque generationem, propter effusum sanguinem, propter duella & cædes, quas olim maiores patrarunt, vindictam exercet. Vnum adhuc addam, & finem faciam. Prohibuit olim in veteri lege Deus, ne accipitres & miluum, ac vulturem iuxta genus, populus Iudæicus velut immunda manducaret: quo quid aliud præsignatum est, quam in Lege noua omnes illos accipitres, ad prædam natos, sanguini & cædibus inhiantes, nihil præter duella, præter discordias, præter pugnas, & vindictas meditantes, Deum reicere ac repudiare?

Igitur cum tu Domine penitus contraria præcipias, præsta, obsecro, fides præceptis tuis habeatur, superbiam hanc deprime, hos scòpulos tuæ misericordiæ vnus concute: producant rupes aquas, aquas inquam pacis, aquas reconciliationis, aquas misericordiæ. Suffoca, quæso, qui verus es Samson, leones illos crudelitate & ira tumentes, effice vt ex iis mel suauitatis, patientiæ, charitatis, quod viuēs hic docuisti, & fieri præcepisti, quin moriens exemplo & facto confirmasti, prodeat, cum te in crucem sublatum, clavis transfixum, lancea latus perforatum, spinis caput coronatum, & plagis omnia membra exhausta contemplet, pro inimicis tamen tuis deprecantem & patri pro illorum ignorantia supplicantem. *Pater agnosce illos.*

Quis nunc adeo barbarus & immitis futurus

TUS

rus est. Iesu bone, qui p̄specto amore & misericordia tua infinita, inimicis suis exemplo tuo nolit ignoscere; p̄sertim cum te videat tanta, sine vllō crimine aut delicto, mala, iniuriasque tolerasse, & à quibus ea acceperas inimicis ignouisse. Ignoscimus, Pater æternæ, ignoscimus iam ex hac hora inimicis nostris, atq; eos ex animo complectimur, *Dimitte igitur nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*; dimitte, in quâ, per merita filii tui, per sanguinem, mortem, ac passionem eius, ad eum plane modum, quo nos omnibus qui in mundo sunt ignoscimus. Atque vbi omnium semel delictorum nobis veniam concesseris, fidelius in hac vita tibi obsequium exhibebimus, expectâtes interim donec te in altera glorificemus.

POST CINERES SABBATO.

Partitio.

- I. De iactata nauis Ecclesia.
- II. De mari mundi.
- III. De Ecclesia nauis.
- IV. De ventis turbulentis eam impetentibus.

Cum sero esset factum, erat nauis in medio mari, & Iesus solus in terra. Marc. 6.

FIGVRA.

Gen. 7.

MA G N A quidem illa fuit tempestas, qua quadraginta dierum spatio, Arca Noe in aquis diluuii hinc inde iactata, ac mille periculis, licet absque vllō naufragii timore, exposita fuit: donec columba, oliuarum vitentibus vernantem folijs deferens, ad Arcam rediret: quo tandem signo cognouit Noe Deum iam reconciliatum, & aquas diluuii esse immiuitas; tunc enim primo venti poni, vnde cessare, procella quiescere, tempestates desinere coperunt, vi deinde Arca in montibus Armeniae fixa hæserit. At non minor hodierna die nobis tempestas in Euangelio proponitur. videas hic namque cymbam, quæ Apostolos, veluti Noachum cum filiis, vehēbat, non quidem in aquis diluuii, sed in medio maris procel-

losi, tumentis, atque vndique mortem & extremum periculum minitantis fluctuantem: quæ licet iam iam fluctibus haurienda videatur, salua tamen & incolomis eluctatur: nam vix illam Christus, qui vera columba est, quæ egregium illum ramum, pacis inter nos & patrem suum in itæ symbolum attulit, intrauit; cum statim omnis illa tempestas conticuit, venti quiescerunt, vnde detumuerunt, & fluctus malaciam induerunt. De hoc mari, de nauis hac, de hac denique tempestate nobis hodie sermo est; at salutaris prius illa stella maris ad quam velut Cynosuram nostrum cursum dirigemus.

A V E M A R I A.

Ab eo tempore, quo sanguis innoxius Abelis effusus est, in quo, secundum August. *Augu. I. Ecclesia cœpit exordium, nunquam in ea de Cain fratricidæ Cain, profani Esau, persecutores Dei. Pharaones, fornicatrices Isabeles, proditores Iudæ, aut falsi & improbi ministri defuerunt. Reperamus licet ab ipsa mundi origine memoriam vltimam; repetamus omnia secula, reuoluamus omnia antiquitatis monumeta, totis illis quinque annorum milibus sæculum non inuenies, quo Ecclesia & ciuitas Dei persecutiones non sustinuerit. Video enim tot falsos Prophetas in Israel aduersus vnum Eliam conspirantes: video tot vbiq; in Caldæa fornaces aduersus tres pueros Hebræos accensas: tot lacus, tot speculacas, tot cauernas leonibus refertas in vnum Danielem in Babylone præparatas: tot tormenta, tot crudelitates in Ægypto aduersus Hebræos conceptas: tot Philistæos, Amorrhæos, Iebuzæos, Chananæos, Madianitas, Amalecitas aduersus Israel conspirantes: tantos deniq; vlulatus, tanta lamenta, tantos in Rama in infanticidio audio ploratus. Quæ omnia David coacervâs, Ecclesiæ victorias iure merito decantat: *Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Israel, sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea etenim non potuerunt mihi.* Ac si diceret, *Audacter ð Israel, Catholica inquam Ecclesia, figura & cetera. Insignis figura & cetera. Insignis figura & cetera.* Inimici mei oppugnauerunt, ab incubulis meis obsederunt, sed semper in vanum*

Judith. 5. vanum eorum conatus cecidit, semper vi-
 trix euasit. Profecto, Auditores, Ecclesia
 nostra Bethulia est, quæ quidem ab inimi-
 cis circumuallata fuit, nunquam tamen ca-
 pta; toties quidem oppugnata & vndique
 impetita, at nunquam expugnata, nūquam
 expilata. Ipsa casta illa Susanna est, quæ fal-
 sos accusatores non perhorrescit. Pulchra
Dan. 13. illa Judith, quæ Holofernem prosternit, iu-
 gulat, ac integros exercitus in fugam versos
 profingat. Lapis ille est in petra fundatus qui
Judith. 10. est cælestibus illis montibus præcisus statuas
 sine manibus comminuit, ac in cinerem re-
 digit. Arca illa fœderis est, tabulas Legis, &
Dan. 2. virgam prodigiorum operatricem in se con-
 tinens, quæ idola euerit, hæreses subiugat,
11. Reg. 5. iudæismos profingat. Illa est Salamandra quæ
 in mediis flammis viuunt, & per flammam per-
 secutionum incrementa sumit. Sacra illa lau-
 rus est, semper virens, fulmina non formi-
 dans. Pulchra illa rosa est, quæ inter spinas
 non suffocatur. Denique illa palma dici po-
 test, quæ quo magis deprimitur, eò magis
 in sublime sustollitur. Quid amplius? est
 mirabilis illa arca Noe, quæ, quo fluctus af-
 flictionum vehementius insurgunt, eo ma-
 ius incrementum sumit, & amplius efflore-
 scit, ino quemadmodum aquis diluuii om-
 nia palatia, & quidquid in mundo excelsum
 fuit, obruebatur, sola Arca Noe in montibus
 Armeniæ conseruata: ita quoque omnia
 Regna mundi & Monarchiæ fluctibus, & ar-
 morum procellis immersæ & inuolutæ per-
 ierunt; vnica autem Arca Noe, sancta scili-
 cet Ecclesia, Monarchia, inquam, Christi
 Iesu, quæ in æternum non dissipabitur, &
 quæ si fractus illabatur orbis, infra cæta per-
 manebit, in columbis superenabit. Et quod
 de potente illo Ponti Rege Mithridate, qui
 quadraginta annorum spatio popul. Roma-
 num bello terra marique fatigauit, traditum
 est nullo scilicet vnquã veneno, quod à pri-
 ma ætate eidem assueuisset, necari potuisse:
 idem ipsum de Ecclesia nostra ausim asserere,
 quæ quod à primo ætatis suæ die veneno
 persecutionum assueuerit, nunquam perse-
 cutionibus poruit succumbere: vt præclare
 nescio quis dixerit:

*Sanguine fundata est Ecclesia, sanguine creuit:
 Sanguine nutritur, sanguine finis erit.*
 Nam quemadmodum fraterno primum ma-
 ducunt sanguine Romæ muri, ita fundamē-
 ta Ecclesiæ Christianæ sanguine Christi Iesu.
 Sanguis Martyrum eidem incrementum de-
 dit, vt Cyprian. recte scripserit: *Sanguis mar-
 tyrum est semen Christianorum.* Sanguine etiam
 & resurgentium afflictionum rabie fo-
 uetur: quin & in sanguine & cæde, quam
 Antichristus exercebit, desinet & sepelietur,
 denique est illa nauis, quæ hætenus semper
 fluctibus maris agitata est, & etiamnum a-
 gitatur, vt hodiernum Euangelium decla-
 rat. *Cum sero esset, erat nauis in medio mari.*
 Verum, ne hæc nos tempestas è cursu ora-
 tionis alio abripiat, primo de mari, deinde
 de cymba, & postremo de ventis orationem
 instituemus.

Quod ad primū; nihil est omnino, quod
 aut melius, aut accommodatius Oceanum
 ventis agitatam, & tempestatibus æstuan-
 tem exprimat, quam hic mundus. Et profecto
 ita est, neq; enim tot in mari naues nau-
 fragio demerguntur, quot in mundo animæ
 ad tentationum scopulos illisæ ad inferna-
 lem voraginem & barathrum deuoluuntur:
 non Euripus tot agitationes, aut mare com-
 motiones experitur, quot ipse mundus in-
 quietudines: non tot Syrtis, & Charybdes
 in mari reperire est, quot discrimina & peri-
 cula in hoc orbe calamitosissimo. Sicut enim
 mare omnium ventorum officina est,
 ita mundus calamitatum theatrum, & veluti
 omnium malorum colluuius. Demum
Non mare tot guttas, quot mala mundus habet.
 Mundus scilicet mare est, in quo infelix A-
 dam cum omni posteritate, propter vnum
 peccatum originis, naufragium passus est.
 O naufragium deplorandum! in quo om-
 nes illæ pretiosæ gratiarum merces in Para-
 diso terrestri possessæ, vno momento; atq;
 inter cæteras pretiosa illa gemma, iustitia
 inquam originalis, pessum iuerit. Est mare
 illud vndosū, in quo à primo natiuitatis die
 submersi sumus, & quidē sine vlla emergen-
 di spe, nisi sol nobis Baptismi radiis suis emi-
 cantib. affulgeret: Adeo vt quemadmodum
 nihil periculosius est, quam in mari nauiga-
 re;

Tom. 1. Bessai Quadrag.

H h re;

re; ita nihil etiam cum maiori coniunctum
diferimine, quam in hoc mundo & viuere &
agere. Quanto namq; nauigantes sese expo-
nant periculo optime Meander Poeta in-
nuit, *Satius est pauperem in terra viuere, quam
diuitem nauigare.* Quin & tria per omnem
vitam sibi accidisse dixit Cato, quorum po-
stea pœnituisset; primum, si quid aream fœ-
minæ credidisset; secundum, si quopiam na-
uigio uectus esset, quo pedestri itinere per-
uenire licuisset; tertium, si quis dies ipsi per
negligentiam absque fructu effluxisset. O
vere dignam Romano sententiam! Magna
quidem hæc, at quanto maiora in vasto hoc
& ventoso mundi salo pericula occurrunt?
omnibus quippe qui id per nauigarunt non
secus male cessit, quam cymbæ huic Apосто-
lorum, quæ in altum prouecta naufragii pe-
riculum subiuit; *Nauicula autem in medio ma-
ri iactabatur fluctibus.* Hinc Ionas quoque in
plenum mare prouectus, ingens vitæ discrimen
adiit: *Et facta est tempestas magna in ma-
ri, & nauis periclitabatur.* Quare nihil aut tu-
tius, aut securius est, quam in terra ambula-
re, hoc est, humilitatem confectari, de qua &
verum illud est:

Apoth. Menandr.
Trium re-
rum Cato-
nē pœni-
tebat.

Ioan. 2. Matt. 14.

Ion. 2.

Apoth. Isocratis. Elian. l. 12.

Qui iacet in terra non habet unde cadat.
Summus ille oratorum Græciæ, Isocrates, de
Atheniensi repub. quondam dicere solebat,
Athenas quidem esse ad peregrinandum iu-
cundissimas, verum ad inhabitandū non ad-
eo securas. Verum cur tale patriæ tribuis e-
logium, Isocrates? Merito quidem: neque en-
im vlla fuit in toto orbe respub. quæ cum il-
lius ingratitude sit comparanda, nam quos
aliquando ad aliquod culmen honoris, aut
dignitatis fastigium euexit, eos celeriter ad
infimum infamiæ gradum deturbauit: hos
magna cum ignominia in exilium pellēs, il-
los autem iniquis iudiciis ad mortē & cicu-
tam condemnans: testes mihi sunt Phocio-
nes, Pericles, testes Demosth. & Socrates. Idē
ipsum mihi de mari huius mundi liceat di-
cere, quod ad peregrinandum & deambulā-
dum quidem iucundissimum est, ad inhabi-
randum a. plenum periculis; vt nihil omnino
in rerum natura sit, quod cum huius ingrati-
tudine sit conferendum: omnes namq; quos
ad honorum culmen sublimes euehit, mox

ad imum infamiæ gradum deturbat. Exem-
plis rem confirmabo. Aman tam felici fortu-
næ aura afflatus, vt primus à Rege inter Sa-
trapas fuerit, totius regni habenas modera-
retur, & ad eius vocem omnes contremisce-
rent, sequenti die laqueo vitam finit. Holo-
fernes princeps militiæ Regis Nabuchodo-
nosor in obsessione Bethulæ, eū Iudith frui
amoribus, & vrbe potiri sese sperat, capite si-
mul & vita priuatur: *Ecce caput Holofernis Iudith. 17.
princ. p. militiæ Assyriorum, & ecce conopœum
illius in quo recumbebat in ebrietate sua, ubi
per manum femina percussit illum Dominus
Deus noster.*

Descendam ad historias profanas, & de-
monstrabo quam multi fluctibus & vortici-
bus huiusce maris absorpti sint. Alexander ille
Macedo, cui semper fortuna lato arrisit vul-
tu, qui totum terræ orbem nominis sui terro-
re impleuit, imperiū per omnes mūdi termi-
nos extendit, cui vnus orbis non suffecit; eo
superbiæ arrogantiaq; deuenit, vt non am-
plius Philippi, sed Iouis filius appellari volu-
erit. Quas adhuc ipsi tragœdias munde exci-
tabis? ecce tibi eū dem post tot victorias, tot
trophæa, tot inanes honorum titulos & deli-
ramenta, in medio vitæ cursu violenta morte
abreptū, & triginta dies inhumatū bestiis &
volucris in prædam relinqui, regnum quo-
que eius diuisum est, factus & superbia ad ni-
hilum redacta, corpus ludibrio omnium ex-
positum, & anima infernalib. mancipata tor-
mentis. Anne hæc ingrate tuis cultorib. red-
dis præmia? An non est Iulius Cæsar, qui per
nostras hæc Gallias toties Romanas aquil-
las victor circumtulit, cum quintū Dictator
& triennio Imperator fuisset, quinquagies eū
hoste congressus semper victor rediisset? Ro-
mam victoriis inflatus reuersus, in Senatu in
conspectu populi Romani, viginti & am-
plius vulnerib. confossus, ludibrium fortunæ
demonstrauit. O tragicam immanitatem!
nunc, & mundo securus confide, & in infido
hoc mari fiduciæ anchoram fige. Mundus
scilicet scæna fortunæ est & theatrum, in quo
lugubres ipsa tragœdias exhibet; atroces sc.
Thyestes, Atreos, Agamemnonas, dramata
Regia & imperatoria, vt pore quæ in summis
solū ludit, & solos magnates spectādos pro-
ponit.

*Alexand. necatus
triginta
dies iacet
insepultus.*

*Plutarch.
in Iulio.
Iulius Cæ-
sar post 10
victorias
20. vulneribus con-
fossus est.*

ponit. pro quāto fluxus & refluxus in hoc mari glaciali cernere est, quot fortunarum mutationes, quot superborum euerfiones, & quantam, pro Deuſterum viciffitudinem?

Compara-
tur mun-
dus mari,

Adſis igitur huc Aulice, qui ſecurus in hoc Euripo nauigas, libero curſu, vndas, procellas, & naufragia non pertimeſcens, euagaris; adſis inquam huc mecum, & in littore maris confidentes pauliſper philoſophemur. quæquæ æquor patet, circumferas oculos, & vide num in vaſto Oceano, locum vnum, aut angulum, aut minimum reſeſſum reperire ſit qui à naufragio tutus ſit. indica mihi, ſi potis es, & locum in mundo, qui periculum aut fortunæ iacula & ludibria, in tuto poſitus nō perhorreſcat. Penetra iterum, ſi luber, intimos Oceani ſinus, & ſi potes, vnicam quæ careat falſugine guttam exhibe; venias deinde ad mundum, & vel vnam voluptatem eius demonſtra quæ amaritudine non ſit permixta. Non reperies vllam; nam *extrema gaudij luctus occupat*. Premit voluptatem cito pede triftitia, gaudium luctus; mel felle permixtum eſt, & dulcedo myrtha. Denique ipſa viscera & intima penetralia maris perſcrutare, ad imas abyſſos deſcende; & ſuperius præter inconstantiam, in medio præter falſuginē, inferius præter arenas, nil reperies: idem de mundo hoc eſto iudicium, tenta eum & metire quotieſcunq; volueris, fundum eius, nihil præter arenam, cineres, & meram vanitatem eſſe perſpicias.

Prou. 14.

At fatiſ iam in mundi hoc pelago fluctuauimus, ad littora nauiculam propellamus. Nauicula porro in qua Apoſtoli tempeſtate quatiuntur, Eccleſiam nobis repræſentat: atq; ita eam intel igit B. Clemens; *ſimilis eſt, inquit, ſtatus Eccleſiæ magna nauis, quæ ex diuerſis regionibus viros portat per vndoſum pelagus in ſecurum portum & magnam ciuitatem*. Vere quidem: Eccleſia quippe eſt nauis bellica, pro fide Ieſu Chriſti decertans, nauis vinci neſcia, inexpugnabilis; nauis quæ oppugnari poteſt, at non expugnari; quæ quidem fluctibus & procellis impetit, ſed nunquam inmergitur,

Clem. in
ep. ad la-
cobum.

Fluctuat, at nunquam mergitur illa ratio.
Tradunt Naturalium rerum ſcriptores, in Seyro inſula lapidem reperiri, qui integer

Lapis in-
teger in

quidē in aquam proiectus natet, at commi- aqua pro-
notus mergatur. Super huiusmodi petram iectus na-
ædificata eſt Eccleſia, quæ petrâ integrâ & tat.
indiuifa permanēte, illa in aquis mundi hu- Plin. lib.
ius ſemper fluctuat; at hæreſibus & ſchif- 36. cap. 17.
matibus in diuerſas diuiſa partes, mergitur,
& fundum petit. Eccleſia denique eſt nauis
regia, quo eam Salomon nomine nuncupa-
uit, *terribilis ut caſtrorum acies ordinata*: nauis ſane
terribilis, dæmonibus extimeſcenda, ad præliandum peridonea, in qua Ieſus
Chriſtus nauclerus eſt, crux malus, virtutes
vela, charitas funes, ſacramenta bombardæ,
gratiæ propugnacula & munimenta, & S. Spi-
ritus dulcè Zephyri ſtabrum: teſte Dauide:
Spiritus tuus bonus deducet me in terrâ reſtam. Pſal. 142.
In hac quoq; nauis cop æ nauales ſunt in tres
turmas diuiſæ: vna Eccleſiaſticorū & ſacer-
dorum, altera Laicorum, tertia Religioſorū.

Cant. 6.

Pſal. 142.

Quamuis autem ſumma poteſtas penes
Chriſtum ſit, qui ſummus Gubernator &
Imp. huius exercitus eſt; tamen quoniam
maiores adhuc & potentiores exercitus ha-
beret ſcil. Angelorum in cælis, Dæmonū apud
inferos, & omnium creaturarum in hoc
mundo: & quoniam necceſſe non eſt omni-
bus, præterquam animabus Beatorum in
cælo viſibilem ſe exhibere; ideo S. Petrum
& omnes eius ſucceſſores, veluti vicarios
generales in hac militanti Eccleſia, ſumma
in eos translata poteſtate, reliquit, vt quid-
quid in exercitu Reges deeſſe viderint, libe-
re decernant ac ſtatuant. *Conſtituit eum Do-* Pſal. 104.
minum domus ſuæ, & Principem omnis poſſeſ-
ſionis ſuæ? Imprimis autem vt veluti dux &
chiliarcha foret cum plenaria poteſtate.

Pſal. 104.

Ecce tibi in hac prima turma, veluti in pri- III.
ma acie ſub ſummo illo Pōtifice, Ieſu Chriſti Delinea-
vicario, Episcopos, veluti Tribunos milita- tio exer-
res, nō quidem cum abſoluta poteſtate con- citus Ec-
ſtitutos; ſed veluti in ſortem ſollicitudinis vo- cleſiaſtici.
catos, vt diœceſium ſuarum veluti legionū
quarundam cōmodis ſalutiq; inuigilent. Po-
ne eos ſequuntur Paſtores Eccleſiarū, veluti
Centuriones aut primipili. In ſecundam vero
turmam nobilitas, populus atq; omnes laici
coniecti ſunt, mediam & confertā aciem ex
hac nauis decertatium conſtituentes; omnes
enim in Baptiſmo in hunc exercitum nomi-
Hh 2 na de-

na dederunt; omnes in Confirmatione lustrati sunt, & arma acceperunt; omnes demum stipenda meruerunt, & annorum acceperunt in Sacramēto Eucharistiæ. In tertia vero turba velut in vltima triariorum acie, Religiosos diuersis muniis & officiis destinatos occupatosque contemplet. Horum nonnulli in vallis vigiliis agunt, & in propugnaculis locisque eminentioribus veluti in specula excubant, vt videant, ne quid Resp. Christiana detrimenti capiat; vt sunt Conuenticales & Mendicantes in vita actiua vt plurimum occupati. alii ceu vitæ prodigi, & omnino voluntarii, extra castra se subiiciunt, hostem inuadunt, velitationes assiduas committunt, magna inimico damna inferentes; Anachoretæ s. & Seditarii. Alii etiam, veluti in certum sese periculum conuicentes, in montibus quodammodo excubant, in desertis figunt tentoria, inimicum inuadunt, insidias & fraudes eius detegunt, & aperto eum Marte aggrediuntur, nempe eremicolæ.

An non illa vere excellens nauis est probe armata, egregie instructa, atque ad omnem impetum propulsandum paratissima: quæ nihil sane est aliud, quam valida illa turris Dauid, mille armis & clypeis circumdata: *Mille clypei pendunt ex ea, & omnis armatura fortium.* Est nempe nauis illa institutoris de longe porians panem. Pater æternus diues ille institutor est: Iesus Christus, sacer panis: Ecclesia, nauis quæ illum vehit, & quidem de longe, hoc est, à cælestibus sedibus à summo caelo nempe egressio eius. Vere inquam panis de longe veniens, panis tanto tēpore expectatus, panis quo totus terrarum orbis enutritus est. Notate rē Auditores: panis nauticus, qui in nauas distribuitur, solet esse bis coctus, qualis pfecto Iesus Christus est, bis s. genitus, semel quidē in sinu Patris æterni: iterum vero in sacro Virginis utero. Vere igitur nauis Ecclesia dici ac nominari potest.

Proponite vobis ob oculos Auditores, nauem quam Salomon tertio quoque anno in Tharsis mittere solebat, *deferentem inde aurum & argentum, & dentes elephanti, & simias, & pauos.* Quid putatis hisce designari, Auditores? Aliud nihil quam nauem Eccle-

siæ, quæ non in mari Tharsico, sed in mundi huius oceano nauigat, aurum fidei, ebur charitatis, & argentum spei semper deferens; adhæc pauos & simias, id est, bonos & malos. Ecclesia deniq; est, nauis salutis extra quā nulla est salus; cuius figuram Arcā Noe fuisse arbitror: omnes namq; qui extra Arcā tempore diluuii erant, naufragio cōsumpti sunt; ad eundē plane modum, omnes qui in agris sunt, & extra nauim Iesu Christi, periculo expositi sunt, & in extremo salutis discrimine versantur. Tu inquā vere nauis es, ô Ecclesia, & quæ solā, ingentes illos thesauros, Sacras nimirum litteras, Sacramentorum gratiam, & miracula cōtines. Tu sola es triremis illa Prætoria, quæ præclaro hoc Catholicæ nomine diceris: cæteræ quæ in mundi huius mari feruntur, nihil sunt aliud quam myoparones & cymbæ piraticæ, mare hoc vndecumq; infestum reddentes; nauigiola prædonum, & falsariorum, pseudo-prophetarum, & ministrorum Satanæ. Tu sola totum orbem circumlustrasti, & ab vno populo ad alterum vsq; ad alterum vela tua extendisti. Cymbæ Mahometicæ, Nestorianæ, Eutychianæ pestiferis infectæ hæresibus, qui Orientem tantum lustrarunt, nunquam ad Occidentem pertingere, aut nostros limites infestare poterunt. Myoparones Lutherani aut Calvinistici nunquā mare Mediterraneum transiere, vt Africa, Asiā, Ægyptum deniq; perlustrant, ne ipsam quidem Græciam: nihil vmq; tale trans mare, cuiusmodi tu doces, auditum est Luthere. At tu, ô nauis prætoria omnia circumnavigasti, omnes terras, omnia regna clāgore & sonitu tubarum tuarū excitasti; nam Prophete, *in omnem terram exiit sonus eorum:* cur-
sististi à polo Arctico vsq; ad Antarcticum: quin & etiamnum hodie in Oriente vsq; ad Indias enauigas, in Occidente vsq; in Americam, in Septentrione ad vsq; Iapones, in meridie ad vsq; Brasiliam: per omnia denique mundi climata ad ipsos vsq; Antipodes pertendis. At audire mihi frementes hic videor ventos, videamus quid postulent.

Porro venti, qui tanto impetu nauem hanc cōcutiunt & percellunt, persecutiones nauem sunt & minæ tyrannorum. Quot porro ven-
ti, &

Cant. 4.
Pro. 31.

Psal. 28.

3. Reg. 10.

Gen. 7.

Ecclesia
torum so-
la orbem
pernauigauit.

Hæreses
paruo alle-
quo mor-
di angulo
continetur.

Psal. 18.

IV.

Venti qui
hanc nauem
hanc im-
ti, &

perunt per-
secutionē
denotant.

ti, & quam validi ē Iudaica cauea prodeun-
tes nauem hanc impētierint, & quæ quales-
que tempestates hinc aduersus eam excitatæ
sint, vix dici potest, Auditores. Ipse quippe
gubernator & Palinurus noster in crucem
actus est, S. Steph. lapidatus, S. Iacob. ē pin-
naculo præceps datus, omnes deniq; Apost.
dispersi & in fugam acti sunt. Quantos cru-
delitatis immanitatisque Aquilones excita-
uit Paganismus & gentilitas? quantas tem-
pestates, portenta illa Imperatorum, Nero-
nes, Decii, Domitiani, Valeriani, Maximini,
Traiani, Iuliani, Diocletiani, alii que innum-
meri? Quantis, proh Deum immortalem
tempestatibus, quantis procellis, quantis
denique turbinibus conuulsatae sūt Eccle-
sia! Decumani omnino fluctus te conuulserunt,
at non excusserunt.

Damasus
in vita Mar-
celli.
Eusebius
hij. Eccl.
l. 8. c. 2.

Immanis
crudelitas
Diocletia-
ni aduersus
Christia-
nos.

30. Papa
martyrio
affecti.

Damasus Papa multis cum lachrymis &
suspitiis narrat ma'ia, quibus Diocletianus
Ecclesiam impetiuit, quibusq; septendecim
Christianorum millia, diuerbis tormentorū
generebus, ē medio sustulit. Quin & Euse-
bius, qui ea tempestate vivebat, historiarum
monumentis prodidit, omnes Romanos
carceres & ergastula ita Christianis oppleta
fuisse, vt locus nō esset iis qui in eadem pro-
pter delicta capita'ia essent coniecti. Addit
insuper, eundem ipsum tyrannum, verum
Christianorum flagellū, eo immanitatis pro-
cessisse, vt omnes quotquot de Religione
Christiana tractarent, libros, publico edicto
etemandos iussit: quo hac ratione omnem
penitus Religionis Christianæ memoriam
ē mentibus hominum euelleret O barba-
riem inaudi am! Quis obsecro, inquit Euse-
bius, interius animo non commoueretur,
eum quod hęc nos oculis aspeximus, tot
sacra volumina, tot diuinas scripturas in ro-
gum medio foro cōici videret? quis quæso
hęc intuens sibi temperet à lacrymis? Vere
enim tunc factus est motus magnus in mari, ita
vt nauis operiretur fluctibus. Distraxit hęc
tempestat triginta continua serie Romanos
Pontifices, omnes martyrio inelytos: exter-
minauit hęc eadem vno turbine ex Oriente
& finibus Africæ ducentos viginti Episco-
pos, quos Symmachus Papa profugos, & in
Sardiniam profectos liberaliter fouit, qui-

busq; vitæ necessaria subministravit. Hem
quæ tempestates, hem quinam turbines!

At nondum hic subsistimus, turbines &
aquilones hęc seon hanc itidem nauim mi-
rum in modum conuulsarunt, vt facta sit
tempestat magna. Hem! quenam rabies ab A-
rianis excitata est? ita vt totus pene terrarū
orbis mergeretur, & præ angustia cordis
clamaret, Domine perimus, & vt B. Hierony-
mus testatur, ingemisceret, & se Arianum es-
se miraretur. Totus pene mundi ambitus ab
hac hęc hęc dementatus fuit: multi eam Re-
ges & Principes fouerunt, plurimi eam Epi-
scopi amplexati sunt, eandem Constantius,
Valens Imp. Reges Gothorum in regno Ita-
liæ, Vandali in Africa, deinde Iconomachi,
Leo Isauricus, Constantinus Copronymus,
Philippus, Armenii, & plurimi alii, & lin-
gua, & armis defendendam suscepere. Quin
& tradit in Chronicis suis Sigebertus, quod
notatu dignum, impium illum & infandum
Copronymum plures ē medio Catholico,
quam vllum vquam tyrannum, sustulisse.

Quas deinde turbas, quæ prælia, quos
turbines, quas tempestates, vnicum illud
monstrum, in Saxoniarum cauernis natum Lu-
therus, anno Domini M. D. XVII. tempori-
bus Leonis Papæ & Imperatoris Maximilia-
ni, in Germania excitauit? Indulgentias Pō-
tificias oppugnat, Purgatorium penitus ne-
gat: aduersus Episcoporum potestatem de-
bacchatur, deniq; contra vniuersam Eccle-
siam arma mouet & prælia. Quos porro tur-
bines persequisti o Gallia? quibus tēpestati-
bus cōquassata es propter nefandum nefan-
di illius Caluini furorem? tempestatibus, in-
quam quæ tua eam panilia destruxerunt, al-
taria tua euerterunt, templā tua prostrauit:
tempestatibus, quæ sacerdotes tuos ex-
cruciarunt, monasteria tua confregerunt,
imagines tuas demolitæ sunt: tempestatibus,
quæ sacros tuos calices eliquarunt, benefi-
cia inuasunt, & omnia tua sancta concu-
carunt, profigarunt, profanarunt. Horresco
referens. Vide etiamnum hodie euaporantes
fumos o Gallia, & illa tua cruenta vulnera
nōdum obducta sunt, Nūc cinis est vbi Troia
fuit. Verum tandem aliquando clemens il-
le Pater, imperauit mari & ventis. Cohibuit

Crudelitas
Arianorū
Dial. con-
tra Luci-
serian.

Ventus ha-
reseos.

Rabies
Lutheri.

Castiga-
tiones in
eos qui
Ecclesiā
persecu-
ti sunt.

*Ætiod. 14.
Num. 17.*

hic Æolus, emissos carcere ventos, turbines sedauit, & serenitatem superinduxit Pharaon, primus Ecclesiæ persecutor, in Rubro mari sepultus est. Terra dehiscens primos Schismaticos Core, Dathan, & Abiron viuos ad inferni barathrum transmisit: Iudæi mille calamitatibus, ubiq; terrarum circumuallati, omnium ludibrio & fannis sunt expositi. omnes illos Imperatores Romanos, Christi a noru carnifices: omnes quoq; illos Ecclesiæ inimicos, inaudita & calamitosa morte ultor Deus puniuit. Nero namque sibi ipsi tor tor fuit, Decius à Gothis superatus, & castris exutus, misere in vndis suffocatus est: Traianum paralysis ad mortem vsque ex cruciauit. Maximinus graui oculoru dolore oppressus, sibi ipsi sperans succurrere, mortē potius accersuit: Valerianus à Rege Persarum in captiuitatem ductus ephippiarii munus exercuit, stapedem tenens barbaro Rege equum conscendente. O vindictam diuinam! o meritas punitiones! Iulianus quoq; vt D. Greg. Nazianz. tradit, miraculoso ictu lanceæ e medio sublatus. sepultura caruit Valens Arianorum partes fouens, Arianus & ipse viuus, teste Rufin. conflagrauit. Hæc sc. pœna fuit eoru, qui hæreticos & hæreses fouerunt.

*Grat. 2. in
Iulian.*

Lib. 11.

*Athanas.
orat. cont.
Arian. Ru-
fin. lib. 20.
hist.*

Videamus modo tragicum finem & lugubrem catastrophem Hæresiarcharum. Arius dysenteria vexatus, & internis cruciatus torminibus, in latrinis animam emisit, vt D. Athanasius & Rufinus testantur. Manichæo viuo Rex Persarum, vt Epiphanius hæresi LXVI. scribit, pellem detraxit. Nestorii impiam linguam vermes blasphemiarū vindices corro dentes, mori coegerunt. At suauius multo Lutherus vitam finit. bene namq; potus, & eibus distentus, absq; vlllo ext. rno pietatis signo, cubitum secedens, apud inferos pernoctauit. Zuing. Coch'æo teste, agmen aduers. Catholicos ducens, armatus in acie interfectus est. Carolstadius, Ministrorum Basiliensium relatione à diabolo suffocatus interiit. At nō tu omnium scelestissime Caluine, infelici & pœnē tragico exitu vitam finisti? à vermibus sextipedibus, velut Herodes, velut Antiochus, & velut Maximinus fuit consumptus: quin & inuocatis demonibus, feribundus & desperans miserabili catastropha animam emisit.

*Colchæus
in vita Lu-
theri.*

*Bolsetus in
suis vita.*

*Discite igitur iustitiam moniti & non tem- Virgil. 6.
nere diuos. Hac ratione turbines isti quietes Æneid.
runt, hoc modo mare pacatum, & facta est
tranquillitas magna, pax quidem reddita Ec-
clesiæ, quies fidelibus, & nauiculæ securitas.*

Tu vero Deus æternæ, qui ventis & mari imperas, verus protector & defensor Ecclesiæ, animarum nostrarum zelator, qui post tempestatem, tranquillum: post imbres, serenitatem superinducis: quiq; non permit- tis continuo terram diluuiio regi, nec semper in cœlis tonas, aut tempestatem continuam cies: defende obsecro, Ecclesiam tuam, con- cede pacem, hæreses omnes exingue, & tur- bines hos, qui tēpestates procreare gestiunt, longe dispelle. Ante omnia autem o Pater æternæ, & omnipotens, miseras nostras ani- mas, quæ in huius carnis passionibus non se- cus ac nauis in medio Oceano, fluctuant, conferua: tu eas dirige, tu earum gubernator sis, tu cynosura, tu eis omnia, quæ vbi ventus cessauerit, & tranquillitas magna facta fue- rit, fidele tibi & nunquam deficiens hic in terris obsequium, & sempiternum in cœlo præstabunt. Amen.

DOMINICA PRIMA IN
QVADRAGESIMA.

Partitio.

- I. *Quis tentator hostis?*
- II. *Quedam desertum tentatoris?*
- III. *Quod desertum tentati?*
- IV. *De Duellibus ipsis, trinog. duello.*
- V. *Cur trima fuerit tentatio?*

*Ductus est Iesus à spiritu in desertum, vt ten-
taretur à diabolo. Matth. 4.*

FIGVRA.

*IVCNDVM sanè spectaculum fuit, Au- 1. Reg. 17.
ditores, pusillum illum adolescentem Da-
uid, in campis Iudææ, exigua armatum fun-
da, aduersus magnum illum Goliadam Prin-
cipem Iherosolymitanum, qui quadraginta diebus
agminibus Israel exprobrauerat, proceden-
tem videre iucundum quoq; fuit, vnico fun-
dæ ictu in fronte, illam molem carneam co-
cidentem, honore simul & vita priuatam, in-
tucti.*

veri. At longe iucundius spectaculum est, hodierna die in desertis Palæstinæ paruum & humilem Iesum, sola humanitatis nostræ funda armatum, aduersus magnum illum Satanam, Principem tenebrarum, qui toti mundo iam à quinque annorum millibus & amplius exprobrauerat, procidetem videre, & vnico ictu lapidis ita illum prosternentem, vt in monte Caluariatæ tadem sit emortuus. Non potuit Dauid regalibus exuuiis, quas Saul offerebat, indutus, ad certamen procedere, verum in habitu pastoritio in arenam descendit: Christus quoq; noster regalibus diuinitatis suæ vestimentis indutus, in certamen descendere nequuit: opus scilicet erat, vt in habitu viatoris veniret, & humanam naturam assumeret. Hac eum forma, & schemate hodie contempleri, Auditores: hoc habitu indutus pugnat, hoc in habitu victoriam consequitur, quam vobis hodierna oratione describam: prius tamen gloriosam eius matrem & Virginem Mariam salutemus: & genu flexo dicamus.

A V E M A R I A.

I. Merito nonnulli mea quidem sententia, de natura conuesti sunt, quod cum sese vt matrem charissimam erga cætera animalia exhibeat, erga solos homines nouercam sese declaret. Si enim attentius consideremus, quæ ratione in hunc mundum ingrediamur, quomodo in eo degamus, & hinc abeamus, mille nobis lacrymarum occasiones, amplifimaque miseræ nostræ conditionis deplorandæ materia suppeditabitur. Plorantes nascimur, in laboribus viuimus, & cum dolore lamentis que hinc emigramus. Mox enim in auras atque vitales nos natura producit, duplici carceri includit: animam quidem corpori, & mundo corpus: è quo nunquam nisi ipsa morte liberandi sumus. Huiusce rei egregiam nobis Exodus figuram ostendit. Vix enim Moyses natus erat, & ecce in fiscella scirpea expositus, in profluentem deiciitur, vt quocūque vnda detulerit, eodem appellat: quo quid aliud, ò homo, declaratur, nisi te vix natum, statim mundi hisce fluctibus expositum, ludibrio fortunæ agitari.

Hinc factum est, vt Democritus confiderata mundi vanitate & infania, semper riserit, subfannans, & exsibilans eos qui mundi se voluptatibus oblectarent: Heraclitus vero miseris calamitatibusque humanis ob oculos positis semper plorauerit. Quin etiam Iob, hæc considerans attentius, plenus dolore & gemens, lamentatur, exclamans: *Quare de vulua eduxisti me? qui vtiinā consumptus essem, ne oculus me videret, fuissim quasi non essem de viro translatus ad tumulum.* Petiit de ac si diceret, Cur ò Deus æternæ me è ventre matris eduxisti? quare mihi vitam cōcessisti? quare me lumen solis fecisti intueri, vt tot malorum calamitatumq; hæres fierem? exspirasse satius fuisset, & natali mortē coniunxisse. Ne quid nimis ò Iob, nolim tantum doloribus indulgere, fidem habes, quæ ethnici fuere destituti, quæ magnam mercedem æquo animo aduersa sustinentibus promittit.

Diuinus ille Plato de mortali hac vita agens, & post eum M. Tullius, dicere solent: *Non solum nobis nati sumus, sed ortus nostri partem patria, partem parentes, partem sibi amici vendicant.* Egregiam & vere auream sententiam! at vestra liceat mihi venia verba hæc conuertere, & Christiano more dicere: *Non solum nobis nati sumus, sed vitæ nostræ partem caro, partem mundus, partem sibi diabolus vendicat.* Mundus enim diuitiis nos suis fascinat & eludit, caro deliciis voluptatibus que illaqueat & inescat: diabolus technis & fraudibus decipit & irretit. Mundus se vult diligi, caro foueri, diabolus porro adorari.

Considerate naturam hanc rerum, Auditores. An non terra, in medio mundi, velut sphaera quædam pendula, à tribus elementis, veluti tribus inimicis circumuallatur, qui eam impetant, diuexent, & perpetuo oppugnent. Ignis suis eam ardoribus adurit, aer vaporibus corrumpit, aqua vero vndis submergere satagit. Imaginem hæc gerit vitæ nostræ, qui inter tres se inimicos fortissimos collocata est, carnem nimirum, mundum, & Satanam, qui perpetuo cum ea, inuadendo, oppugnando, diuexandoq; decertant: mundus quidē opib. & concupiscentia, caro deliciis, diabolus v. ambitione instructus. Atq; in hūc sensū loquitur. *Hic. Inde me persequitur*

Duo Philosophi, Iosophi, quorum alter perpetuo ridiculos, alter plorabat, alter plorabat. Iob deplorat calamitates huius vitæ.

Iob. 10.

Apophtibi Platonis & Ciceronis. Cic. lib. 1. Offic.

Insignis conceptus. Terra in medio trium elementorum quæ eam semper impetunt, vitæ hanc nostram.

Epist. ad Heliod.

luuu-

luxuria, inde auaritia conatur irrumperere, inde uenter mea uult mihi pro Deo esse, prosequitur me inquam hostis, cui nomina mille, mille nocendi artes. Hæc sunt bella, hæc certamina, hæc prælia, hæc duëlla, quæ nobis in bodierni diei campo representantur: Ecce enim apud Marthæum, Ductus est Iesus à spiritu in desertum, ut tentaretur à diabolo. Primum autem uobis certaminis locum & arenâ depingam, deinde pugiles qui in eo decertaturi sunt. Audite igitur & uerba belli signum auribus insonet:

II.
Mundus
instar de-
serti est.
Cant. 8.

Gen. 3.

Mundus
in montibus
Gelboe
comparatur

Ductus est Iesus à spiritu in desertum. Desertum hoc ad pugnam delectum, nobis mundum representat: ita hunc namque Angeli in Canticis nuncuparunt, dicentes, Quæ est ista, quæ ascendit de deserto delicias affluens. Vere namque desertum appellatur, in quo præter ventos tentationum, tempestates persecutionum, & procellas concupiscentiarum nihil auditur, desertum inquam, in quo nihil aliud quam montes, Athos, Taurus, & Caucasos est conspiciere: desertum in quo exsurgunt rupes pertinaciæ, cedri ambitionis, monstraque omnium peccatorum gignuntur. Hoc est illud desertum, quod naturæ humanæ in punitionem peccati consignatum est, de quo dicitur, Maledicta terra in opere tuo spinas & tribulos germinabit tibi. Dicere uolebat Deus, Dic mihi, Adam, unde in hoc peccatum prolapsus sis? tantane tua fuit audacia, ut aduersus me insurgeres, qui tantis te beneficiis cumulaueram, inque paradiso voluptatis collocaueram: sed Eheu, felicitatem tuam infelix non agnouisti: uade igitur nunc in desertum sed maledictam illam terram, quæ spinas & tribulos tibi germinabit, in ea uitæ tuæ tempus transigito, nec ipse modo, sed & omnis tua posteritas, & longa filiorum series. Mundus quoque est desertum illud Gelboe, cui Dauid, accepto tristi illo nuntio de morte Saul, totiusque roboris exercitus Israel, qui in montibus Gelboe ceciderant, maledixit, dicens: Montes Gelboe, nec ros nec pluuia descendans super uos: quod in uobis uirorum fortium sanguis tam copiosè effusus sit: cælum uobis pluuiam & rorem denegat: tempestatibus autem & fulminibus perpetuis obnoxii ma-

nete, in quibus tam cruentum prælium commissum est. An nõ potiori iure hæc in te maledictio quadrabit, ò munde? quam non tibi Dauid, sed Deus imprecatur, dicens: Maledicta terra in opere tuo. Tu itaque es desertum illud Gelboe, in quo rotæ cædes, tot inuasiones, tot homicidia perpetrata sunt: noster Saul in eo cecidit, Adam in eo periit atque adeo omnis in eo posteritatis eius exercitus periculum incurrit: duodecim Apostoli in eo sunt interfecti, XXXIII. Põtifices Romani interempti, atque infinita hominum millia martyrio è medio sublata: quin & ipse Christus Iesus, filius Dei unigenitus, mortis hic periculũ incurrit. Maledicti igitur montes Gelboe, super quos occisi sunt fortissimi Israel: maledictus mundus, & in æternum maledictus: perpetuis dignum castigationibus desertum, quod theatrum fuit, in quo tam immanes tragœdiæ sunt exhibitæ.

An non uidetur, Auditores, mundus hic optime cũ deserto illo Caluariæ monte posse comparari? nam quemadmodum ille fortidus fuit, suppliciiis sceleratorum destinatus, sentina quodam modo putoris, mephitim circumquaque exhalans, crucibus, patibulis, ossibusque mortuorum oppletus: ita plane & mundus. An non ipse, Caluariæ locus est, suppliciiis Adami omniumque eius posterorum ab æterna iustitia destinatus. Quid enim aliud hic sentimus præter putorem intolerabilem, fetorem abominabilem, & terram exhalationem? quid aliud hic uidere est quam mortuos, enecatos, torros & suspensos. Hic igitur uere ille mons Caluariæ est, in quo Iesus Christus crucifixus, in quo crux eius erecta fuit, & in quo tandem exspirauit? an non enim in mundo mortuus est?

Meminit Lucas deserti cuiusdam, quod haud procul à Iericho distabat, in quo homo quidam descendens ab Ierusalem in Iericho incidit in latrones, qui despoliauerunt eum, & deserto plagis impositis eo semiuiuo relicto abierunt. Audistis historiæ seriem: an non statim, etiam tunc me tacente mundum hic designatum creditis? Eheu! Adam homo ille fuit qui ab Ierusalem in Iericho descendit, à gratia in peccatũ: qui in deserto mundi huius omnibus gratiarũ donis beneficiisque quæ à Deo acceperat, fuit exutus:

Mundus
est Calu-
ariæ mons
Matt. 27.

Luc. 10.
Mundus
similis est
deserto
Iericho.

erutus: ac misere à latronibus, peccatis scilicet & diabolis sauciatus. Mundus hic, Auditor, hocce desertum est, in quo Philistæi, i. e. diaboli, plus quam quinq; annorum millibus grassati, omnes dispoliabant, misellas animas ad digladiandum inuitantes: donec tandem noster Dauid cum iis præliaturus descendit. O infelix desertum, in quo à primo natiuitatis exordio includimur, & in quo totum vitæ cursum, non secus atq; erimicolæ, transigimus: desertum in quo nihil nisi pugne videntur, præter consuetam illam tentatione, *Mitte te deorsum* pro ambitiosis, & *Hac omnia tibi dabo* pro auaris, audire est. Desertum denique monomachiis & certaminibus nobile ac fuso rubens sanguine, vbi caro aduersus spiritum, peccatum contra gratiam, fides contra hæresim digladiatur. An non auditis Caluinistam Catholico obiectentem verbis Satanæ, *Si filius Dei es*, O Catholice, si tua vera est Religio, si legitima penes te Ecclesia, *dic ut lapides isti panes fiant*, declara miraculis, demonstra ad oculos, quanta ratione panis in corp. Christi transubstantietur. *Vade Satana*: tace hæretice, & audi quotidianum Hoc est. Idem ipse qui olim vxorem Loth in staturam salis, rupem in stagnum aquarum profluentem in sanguinem, virgam in serpente commutauit, quotidie & panem in veram corporis sui substantiam conuertit.

Gen. 9.

III.
Pœnitentia
instar de-
serti est.

Delineatio
deserti pœ-
nitentia.

Exod. 14.

Est & aliud deserti genus, sancta nimirum pœnitentia, desertum verè amœnū, nec amplius desertum, sertum iucundum, & in quo sese Angeli oblectant. desertum, inquam, in quo miro quodam modo animæ iustificantur, in quo manna cōsolationum cœlestium pluit, in quo lachrimarum torrentes fluunt, Desertum vere regium; vbi petrae, cubacula sunt: antra, atria, cauernæ, aulæ. Desertum, omnia mundi loca iucunditate amœnitate, que superans: vbi saxa paup̄um sunt: terra stratum: montes ceruical: vmbrae, aulæ, spelæa, cimelia: feræ, focii, & spinæ, flores & atomata. Desertum plenu voluptatis, in quo orationes, cōfabulationes: ieiunia, cōuiuia: radices herbarum, bellaria: suspiria, muscā: & flagra virgæque, tripudia representant.

Fili Israel iam à captiuitate Ægyptiaca liberati, vastam illam solitudinem intrarūt,

Tom. I. Bessai Quadrage.

atque per eam ad terram promissionis perueniunt. quo nihil denotatur aliud, quàm filios Dei, iam semel ex Ægypto peccati eductos, desertum pœnitentiæ intrare oportere, vt per hoc ad terram beatitudinis perueniant. Christus quoque Seruator noster, statim post baptisimum desertum petit, vt nos edoceret, statim à baptismo desertum pœnitentiæ esse adeundum. O vere diuinum desertum! desertum amœnitate refertum, virtutibus excellens & meritis locupletatum, exhibere mihi montem illum Thabor videris, in quo animæ ex terrenis factæ cœlestes, ex diabolicis in angelicas transmutatæ, transfigurantur. In te, in te, inquam, audio clamantes animas pœnitentiam agentes, *Bonum est nos hic esse*, bonum est pœnitentiam agere.

Matt. 17.

Matt. 17.

Similis est
pœnitentia
deserto Si-
nai.
Exod. 14.

Quemadmodum in deserto quoque Sinai legem suam tulit Deus, in quo audita tonitrua, emicarunt fulgura, clangorq; buccinæ perstrepuerunt, ita vt omnis populus, qui in castris ad montis radicem erat, vehemēter expauesceret: ita quoque in pœnitentiæ desertis eodem modo lex Dei in animis hominū figuratur: hic namque animæ pœnitentiam agentes Deum timere, eumque super omnia diligere discunt: ita vt vere te desertum desiderabile, & votis omnibus exoptandum mihi liceat appellare.

Tanto porro amore insignis ille sui castigatō S. Hieron. hæc deserta complexus est, vt ergastula se videre diceret, si quando vrbes forent adeundæ, & omnem voluptatem & delicias in cauernis & petris solitudinis collocaret. Reliquit S. Ioan. Bapt. aulas, & splendida Zachariæ patris sui atria, vt deserta incoheret: quin & Seruator noster Christus, in desertis hisce locis habitaturus, vbi cœlos deseruit: *Ductus* quippe *est Iesus in desertum*.

Luc. 1.

Vnde porro bone Iesu, amantissime animarum redemptor, tanta tibi deserti & solitudinis dilectio? In duplici deserto nasceris, in præsepi scilicet & in stabulo. Hodie ieiunas in deserto Palæstinæ & propediem in deserto Caluariz morieris. Desinite igitur, ô Philosophi, Deum in cœlo empyreo indagare, nolite eum in locis imaginariis quærere, nolite eum in omnib & vbiq; persecutari, nusq̄ nisi in desertis modo reperitur. Vos

Cant. 3.

Leuit. 10.
Figura
hirci emis-
sarii.

Ierem. 8.

Psalm. 9.

vero pie animæ ne quærat amplius spon-
sum vestrum in mundo: non inuenitur am-
plius in compitis & vicis ciuitatum: nam, vt
in Canticis dicitur, *non iacet in terra suauiter
viventium*: multo vero minus in deliciis &
voluptatibus. at in posterum in solitudine
gestit inueniri.

Præcepit in Leuitico Deus, vt hircus pec-
catis totius populi grauat in desertum e-
mitteretur. Ecce tibi hanc hodie figuram ad-
impletam; videas enim hic Iesum Chri-
stum, non quidem hircum, sed agnum absq;
macula, qui in deserto totius mundi pecca-
tis grauat emissus est. Audiistis iam ab a-
liquot dieb. vocem clamantis in deserto: au-
dite iam hic vocem plorantis in deserto: au-
dite vocem & lamenta nostri Heracliti; ecce
tibi hic eum qui peccata totius orbis de-
plorat & lacrymis eluit. Plorauit olim Isaias
peccata Babylonis, Ieremias iniquitatem fi-
liæ Sion, Ezechiel scelera abominationesq;
Ægypti & Tyri, Osee & Amos flagitia Sa-
maritæ. videas porro hic longe alium Hera-
clitum, Iesum scilicet, pro omnibus totius
mundi peccatis illacrymantem. Non deplo-
rat modo, ô Theologi, peccatum originis,
verum & mortalia & venialia, culpam &
pœnam, peccata præterita & futura. Audio
solitudinem gemitibus resonantem, suspi-
riis vndique omnia perstreptentia, & ad vo-
cem lacrymarum petras reboantes. Accede
anima & solitudinem hanc profundius in-
gredere, & audies illum die noctuque exclamantem,
Quis dabit capiti meo aquam, & o-
culis meis fontem lacrymarum, & explorabo die ac
nocte? Hic magnum illum ploratorem inuen-
nies, ô anima, cuius figuram David gerebat
dicens, *Lauabo per singulas noctes lectum*
meum, lacrymis stratum meum rigabo. Ac si di-
cat, Si me semel contingat deserti compo-
tem fieri, dies sterui lacrymisque non suffici-
ent, noctes integras flendo traducam, rupes
stratum mihi suppeditantes, lacrymis assiduè
rigabo, daboque operam vt antra, câmpique
patentes, habitacula mea, lacrymis pernent.

Orem nouam & inauditam, vereq; admi-
randam! videre scilicet filium Dei lacrymis
deserta humectantē atq; procul à celo præ-

cul ab Angelorum hominumq; consortio, in
solitudine sese recolligentem. Vt olim no-
uum fuit & admirabile, Deum tuæ Hæcæ (Isaia 29.)
præcipere, vt in plateas nudus procedat, &
pœnitentiam agat, cum populus Iudaicus
byfso purpuraq; superbiens incederet. *Vade*
& tolle saccum de lumbis & calceamēta tua tolle
de pedibus tuis: & fecit sic vaitens nudus & dis-
calceatus.

Prodigii quoq; loco habitū fuit, Ieremiā,
tum cum Iudæi in conuiuio & epulis, festi-
que publicis celebritatem agerent, Dei iussu
prodeuntē & catenis grauatū per plateas
ingredientē videre: *Hæc dicit Dominus ad me,*
fac tibi vincula & catenas & pones eas in collo
tuo. Lugubre etiam fuit, Deū, tum potissimū,
cum iuuentūs Ierosolymitana non nisi de fe-
stis ludicris tripuidiisq; loqueretur, audire E-
zechiel præcipientē vt in domum ingrede-
retur parietem foderet seseq; ab hominum
turbis ad agendam pœnitentiam segregaret.

Nihil porro admirandum magis reperiri
queat, quā videre patrem illum æternum &
quidē iam cum mundus in deliciis dissolui-
tur, & voluptates ambit Filium suum in so-
litudinem Palestinæ recludere, vt in eadem
ieiunet, plangat, & pœnitentiam agat. Vide-
mus igitur hic iam verum Eliam solitudinis
incolam sub densis arborum reclinatum
vmbri, peccataque populi lacrymis eluen-
tē. Videmus hic miserum Ismaelem filium
Agar Ægyptiæ; filium inquam hominis, nō
sui sed fame, in vasta illa solitudine morien-
tem. Plus dicam: videmus hic filium prodig-
um illum, quam relicta domo paterna in
regionem looquinqua mundi scilicet, profec-
tus, dissipauit substantiam suam viuendo
luxuriosè, & irriteritus scilicet amoribus ani-
marum perditæ viuentium gratias suas iis e-
largitus est, merita prodegit, sanguinem
effudit, vitam denique impendit, atque ho-
die præ fame in deserto Iudææ clamat. An
non hæc præclara sunt? sequitur: *Ductus est*
Iesus in desertum. Tu porro Spiritus S. Do-
mini mei conductor, an non & animam
meam in desertum conduces? vos vero Chri-
stiani, an non duces vestrum sequemini
Seruorum & Principū David exemplo, qui
eum exutum throno & diademate, nudis
pedi-

pedibus & capite nudato, Ierosolymis profugam, per loca contagiosa & abruptos scopulos serpentem secuti sunt eiusque dolos socii exstiter.

Vos autem magni illius Dei serui videte hic principem & ducem vestrum, qui relicto regno cœlesti gemens & plangens solitudinem incolit, & cum sequi tardabitis? ille pœnitentiam agit, & vos eam facere negligetis? Ieiunat ille, pœnitentiam agit, & vos eam facere negligetis? Ieiunat ille Quadagesimam, & vos eam imitari detrectabitis: oportet tamen, quare agite vnanimi cœsensu desertum petite, omnes ad pœnitentiam accingamini: seruiant iam pugni non nisi tunsionibus pectoris, oculi lacrimis, vox & lingua solis lamentis & planctui.

Bene & sapienter olim dixit poeta, *Exeat aula Qui vult esse pius*: at hoc non sufficit. Equidem addo & dico: *Exeat mundo qui vult esse tutus*, & ad desertum velut ad asyly confugiat. Filii Israël tyrannidem Pharaonis euitantes in solitudinem velut ad securitatis præsidium, confugerunt. Elias, Iezabelis rabiem furoremque declinans, in deserto delituit. Mulier illa Apocalypseo: quam septiceps draco prosequatur, vt se in tuto collocaret desertum petiit. Non desunt profecto nobis exempla. Si igitur à Pharaone, id est, mundo: à Iezabele, id est, carne, & dracone, qui diabolus est, tueri animas nostras velimus, ad desertum confugiamus, ad desertum inquam pœnitentiæ. Merito itaque exclamat D. B. *Fugite de medio Babylonis, fugite, saluate animas vestras*. Et quare subnectit, *Periclitatur. n. castitas in deliciis, humilitas in diuitiis, pietas in negotio, veritas in multiloquio, charitas in hoc nequam seculo*. Egre diemini igitur, & mundum hunc derelinquite nisi harum virtutum perdendarum periculum subire velitis.

IV. At audire mihi iam videor ictus certaminis, video iam arma vibrari, gladios stringi, tubæ incipiunt perstreperere. Accedamus, & pugnam, ad secundam concionis partem progrediendo, spectemus, sedeamus arbitri, expectantes in quem victoria inclinatura sit, nunquam quidem huiusmodi me certamen vidisse vel audisse memini: licet non

ignorem atrociam aliquando duella tam in mundo quam extra mundum extitisse. *Gen. 10. Iudith 13.* deo in cœlis draconem cum Michaelē Archangelo decertantem: Euan cum serpente in paradiso terrestri: Tob cum Satana in medio Chaldææ: Iudith cum Holoferne sub mœnibus Bethulæ: Aman cum Mardochæo in Perside. at similis conflictus aut certamen nullo vnquam tempore, & nusquam gentiū auditum est: cernas hic duos veteranos, duos peritissimos duces in aciem descendentes: quibus nulla insidiarum stratagematumque pars est incognita, sed qui propter diuturnum vsu, rerum omnium experientiam habent. Ecce namque tibi hic magnum Satanam, omnis mali fontem, cum omnis boni auctore Deo depræliantem: cuius quidem duelli vmbra in monomachia illa Dauidis & Goliath expressam videbimus. *Exod. 14.* Descendunt hic itaque in certamen duo Principes, multis victoriis, trophæisque vtrimque nobiles: hinc verbum Dei, quod vniuersum orbem terrarum vniuersali cataclysmo perdidit & edomuit: quod toties ignem è cœlo eiaculatum est: quod vna die quatuordecim hominum millia igne incendioque absumpsit: quod omne robur exercitus Pharaonis, & principes eius in maris Rubri gurgite conclusit: quod vna nocte omnes Egypti primogenitos vindice gladio interfecit: quod vno temporis momento Pentapolim, hoc est, Sodomam, Gomorrhæam, & conterminas ciuitates, sulphure & flammis è cœlo erumpentibus euerit: quod terra dehiscente, Core, Dathan, & Abiron viuos ad inferos, cum tabernaculis transmisit. *Exod. 12. Gen. 19. Num. 16.* ille denique descendit, de quo canitur: *Magnus Dominus & magna virtus eius & qui facit mirabilia magna suis.*

Illinc vero cernas prodeuntem Satanam, magnum illum bellatorē & veteranum, illum effrenatum & indomitum, angelum illum pernicem, qui seditione olim in cœlis excitata, plusquàm tertiam Angelorum partē aduersus diuinam maiestatem comouit, & in partes suas traxit; illum inquam qui per draconem Apocalypseo, cauda tertiam stellarum cœli partem secum trahentem, significatur: qui primos mundi incolas in Pa-

Gen. 3.

radiso terrestri expugnauit, quibus expugnatis omnem eorum posteritatem eadem calamitate inuoluit: immanem illum tortorem, qui tam immis in Iob virum sanctissimum exstitit; qui Dauidem adulterii & homicidii infandi reum constituit, atq; totum

Iob. 2.

pœne regnum Iuda in extremum ideo discrimen coniecit; crudelem illum animarum sicarium & inuasorem qui septem Sara maritos interemit qui tot innoxios infantes suadente Herode interfecit; qui Iudam ad desperationem, & ex desperatione ad laqueum cogit: qui Cain ad parricidium stimulauit; deniq; immanem illum tyrannum, qui plusquam quouis annorū millibus totius mundi imperium tenuit: quo nullus est in mundo aut extra mundum confidentior, *quis* (vt ait Iob) *factus est vt neminem timeret*, cum quo si Herculum comparemus, Thersites videbitur; si gigantem, pygmaeus; si rudentem, funiculus.

1. Reg. 11.

Tob. 9.

Matt. 2.

Matt. 27.

Gen. 4.

Audiuistis pugiles & bellatores, audite iam verbera, ictus, & stratagemata. Eone procedes audaciæ, improbe Satan, eone impudentiæ, aut insolentiæ, vt cum Deo tuo decertare præsumas? anne oblitus es prioris tuæ conspirationis, quam tibi illa infelicitate successerit? Percellor, & horrore sanguinem sentio congelascere, cum te in Deum meum arma video stringentē. Si tantum in Deum audeas, quid in nos miseras creaturas non audebis? Sed nihil ō sanguinolenta bestia intactum relinquis, vbiq; incendiū excitas, omnia turbis & tumultibus misces: aduersus Angelos in cœlo, homines in paradiso, Dauidem in regno, Iudam in Apostolatu, & hodierna die aduersus Iesum Christum in deserto insurgis. Hæc quidem hæc tenus: videbamus modo verbera.

Prima tentatio diaboli aduersus Christum.

Primus, quem sceleratus ille sicarius inatigit ictus, procedit à gula, *Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant*. perinde ac si hoc cum argumento fuisset aggressus: Quid hic in deserto tēpus perdis? Omnis de te Iudæa loquitur, vita tua supra humanam quid continere videtur, omnes te filium Dei arbitrantur; & ipse, consideratis operibus quæ facis, non omnino ab hac opinione abhorreo. quam si penitus in me cupias, confirma-

ri, signum aliquod exhibe, quod humanam potentiam transcendat; dicte. vt lapides isti panes fiant. Si filius Dei es; similis ei es potentia, & par illi essentia, ac proinde omnia operari potes; *dic ergo vt lapides isti panes fiant*. Meminerat hoc se olim gladio Adamū iugulasse; atq; hac quoq; fraude Esau in castes suos attraxisse; adeo vt primogenita sua vendiderit; haud dissimili etiam ictu diuitem epulonem ad terram prostrauisse.

Sed hic operam & oleum perdis Satan, frustra hac via conaris irrumperere: non enim inuenisti hic gulosum illum Adam; ille quidem comedendo nos perdidit, hic vero ieiunando nos saluos faciet. Muta locum & arma; ad secundum ictum descende. admo- uer itaq; iam balistam ambitionis & cupiditatis: & sustollens eum in montem excelsum, omnia illi regna mundi & gloriam eorum ostentat, atque his eum verbis affatus est: Contemplant quatuor mundi plagas; ecce tibi hic Orientem, illic vide Occidentem, hinc Meridiem, illinc vero Septentrionem. An non vniuersam hanc mundi machinam in duobus polis vides circumferri, hic quidem Arcticum, apud Antipodes reperire est Antarcticum. Quatuor constat mundus partibus, Asia, Africa, Europa, & America: an non cernis etiam quatuor potentes Monarchias, Græcorum primam, in qua Philippi & Alexandri Macedones dominati sunt: secundam Persarum, quæ Reges habuit Cyros, Xerxes, Artaxerxes, Darios: tertiam Assyriorum, in qua imperarunt Nini, Nabuchodonosores, & Balchafari: vltimam vero Romanorum, suos iactantem Cæsares, Augustos & Tiberios. hæc omnia mea sunt, hæc ad meum imperium contremiscunt, ego vtrumq; hemisphærium nutu meo percello, & *Hæc omnia tibi dabo*; si me Regem & superiorem tuum velis agnoscere: & totam hanc tibi mundi machinam darum me polliceor. *sic cadens adoraueris me*. Ecquæ nam illa tua est impudēs audacia & nefanda arrogātia? tene mundi tibi imperium assumere? *Domini est terra & plenitudo eius*. *Plal. 24.* tu custos infernalis nigredinis. *Hæc omnia dabo tibi, quasi vero*. Considera hic versutias & frau-

& fraudes Satanæ, Christiane superbiens, quibus te conatur irretire: vide montes in quos te subleuat, & è quibus mundi tibi potentiam ostendit, vt quando ei visum fuerit deorsum te præcipitet ac deturbet. Quem admodum enim Aquila, si quando testudinem rapuerit, vnguibus eam cõprehendens in aera librat, vt restam deiectam ad rupem collidar: ad eundem modum Satan, qui verus gryps est, & ad prædam natus, superbos & arrogantes in altum sustollit, vt tanto deinde grauiore casu ad fortunæ petram deiectos collidar, vt optime olim Poeta cecinit: *tolluntur in altum,*

Vt lapsu grauiore ruant.

Claud. in Ruffino. Non errauero si te, ô ambitio, saxum illud Tarpeium esse dixerò, è quo Romæ fontes & rei præcipitabantur: tu sc. es rupes in medio mundi sita, è cuius vertice diabolus superbientes animas deorsum iacit. Cũ mecum ipse patibulum illud perpendo, in quo superbus Aman vitam infamilaqueo finiuit, veram mihi videre videor ambitionis figuram: in qua ambitione, veluti in patibulo, superbi magna cum infamia expirant. Refert Plutarchus historiam, quæ huic rei optime quadrabit: Theseus regno exutus, cum se ad Regem Lycomedem, ad impetrandum pro regni recuperatione auxilium contulisset, in excelsum à perfido Rege omnes regni sui prouincias ei ostentaturo ducitur montem, è quo deturbatus vitam miserrime finiuit. Idem penitus tecum agit diabolus. ô superbe, cum ad eum tanquam ad amicum confugi; nam quando eum tibi propitium putas, & votis tuis, ad turres & montes ambitionis te eleuando, ex animo annuere, tum te seorsum deiicit, & extremâ animæ perniciem adfert. O furia! ô Megæra! nihil inde efficies, in casum laboras, nec ideo aduersarium tuum expugnaueris.

Tertia diaboli tentatio. Consideremus iam extremum insultum, & maximum imperium; cum enim iam videret se nec ambitione nec gula effringere aut autum parefacere potuisse, validam illam & fortissimam superbix balistam in manus sumit, & aiunt: *Mitte te deorsum, si filius Dei es: nã Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis.* O quot perdidisti animas,

superbia? Angelos cœlo, homines paradiso voluptatis, Amanum aula Regis Affueri exogisti: & filium etiam Dei audes inuadere dicens, *Mitte te deorsum.* Quid est cruenta bestia? quænam, inquam, illa tua dementia est, an non satis tibi descendisse & humiliasse se Saluator videtur? Nunquid à summo cœlo egressio eius? Insignis profecto descensus. è cœlo namque descendit in terram, è terra in præsepium & inde in desertum, an non profunde satis est descendisse? videbis adhuc eum descendentem, & humiliantem se vsq; ad crucem, è cruce deinde ad mortem, è morte ad sepulchrum, è sepulchro descendentem ad inferos: hic centrum terræ est, vltterius non datur descendere.

4. Reg. 20. Meministisne Auditores, quid olim in gratiam Ezechix Regis sol fecerit? recessit nimirum retrorsum decem gradibus, & rediit vmbra per lineas quibus iam descenderat in horologio. Ecce idem hodie hic contingere videmus: cernas hic solem illum iustitix in humanæ naturæ, quæ ægra decumbit, gratiam, decem gradibus retrocedentem: nimirum infra ipsos Seraphinos, Cherubinos, & Thronos, ecce tibi tres gradus: infra Virtutes, Principatus, & Potestates, ecce sex: infra Dominationes, Archangelos, deniq; infra ipsos Angelos: ecce tibi nouem: *Et deinde homo factus est.* an non hic decem gradus enumeratur? Hic cecinit olim Regius ille vates: *Minuisti eum paulo minus ab Angelis.* *Psal. 8.* An non igitur profunde satis descensum est? Audiuitis iam auditores cruentum & sanguinolentum hoc duelum, vidistis pugiles & bellatores, vidistis etiam cruentos illos ictus, quibus grauiores Tartarus non valet infligere. Dubitabat quippe vicarius ille de arcano incarnationis mysterio quod in tribus naturis in vna tamen persona subsistentibus perfectum erat: hinc etiã tribus tentaminibus eum euertere conatus est: per gulam impetiit corpus: per ambitionem animam: per vanam gloriam, diuinitatem. Sunt hæc namq; tres fontes, vnde omne in hunc mundum malum deriuatur. Nam quemadmodum Physici tria esse rerum naturalium principia docent, vnde omnia efformantur, materiam, formam, & priuationem: ita quoq; dicendum est, à tri-

2. Ioan. 2.

Tres co-
lorum mo-
tus cum
anima co-
parati.

plici radice, ambitione. sc. gula & superbia, omnia peccata pullulascere & geminare, atq; in hunc modum etiam Ioannes Apost. scripsit: *Omne quod est in mundo aut est concupiscentia carnis aut concupiscentia oculorum, aut superbia vana.*

Contemplemini mihi caelos, orbiumque caelestium motum: triplici namq; illi motu agitantur, scilicet naturali, & violento, qui *motus raptus* appellatur; & tertio *Trepidationis*. Ad eundem quoq; modum anima nostra mouetur & agitur; primo ambitione, quæ est instar motus violenti, q̄ illam ab Oriente gratiæ ad Occidentem vsq; peccati subito pellit, trahit, & quodammodo inuitam rapit; mouetur deinde à superbia, quæ est quasi motus naturalis communis omnibus, per quam ab occasu humilitatis ad ortum vanæ gloriæ repellimur & tetrahimur; tertius vero motus est Trepidationis & concussionis; gulosis & vinosis proprius.

Procedamus longius, & rem penitus enucleemus. Ferox ille Ioab tribus hastis cor Absalonis ex quercu pendentis traiecit: per quæ sanguinolentus ille sicarius, & homicida ab initio, Ioab scilicet ille tartareus, Satan significari videtur; qui nimirum peruicaces illos peccatores ex sterili huius mundi quercu pendentes contemplatus, tribus lethalibus passionibus, nõ secus ac tribus hastis venenatis, cor & animam eorum transfigit.

Verum enim vero validæ huic trium balistarum oppugnationi, longe validius & fortius trium virtutum propugnaculum Iesus Christus opponit: aduersus gulam ieiunium dirigit, humilitatem contra superbiã, & pauperatatem ex aduerso ambitionis collocat: & tribus hisce lapillis Dauid noster Goliath ad terrã p̄sternit; expectans, donec eũ in monte Caluariæ crucis suæ pedo, & quinque vulnerũ saxis, penitus debelleret & regno exuat.

Sumite igitur animos plebs Christiana; & vide Iesum, caput omnium nostrum, victoriam referentem, vide hic inimicum debellatum, Philisthæum ad terram prostratum, Holofernem capite truncatum, omnes in libertatem assertos, vincula captiuitatis cõtrita. Iam superbus ille Aman, qui aduersus miserum Mardocheum conspirauerat,

suspensus in patibulo, & magnus ille Rex Astuerus decretum quod de omnibus nobis morte dirissima afficiendis & penitus delendis tulerat, iam aboleuit.

Quamobrem agite, anime fideles, deponite iam omnẽ, si quam fortitudinem habuistis; & tanto maiori iam gaudio, tartareum illum draconem prostratum videntes exultate quanta prius formidine, illum aduersus Dei filium arma mouentem cernentes, estis cõcussi. Dispicite porro stratagemata & insidias belli huius: videte quomodo Satan ad nos oppugnandos templorum pinnacula, montium cacumina, & omnia loca eminentiora semper sibi deligat, quo tanto nos inde commodius & maiori opportunitate oppugnet: Christus vero redemptor noster valles, desertas, antra & solitudinem ad sese defendendum quærat. Tantum enim nobis hæc loca opportunitatis, quantum alia discriminis afferre solent. Communite vos igitur in solitudine, abscõdite vos in cauernis, locisq; desertis, deniq; pœnitentiam, si victoriam consequi velitis, instanter agite. Renuntiate ambitioni, resistite gulæ, fugite vanam gloriam, sanctificate ieiunia & hisce armis pugnantes victoriam proculdubio consequemini.

Tu autem Iesu Christe victor, & redemptor noster fili Dei vnigenite, qui nostri ergo hodierna die certamen subiisti; atq; inimicum nostrum deuictum longius ablegasti; suppedita nobis animos, elargire robur & fortitudinem, vt ad tui exemplum nos in hoc prælio geramus, te scilicet in deserto sequamur; & sanctum Quadragesimæ ieiunium, te præeunte, freudente scilicet Satana, & conatibus nostris aduersante, obseruemus; nequaquam enim intactos ille nos relinquet. Si enim tibi bellũ mouere non timuerit, nos procul dubio non præteribit, aut immunes quiete frui permittet. Parat ille quidem arma, tot tela in nos exacuit, tantis nos ille viribus aggredi conatur: at tu gratiam & robur subministra, vt nostris illum ieiuniis, nostræ carnis emacerationibus nostraque pœnitentia, ad tui exemplum, prosterneat & debellare valeamus, atque tibi omnem victoriæ laudem & gloriam adscribentes,
fideles.

fidelius in hoc mundo nomini tuo obsequium prestemus, expectantes hic interim, donec in altera te vita laudare contingat. Amen.

FERIA II. POST DOMIN. I. QVADRAGESIMÆ.

Partitio.

- I. De triduo Dei ac nostro.
- II. De horrore & furore iudicii extremi, manuumque Dei.
- III. De ipso iudicio.
- IV. De Iudice.
- V. De his, qui erunt iudicandi.

Cum venerit Filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli eius cum eo. Math.

25.

FIGVRA.

Esch. 3.

MAGNA quidem omnium Iudæorum fuit consternatio, & tremor, quando Amanum primum Regis Affucti purpuratum licentiam à Rege impetrasse inaudiuere, quæ omnes, quotquot per vniuersas regni prouincias disperserant, Iudæos à puero usque ad senem, paruulos simul & mulieres, à minimo usque ad maximum, occideret & deneret. At maior sane vniuersalis Ecclesiæ est consternatio, cum hodierna die Iesum Christum, omnium principum maximum, & primum cælorum Satrapam, à Patre æterno totius mundi iudicandi potestatem videt accipisse. Cum venerit filius hominis in maiestate sua, ecce magnum principem: tunc congregabuntur ante illum omnes gentes: ecce potestatem actionis intentandam: O tristem & lugubrem nuntium! ò dies vere formidabiles! Vt autem furorem iudicii huius, & iudicii illius terrorem digne queam explicare, procedamus ingenua coram gloriosa Virgine Maria, & eam salutatione qua Angeli eandem salutare consueverunt, salutemus.

A VE MARIA.

I. Ferunt magnum illum Tamberlanem, omnium quos Scythæ & Turcæ vnquam habuere, regum crudelissimum & immanissimum, in obsidione vrbium primo die alba

tentoria explicare consueuisse: quod obsessi clementiæ sibi ianuam, si eadem die victoris potestati sese dedissent, patere intelligerent. Postera autem die animum vnà cum tentoriis commutare solitum, & pro albis nigra extendisse: vt hinc inclusi cognoscerent, nisi se suaque omnia traderent, mortem certissimam imminere? at tertia omnia rubicunda in castris & sanguinei coloris fuisse, vt hoc signum esset obiectis, nullum misericordiæ aut clementiæ locum relictum, at omnia ferro & igni euertenda.

Verum relicta hac Barbari crudelitate, quis scit, an tyrannico hoc stratagemate indicare voluerit Deus, diuina illa & admirabilia stratagemata, quibus ipse nobiscum vtetur? His enim modis & stratagematis ad animas nostras rebelles & effrenes expugnandas vteris, ò Princeps æternæ. Tres namque dies concedis: quarum prima, qua animas nostras obsides, id est, ipso natiuitatis initio, alba omnia demonstras, clementiam referas, & Sacramentorum omnium thesaurus & gratiarum archiuu recludis. Secunda vero, id est, ipsa mortis die, signa doloris explicantur, terrores congeruntur, & certamina constipantur: semper tamen misericordiæ locus pater. Verum tertia, id est, ipsa iudicii die: omnia cruenta, omnia rubicunda sunt sanguine: rigot vndique, furor vbique & iustitia; misericordia autem & clementia penitus exulant.

Refert Ludouicus Granatensis pius & sanctæ vitæ monachus, toto vitæ tempore nullum alium librum legisse, quam quendam trium foliorum, quem ipse sibi consecerat; quorum primum totum erat candidum, secundum nigrum, & tertium rubrum. Primum representabat ei pulchritudinem beatitudinis æternæ; alterum, terrorem & horrorem mortis; tertium, rigorem & seueritatem iudicii. & cum totum vitæ suæ tempus huic vni studio impendisset, vix tamen hæc potuit comprehendere. Hic liber est, Auditores, qui nobis hodie euoluendus est, hæc sunt folia quæ hodierna lectione percurrenda sunt, ac præsertim folium extremi iudicii: hæc Alpha-betum, quod Dauid Propheta toties telegisse

Immanitas Tamberlanis in obsidibus vrbium.

Religiosus quidam toto vitæ tempore nulli alii libro legendo se dederat, quam libro trium foliorum.

Psal. 16.
Psal. 33.
Psal. 47.
Psal. 114.
Psal. 147.
Psal. 118.

gisse exclamet, dicens: *Satiabor cum apparueris gloria tua: & deinde, Concupiscit & deficit anima mea in aëria Domini: & alibi: Quæ admodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus*; hæc ad primum folium. *Præoccupauerunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me*, hæc ad secundum; *Memor ero dierum antiquorum*, & deinde; *A iudicij enim tuis timui*, hæc ad tertium spectant folium. Dicere vult Prophetæ, gaudium quidem felicitatis æternæ me semper in admirationem sui & amorem traxit: sed quando mortis horrorem memoria repeto, terrore percellor; in primis vero horrendus ipse iudiciorum tuorum dies me consternat & concutit, quem super omnia semper timui. O diem vere terribilem & omnibus perterritendum! Triste quidem & lugubre est, fateor, & audire mala & damna, quibus mundus tempore cataclysmi fuit inuolutus, audire, vt cœlum terris iratū quadraginta dierum & noctium spatio, abyssis & cataraetis aquarum referatis, vniuersam terræ superficiem vndis contexit? quisnam, obsecro, hæc audiendo temperet à lacrymis? At ludicra sunt hæc, si cum iis, quæ extremi iudicij tempore eueatura sunt, conferantur; quando sc. elementum ignis, quod infinitis partibus est aqua truculentius, totum terrarum orbem in cineres & fauillas redacturum est; *montium quippe fundamenta comburet*. An non hoc longe erit horribilius?

Gen. 7.

Gen. 19.

Triste quidem incendium, & communis illa cōflagratio Pentapoleos fuit, qua Sodomæ & Gomorrhæ ciuitatesque circumiacentes perierunt: at multo tristior & miserabilior cōflagratio illa totius mundi erit; in quam si oculos coniciamus, maiorem haud dubie ingemiscendi materiam reperiemus. Conclamabitur ad incendium in Oriente, conclamabitur in Occidente, ignis erit sub polo Arctico, erit & sub Antartico: Africa fumabit, America in cineres redigetur, omnia flagrabunt in Asia, omnia incendio peribunt in Europa, quin, & ipsi Antipodes igne inuoluentur; & in cineres redigentur. Vere igitur mihi dicere liceat, o dies itæ, dies calamitatis & miseriæ!

Vere, inquam, miseriæ: quando cœlum

horribili boaru tonitrua emittet, ac vndiq; fumabit, terra concussa tremet, & mare præ ardore exæstuabit. Hic est tertius ille dies Tamberlanis, o homo, hoc est tertium libelli folium: dies sine clementia, dies sine vñâ indulgentia & misericordia, dies cuius memoria nunquam ex hominum meritis debeat excidere. Ad hoc nempe nos omnes Salomon hortatur, dicens: *Memorare nouissimam tuam, & in æternum non peccabis*. Si enim vel semel, toto vitæ tempore viuam huius terribilis diei memoriam haberemus, nunquam animum ad peccandum applicarem. Quia & Dauid pater eius, totum mundum, quod raris iudicij extremi meminisset, in interitū ruere, & pessum ire arbitrabatur: *Hei Domine, mundus quotidie in peius ruit, mores eius peruersi, & vita dissoluta; & quia non est Deus in conspectu eius, hinc inquinata sunt via illius in omni tempore*. & vnde quæso hoc, o Prophetæ? quia *Auferuntur iudicia tua à facie eius*. Causa videlicet omnis mali calamitatisque, & peruersæ eius vitæ ratio est, quia iudicia tua irrevocabilia, iudicia tua horrenda & formidanda præ oculis non habet, aut reformidat.

Merito itaque Moyses lacrymans & gemens exclamat: *Gens absque consilio est, & sine prudentia, viam sapient, & intelligerēt, ac nouissima prouiderent*. Apollolus etiam Paulus terribilis huiusce diei terrore percussus, scribens Hebræis, ait: *Horrendum est incidere in manus Dei viuentiū*. q. d. Reum tuarum satage, o homo, recordare iudicij, & cogita horribile esse, in manus Dei, tempore iudicij incidere. Quare aurem, o beate Apollolus, dicis, *In manus*, numero plurali?

Hem quodnam hic ostium referatur egregijs conceptibus? Solet hoc in mundo Deus percutere & castigare, sed tantum vna manu; verum in die iudicij vtraque peccatores ipsos castigabit. In hac vita vna tantum vitur manu, altera quodammodo colligata est; verum in altera vtraque erit soluta ac libera. Castigatio illa per diluuium, per incēdia, per primogenitorum stragem, per exercitus demersionem, castigatio fuit vna tantum manu infecta; verum in die iudicij vtraque manu

Psal. 9.

Dant 11.

Heb. 10.

Deus in hoc m... do nō percutit vna manu verum in die iudicij vtraque Gen. 7.

Gen. 7. manu castigabit Quantus erit tunc terror!
 Exod. 12. quid igitur erit, in vtraque Dei manum in-
 Exod. 14. cidere, duab. eius manibus castigari, percuti,
 & condemnari?

Los harum manuum vnam in seipso sentiens, omnes tam homines quam Angelos, & totum denique mundum ad auxilium sibi ferendum inuitavit, dicens: *Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei. Quid ita omnes ad tibi succurēdum inuitas? quænam est illa tua calamitas? quod malum pateris, o Propheta? Quia manus Domini terigit me: illa vindex diuinæ iustitiæ manus, illa mihi mortem interminat. Si tantum vna manu factus ita plangit, quid tu peccator facies, cum vtramque dissolutam & in te vibratam senties? Horrēdum ergo est incidere in manus Dei viventis.*

ALIUM adhuc è verbis tuis conceptum excludo, o Paule, cum mihi magni illius iudicis manus tū liberæ & dissolutæ fore ait, ac tum vel maxime scuituras: quam erit igitur terribile in earum iudicium incidere: iam enim quodammodo cruci confixæ sunt, & vinculis eidem alligatæ, ita vt iis ad homines castigandos vti non queat. Audite & aliam figuram. Tam graues Moysi in monte Sinai orantis manus erant, vt à duobus necesse haberent sustentari, Aarone nimirum & Hur. Hinc ait Scriptura, *Manus Moysi erant graues: Aaron autem & Hur sustentabant eas ex vtraque parte: cumq; leuaret Moyses manus, vincebat Israel, si autem paululum remisisset, superabat Amalec.*

O mysteria admiranda! Quam diu Deus noster velut alter Moyses, iustitiæ suæ manus grauatæ habens, in summo mōtis illius coelestis manet vertice: grauitas manuum eius à duobus sustentatur, patientia sc. & misericordia: quæ quādiu ita corā Patre cælesti eleuatæ sunt, & Moyses noster pro nobis intercedit: nos miseri, qui hic in Ecclesia militante pugnamus, vincimus & hostē sternimus verum in terribili illo iudicii die, cum vtraque eius manus dissoluta erit, angustię erunt vndiq; & turbatio: totus mundus in ruina erit & confusione. Equæ igitur tua temeritas est & negligentia, peccator, illius diei nunq̄ recordari: cum multa peccatorē flagella maneant.

Tom. 1. Bessai Quadrage.

Ita porro D. Hieronymus horribilem hūc S. Hieron. diem reformidabat, vt omni vitæ suæ tempore terribilem illum tubarum angelicarum videbatur sonitum per omnes terræ angulos reboantem, *Surgite mortui, venite ad iudicium*, sibi dicii exaudire visus sit, tubarum inquam, quæ totum mundum à mortuis excitabunt. nam,

*Tuba mirum spargens sonum,
 Per sepulchra regionum,
 Coget omnes ante thronum.*

Tuba scilicet, quæ hos ad gloriam & felicitatem æternam, illos vero ad supplicia & tormenta sempiterna euocabit. Tuba quæ tanto horrore personabit, vt omnes, vsque ad imum terræ centrum, sono eius excitandi sint: & tanta vehemētia & furore, vt pisces è mari, serpētes è cauernis, mortuos è sepulchris, dæmones ex infernali sit barathro excitura.

Legimus in Sacris literis, ad sonitum tubarum sacerdotalium, muros Ierichuntinos corruisse, quam vero erit terribile ad sonitum tubarum Angelicarum, videre turres, pinnacula, tentoria, arces, vrbes, atq; omnia sublimia deorsum ferri, & in cinerem redigi? An nō hodie tubam illam in auribus vestris, per Euangelij nostri campum reboantem & clangentem auditis? *Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli eius cum eo: tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes; &c.* Circa quæ primum quidem de die iudicii, deinde de iudice, & demum de iis qui erunt iudicandi, agemus.

Principio igitur haud necessarium puto, rationibus quod verissimum, & luce meridiana clarius existimo, confirmare: iudiciū stratur aliquod generale futurum, nam præterquam quod ipsa fides id adserat, Euangelium teste tur, Iesus Christus doceat: ipsa sane ratio nos ad ipsum credendum cogeret, & plane conuinceret. Cum enim corpus & anima, in vnam societatem compacta, & simul habitantia, tum in bono tum in malo perpetrando, veluti simul elaborauerint: præter priuarum illud iudicium, in quo anima hinc discedens sola mercedem aut supplicium recipit, necesse est & aliud iudiciū generale sequi, in quo omnes animæ simul & corpora

Kk dam-

damnanda sint, aut mercede donanda. Deinde necesse est & iudicium creationi respondere: sicut igitur creationem quamdam generalem, præter omnes singulares, fuisse certum est, ita quoq; constat & iudiciū aliquod generale, præter illa particularia, futurum. Tum vero, præter rationes iam dictas, certo certius est, quādoquidem multi vitalicet cū virtute transacta, absq; aliqua bonorum operum mercede: & multi è contra flagitiosi, nō accepta iusta delictorū castigatione, ex hoc mundo egrediuntur: diuinæ prouidentię esse, magnum quendā iuris dicundi diem constituere, & generale aliquod iudicium exercere, tum ad hos puniēdos, tum vero ad illos, in totius mundi conspectu, secundum opera sua remunerandos.

Solus Deus nouit tempus & diē iudicii.

Apoc. 5.

Matt. 25.

Marc. 4.

1. Thess. 5.

Iudicium interdiu continget.

Vallis Iosaphat ad radicem montis Oliueti sita, erit locus iudicii.

Joel. 8.

Tempus vero, quo hoc iudicium exercendum est, eiusque certitudo, vnus ex articulis magno illius libri est, cuius Ioannes in Apocalypsi meminit septem signaculis signati, quem nemo neq; in cælo, neque in terra, neque subter terram aperire poterat, ne dicam legere ea, quæ in eo descripta essent: solus namq; nouit Deus. Vos igitur tacete Apostoli, cesset indagare humana curiositas, non est vestrum nosse tempora neq; momenta. Verum tamē vtrum noctu an interdiu iudicium futurum sit, inter Theologos cōtrouersum est: dicunt alii noctu fore, verbis parabolæ illius de sponso noctu veniente inducti, *Media nocte clamor factus est, & verbis illis Euangelicis, de tempore tempestatis, quæ circa vesperum, & crepusculum noctis contingit: Cum sero factum esset, erat nauis in medio mari deniq; verbis illis Paulinis, vbi scribit iudicem venturum tanquam furem in nocte, vt homines incautos stertētes, nec operantes dispoliet & trucidet. Verū repugnant alii quantum velint, equidem in eam potius cum Doctoribus sanctis Patribus sententiam concedam, vt de die futurum existimem.*

Quod ad locum spectat, consignarunt eū olim ante multa annorum millia Propheta in valle Iosaphat, teste Ioel: *Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallum Iosaphat, & disceptabo ibi cum eis.* Optime porro quardat locus iste, tum quia in medietate orbis est, tum vero, vt eo loci Christus homines

iudicaturus veniret, in quo olim ab hominibus ipse inique fuit iudicatus & condemnatus. Examen ipsum & scrutinium fiet intrinsicus in animo, & sententia verbis exprimitur, vt ab omnibus exaudiri queat.

Sed missas faciam curiosas has & parui momenti scrutationes: vt terrorem & horrorem magni illius diei eo melius ob oculos ponam. Ipsa quidem sacra Scriptura, quo eū nomine appellet, ignorat: & Propheta, quomodo eum nuncupant, nesciunt. Huiusmodi eum nominibus, quibus cognominibus, quibus titulis, quibus argumentis, quibus epithetis eum indigitat? Iob nominat diem furoris: David diem iræ, in quo & ipsos Reges iudicandos ait: *Confregit in die ira sua Reges.* Salomō, diem vindictæ & ultionis. Ezechiel, diem plenum horroris: Sophonias, diem calamitatis & miserię. O nomina admiranda! ò proprietates nō vñtatas! ò titulos & characteres incognitos.

Non est porro quod nouitatem horum epithetorum miremini, Auditores: cum sit illa dies, in qua sol deliquium passurus, & stella de cælo casuræ sint, cum terra tremet, montes fumigabunt, bestię & vlulabunt, & omnia elementa in se mutuo insurgent: cum sit illa dies, in qua præter tonitrua nihil exaudietur, præter ignem nihil videbitur, præter fumosam caliginem nihil palpabitur: cum sit illa dies, in qua tygrides & leones, qui hætenus vastas solitudines & reconditos recessus incoluerunt, in vrbes sese recipient, & contra homines qui vrbes inhabitauerunt, deserta petent & cauernas: cum sit illa dies in qua demones in perpetuum carcerem recludendi sunt, peccatores æternis suppliciis addicendi, & corpora nouis tormentis adiudicanda: cum sit illa dies, in qua torrentes exsiccabuntur, flores marcescent, herbæ congelascent, & viror campi emoriatur. Cum sit denique illa dies, in qua petra scindentur, arbores denudabuntur, aues conticescent, pisces extinguentur: & in qua demum, vt coaceruationem hanc missam faciam, mundus pessumabit, & in nihilum redigetur.

Vos vero cælestes orbis, qui iam à quinq; annorum millibus tam recto, tamque æquali motu veluti ad numerum saltitantes circum-

Nomina magni diei iudicii.

Iob. 14. 22.

Psal. 109. Prou. 6. Ezech. 6. Sophon. 1.

Quid in die iudicii euenturum sit.

Cæli post iudicium.

non amplius mouebuntur.

eumolimini, post horribilem illum diem moueri desinetis, & veluti pondere quodam librati, loco fixi quiescetes: non amplius videbimus vos ab Oriente in Occidentem, nec ab Occasu ad Ortum citato cursu ferri, Tu autem Sol, ocule mundi, & lucida orbis fax, cursum tuum toties repetitur intermittere: nec vllas ex tunc, & Luna, eclipses perhorresces.

Post diem illum non erit amplius memoria influxuum, quorum vos Philosophi toties meministis: Meteora tunc è scholis exalabunt, tonitrua cessabunt, venti quiescēt, pluuia dissipabuntur, nec amplius fulgura montium ferient cacumina. Nullus erit sermo de fluxu & refluxu maris. Tu quoque terra non amplius generabis aut corrumpes. Tu vero mare ab euentris tot clientibus & parasitis tutum eris: non habebis amplius pisces, aut Tritones aut cetos: nec amplius coarctatum eris ergastulis abyssorum: effluēs libere, & omnem terram inundabis.

Tū quoque fiet generalis omnium peccatorum, quæ vnquam in mundo facta sunt confessio: ibi penetralia cōscientiarum referabuntur, ibi libri aperti erūt: *Tunc illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit confilia cordium.* Tunc, tunc inquam, quasi plena die, ac meridiana luce clarius nefanda opera videbuntur, verba inhonesta & spurca intelligentur, & intima animorum cogitationes reuelabuntur: nihil quippe tunc occultum remanebit. Illic de sacrilegiis erit sermo, illic adulteria arcana & secreta detegentur, illic incestus aperientur, illic ad oculum furta occultissima videbuntur, illic hypocritas reuelabuntur, illic simoniaci & auari condemnabuntur, atq; omnia, etiam tenebris & nocte obfita, in lucem prodibunt. In nunc, & peccata quantumlibet occultissime, abde te in abstrusos angulos, & in qualibet penetralia descende, fac quidquid libuerit: hic tamē omnia opera palam patebunt.

Hinc olim ita ad Dauidem Nathan Propheta: *Tu fecisti in abscondito, ego autē faciam hoc in conspectu solis.* Tu, ait Nathan, domine Rex adulterium in abscondito commisisti, ac vulgari id noluiti: at frustratus es, Deus enim hoc omnia reuelabit, & quod ipse in abscondito & clam commisisti, Deus toti mundo

dereget & manifestabit: quod priuatim commissum est, publice videbitur. Pecces igitur quoties quantumque volueris, fuge lucem & cuita testes, vita tandem tuā reuelabitur. Audi & aliam comminationem: *Reuelabo Nahum 3. pudenda tua in faciem tuam, & ostendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam.* Hodie quidem, & peccator vafre agis & versute, iam quidem peccata occultas & abscondis: at veniet aliquando dies, quā toti ego mundo ignominiam tuam reuelem: tuas spurcicias, sordes, abominationes, non quidem vrbi alicui, aut vni prouincia: verum regnis integris, atq; adeo vniuerso orbi patefaciam. Quibusnam regnis Domine? Regnis scilicet Angelorum & demonum, damnatorum, & omnium adeo hominum. Hem quænam regna! omnia tamen illa, peccata tua ad oculum videbunt.

Verum & alia in verbis Prophetis, *Ostendam gentibus nuditatem tuam*, latent acumina, quæ aperiam. Mirum sane est, quomodo sæculi nostri mulieres constrictæ iam & quodammodo loricatæ incedant: quam eminentes colores & fallacia pigmenta faciei & oculis illinant, quam exorcis sese pulueribus conspergant, & oculos intuentium fallant: adeo vt vix quæ gibbo deformes sunt, quarū frontem rugæ arant, & Ethiope sunt furuiores, dignoscer queant. Verum si omnia illa instrumenta & lorica: auferrentur, ac quales reuera sunt, videre liceret, tunc facile, quæcunque gibbo, aut rugis, aut fuligine deformes essent, appareret.

Quin & aliud Propheta declarat: Vos, & peccatrices anime, iam quidem dissimulatis, & scenicos mimos imitamini, tanta quoque iam vestra est hypocrisis, vt gibbi vestri, aut cicatrices, aut naui vix appareant: at in extrema illa die vos omnes penitus denudabo, & auferam vestimenta illa quibus vestram deformitatem cooperitis, ita vt nudas vos & apertas totus orbis sit conspecturus. quare apposite dictum, *Ostendam gentibus nuditatem tuam.*

Erit, erit illa dies, quando magnus ille Iudex expergiscetur, qui hætenus sopore quodā grauatus, in iniquitatibus vestris dissimulando, ac veluti veterino quodā sepultus fuisse

Mare omnem terram cooperiet, post iudicium ad locum suum rediturū. 1. Cor. 4. Confessio generalis in extremo iudicio.

2. Reg. 12. Quidquid hic in abscondito fit, illic publice apparebit.

ōparatur
Noacho à
Châilluso.
Gen. 6.

visus est. Sed reuocate in memoriã impium illum Cham, cum quo vos meritissimo comparem. detexerat ille verëda patris sui Noe, ac deriserat vino inebriatum: cui Noe euigilans maledixit, atq; iratus scelestum è familia sua proscripsit: *Euigilans autè Noe ex vino, cum didicisset, quæ fecerat filius suus minor, ait: Maledictus puer Chanaan, seruum seruorum erit fratribus suis.* O filios ingratos, vos inquam peccatores, hodie quidem Christus in cælis amore vestri & longanimitate inebriatus dormit: & vos interea nuditatem eius detegitis, crucem eius subannatis, eius ieiuniis illudicis, & humilitatem eius exploditis. Sed illa, illa inquam die excitabitur, *tanquam potens crapulatus à vino*, ac maledictione suam in vos euibrans, in æternum à suo contubernio & societate excludet.

Psal. 77.

Cōceptus
inignis à
medicis
petitus.

An non igitur, obfirmate & peruicax peccator, horrorem, terrorem, & calamitatem illius diei perhorrescis? præuis tonitruis auditis, fulmina non times? Habent medici dies quosdam criticos, quos accurate & diligenter solent attendere: quibus, si in ægris vis morbi sese non retrahat aut ingrauescat, male ominari consueuerunt, ac quodammodo de recuperanda valetudine desperare. O vos animæ peccatrices, quæ ad mortem vsq; ægræ decumbitis, videte quæso hic diem vestrum criticum, videte horrendum illum iudicii diem: sane nisi euidens quædam in moribus vestris veniat emendatio, aut saltem in melius commutatio, male de vestra salute ominandum est, concurrentia illa mali ominis est, ac verum perditionis argumentum.

Quid? anne fieri posse putamus, vt furor diei huius vos non percellat? pallorè animis non iniiciat: aut comæ præ horrore nõ stent: Sane, quamuis aut ferrei, lapidei, marmorei, aut denique ænei essetis: sola diei huius memoria ad vos emolliendos, percellendos, ad que pœnitentiam conuertendos, sufficeret. Solent bombyces, cum adhuc teneri sunt, ad sonitum tonitruum ita percelli, vt confestim emoriantur: & tu vilissimus terre vermiculus, de quo in Psal. scribitur, *Ego sum vermis, & non homo*, hisce minis, fragoribus, & procellis diuini iudicii auditis nõ commoueberis, aut percelleris? fieri ne posse credimus, to-

Psal. 21.

tam terræ machinam contremiscere, & puluerem eius immotum permanere? *vidit & commota est terra.* Ipsi montes contremiscunt & pauebunt, & faccus cinericeus intrepidus perstabit? *montes sicut cera fluxerunt.*

Apertis igitur oculis, ô anima, considera attentius, quid tibi in severo illo tribunali, coram iudice adeo rigido, futurum sit, tibi inquam peccatis, sceleribusque grauata. *Vix iustus, ait S. Petr^o, saluabitur, & ego miser vbi apparebo? Quid in Babylone tutum, si in Ierusalem manet serutinium?* dicebat olim Bernardus. Quid cōfidere poterit peccator, per Babylonem designatus, cum anima iusti, sub Ierusalē nomine expressa, adeo rigide examinabitur? *Quid facient tabulae quando tremunt columna.* Id est, quid animæ nullis virtutum meritis insignitæ facient, si ipsæ columnæ grandiores, quibus Sanctorum animæ denotantur, coram iudice tremant, & concutiantur? *Quid facient virgulta deserti, cum cedrus percussus?* ait D. Gregor. At nõdum hic finis admirandi est, Auditores, noua admiratione modo opus est: subiiciam epim ea, quibus nihil magis inauditum, incredibilius, insolentius nihil dici aut fingi possit. Si enim ipsa dies terribilis & pertimescenda est: Ipse Iudex, qui præsidebit, & cuncta disquiret, multo est terribilior: Contemplor hic ignem: qui viam ei parabit: eumq; antecedit: *Ignis ante ipsum præcedit & inflāmabit in circuitu inimicos eius.* Video Angelorum millia eum stipantia, & circum vndiq; adstātia, & omnes Angeli eum cum eo. Video eum sublimem in tribunali cum maiestate magna, in aeris medio confidentem, in sede maiestatis suæ. Video eum sententiam illam fixam, quæque reuocari non possit: aduersus omnes omnino homines proferentem, *Congregabuntur ante eum omnes gentes.* Et paucis vt comprehendam, ipse Christus Iesus iudex erit: video namq; crucem, quæ in monte Caluarie stetit: ante eum gestari, video adhuc illum sanguine madentem & vulneribus quinque, quæ velut iudicia suæ in nos sunt charitatis, insignitum.

O subitam reum permutatione! hem nouam metamorphosin! Vidistis Danielē paucis ante diebus in medio leonum, ab iniquis constiturum: at videte eundem modo omni-

Figura
quibus Ie-
sus Chris-
tus in tri-
bus

Bern. lib.
Gregor. lib.
Moral. 17.
cap. 19.

Psal. 96.

bunali se- bus Babyloniis imperitantem. Vidistis non
dens de- ita pridem adolescentem Ioseph ad fratribus
noratur. diuenditū, ab iniqua pellice accusatum, car-
Dan. 6. ceribus à Pharaone iniquissime mancipatū:
Gen. 37. 3. at conspiciate modo quantū mutatus ab illo.
41. Iesum Christum intelligo, à Iudæis, qui fra-
tres eius secundum carnem erant, diuenditū,
ab adultera synagoga iniqui; accusatum, & in-
feliciter in sepulchri angustias coniectum:
qui modo dominatur in tota terra Ægypti,
cuiq; totius mundi iudicium Pater deman-
davit: *Data est mihi omnis potestas in celo & in*
Matth. 28. *terra.* Eum ipsum, quem paulo ante despectū
& humilatum vidistis, contemplantini mo-
do in summa maiestate constitutum. Respi-
ce iam ipsum ô Satan quem in deserto ausus
es impetere: & vos Iudæi eum, quem cruci
affixistis, intueretiam hic Iuda, quem nefarie
triginta argenteis vendidisti: vide iam cum
Pilate, quem iniqui; condemnasti: tu vero pec-
cator eum, quem toties adeo nequiter & sce-
lerate offendisti; & ad iram prouocasti. Quid
dices ad hæc omnia miser, quid dices? quo-
nam modo te geres? quid ad te purgandum
offerres? aut quomodo saluaberis?

Frates Iosephi, videntes eum, quem antea
vendiderant, dominari in tota terra Ægypti,
simulq; peccati in eum commissi recordan-
tes, cum illis dixisset, *Ego sum Ioseph frater ve-*
Gen. 45. *str quem vëdidistis in Ægyptum:* adeo conster-
nati & terrore perterriti fuerunt, ut ne verbum
quidem loqui possent. Vos porro peccato-
res quid hic dicetis? quid ageris, cum eum
ipsum quem toties tantisq; peccatis offendi-
stis, ad iudicium venire conspicietis? cum
eum, ira & furore aduersus peccatores con-
citatum, inque eisdem detonantem audie-
tis, dicentemque, *Ego sum Deus quem vos*
offendistis in Ægypto, quem in mundo to-
ties ad iram cõcistastis, quem indigne toties
habuistis, in quem toties blasphemias poteris
euomuisse: Quid ad hæc respondere poteris?
imo vero an ne vel hiscere audebitis!

Figura. Quibus anima ad iudicii timorem excitatur.
Ah misera anima mea, mille & amplius
peccatorum grauaminibus depressa, vbinam
te tum abscondes? quænam antra, quænam
deserta, quænam speluncas adibis? quos mō-
tes petes, in quibus tuto posses delitescere? Si
reginam Saba coram Salomone rex & spui

tus defecit, si Esther Regina regis Assueri
maiestatem verita ad eum accedere non est
Esb. 4. ausa: si Daniel conspecto Angelo emarcuit,
Dan. 10. & omni sentiendi vi amissa in terram concidit:
quid tibi euenturum putas sceleribus in-
quinare, cum ante mundi arbitrum, Deum
ipsum, iudicemque omnium omnino ho-
minum apparebis? si Dominici sepulchri cu-
stodes in resurrectione eius præ timore ex-
territi, & consternati sunt, ita vt mortui esse
viderentur: si cohortes & milites Iudæorū,
Ioan. 18. qui ad Iesum comprehendendum venerant,
ad verbum, *Ego sum,* supini in terram cecide-
runt: quid tu facies, ô anima, vbi sum mu-
tuac iudicem, omnium iudicium primum,
super pennas vëtorum ambulantem, à Che-
rubin subuectum, magna potestate, in sede
maiestatis, videris confidere? Hinc in stuporē
raptus clamat Isaias: *Ingredere in petram,*
Isai. 3. *& abscondere in fossa homo à facie timorū Do-*
mini, & à gloria maiestatis eius.

Legimus in Exodo, Deo tabulas legis in
monte Sinai Moysi tradente, audita tonitrua,
emicuisse fulgura, fumos & flammæ appa-
ruisse, magnoq; ventorū impetu, & clangore
buccinarum torum circumquaque montem
reboasse: vnde tâta Israelitas, qui vltra sexcē-
ta hominū millia erant, formido inuasit, vt
Centuriones ipsi ducesq; populi Moyfi dice-
rent: *non loquatur nobis Dominus, ne forte mor-*
Exod. 19. *iamur: Quare si tantillū tantam hominum*
multitudine potuit percellere & terrere: quo-
nam modo peccatori e consternatū iri existi-
mamus, ū celos sursum audiet fulgurantes,
inferne barathrū auernale viderit exëstuan-
tes: hinc & illinc Elementa minantia, ante se iu-
dicem iratū, à tergo Diabolos præde inhiates,
atq; vndiquaq; mille se periculis expositum
perpexerit? Sactus ille Propheta Iob hæc om-
nia spiritu Prophetico præuidens, exclam-
at: Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno prote-
Iob. 14. *gas me, donec pertransseat furor tuus.* Id ipsum
quoque sanctissimus vates Dauid exoptat
dicens: *Quo à facie tua fugiam? si ascendero in*
Psal. 138. *cælum; tu illic es: si descendero in infernum ades.*

Primus mundi inquit huius, ac primus præ-
Gen. 3. uaricator Adam, vnius tantum peccati reus, à
Deo in iudicium citatus, nunquam iudici se-
se sistere ausus fuit: at sub arboribus latitans,
K k 3 offensa

offensi cōditoris vindictam declinauit: nam, vt ait Sacra historia, *abscondit se Adam, & vxor eius à facie Domini Dei, in medio ligni paradisi.* Quid vero vos peccatores, mille flagitiis cooperiti, innumeris criminibus onerati, ageris? audebitis ne coram iudice comparere? vbinam quæso à vultu Domini fugientes latitabitis, cum omnes iam arbores in cœdio fuerint absumptæ. Hic pauebit auarus & tenax cum viderit iudicem vnicæ paupertate delectari: hic ambitiosus & arrogans deficiet, cū habiturus sit iudicem, qui omnes honores penitus despexit. hic angetur & timebit superbus, lasciuus atque impurus, cum eum se viderint iudicem nactos, qui castitatem humilitatēq; perfectissime amplexus sit. Gloriā tuam atq; maiestatem, summe iudex, perferre nescio, ferit oculos meos maiestatis tuæ splendor: iram tuam faciemque iratam non fero. itaque vt recedam, fatius est.

V.
Qui iudicio inter futuri sint.
Gen. 18.

Angeli quoq; iudicio intererunt.

Apoc. 7.

Vt vero aliquid de iis dicamus, Auditores, qui vltimo huic & generali iudicio interfuturi sunt, sciendū est sanctissimam Trinitatē imprimis illic affuturam: cuius egregium in Genesi exēplum legimus, vt scribitur, *Descenderunt tres viri ad spectandum Sodomorum incēdium.* quo quid aliud designari putamus, quam tres sanctissimæ Trinitatis personas aliquādo è caelo venturas, vt casum, exitium, mundi; destructionem spectēt? Solus tamē Iesus Christus auctoritate quadam singulari iudicio præerit Ipsa quin etiā cœlestis Angelorum militia, tribus distincta ordinibus, id est, in tres hierarchias diuisa, illic apparebit: vnaquæq; hierarchia in tres iterum choros dispartita erit, & vnusquisq; chorus infinitos Angelos complectetur, quorum illi quidem ministrabunt, hi vero spectabunt: omnes tamē in æternū beatitudine cœlesti fruituri. Omnes itaq; intererunt, nō quidem iudicaturi, at solū ad iudicis iussa quā promptissime excipientia. Sanctorum quoque innumerabilis caterua, cuius Ioannes numerum subducere nō poterat, dicens, *Vidi turbam magnā, quam dinumerare nemo poterat,* iudicio astabit, aderunt quoq; omnes qui ad inferorū pœnas cōdemnati sunt, aderunt demones, atq; omnes infernales cohortes: aderunt deniq; omnes qui vniquā nati, imo vero & ipsi infantes, qui

non suscepto baptismo hinc discesserunt: non congregabuntur ante eum omnes gentes.

Exech. 11.

Quid, summe Iudex ac Saluator, an ne innocuas illas animulas, quæ numquam solem hunc intuitæ sunt, & quæ nullum, ne minimum quidem, voluntate sua peccatū commiserunt, quæq; numquam ratione aut arbitrio vsæ sunt, sententiæ tuæ fulmina vibrabis? Anne equum est, iudex seuerissime, verū & clementissime, ane rationi cōsentaneum, puniri eos qui in nullo deliquerunt? non enim videtur ipsi impurandum, si peccauit Adam. Cur namque per Prophetam tuum dixisti: *filius non portabit iniquitatem patris sui?*

Deinde, ô iudex æquissime, & seuerissime, æquū ne videtur, creaturas tuas, propter quatuor, aut quinque, vel etiā tria peccata mortalia, imo vero propter vnicum, vno momēto perpetratum, citius quoq; factum quā conceptum, æternis suppliciis damnationiq; perpetuæ tradi? an non sufficiat, Cain quatuor aut quinque annorum millibus iam infernales flammæ tolerasse? Core, Dathan, & Abiron plusquam à tribus annorum millibus iā fuisse condemnatos? diuitem epulonem, Iudā traditorem, & infinitos alios duobus propemodum annorum millibus in æuernali abyssu demersos, & voracibus flammis excruciatos? An non eorum telacrymæ, suspiria, ciulatus, tormenta ac supplicia, ad miserationē commouebūt, rigoremq; iustitiæ tuæ emolliunt? Nequaquā: dicit enim: *Itē maledicti in ignem æternum, eruciatos æternos & perpetuos, aul-loque vniquam suo finendos.*

O Iesu clementissime: viuorū simul & mortuorum, Angelorum quoq; dæmonum, hominum & totius mundi iudex, ne intres nobiscum in iudicium, neue extremū rigorem aduersum nos exerceas: Si in iniquitate obseruaaueris, Domine Domine quis sustinebit? si omnia scrutari, & exanimare volueris, si omnes cōscientiæ angulos & recessus excutere: quis quæso saluabitur? quis dignus erit, in gloriā tuam admitti? Si adeo rigide nobiscum agere decreueris, & pro iustitia omnes iudicare: paradisum claudas necesse est, atq; omnes ad eo in tartara præcipites: nullos enim vsquam iustos reperies. Sed ô dulcis animarū redemptor, furorem exue, aut saltem minue, misericor-

Psal. 119.

Gen. 49.

ricordiam habe nobiscum, neq; in furore tuo nos arguas: & mitis illius Iosephi exemplo (qui Princeps in tota regione Ægypti, & primus à Pharaone factus, fratribus veterem iniuriam remittens, eosdem exosculatus est, atq; iisdem thesauros suos aperuit) iam iudex totius mundi constitutus, ac toti mūdo imperans, fratrib. tuis ignosce: ignosce quæso hominib. benigno eos oculo respice, cōsequē glorię tuę vitione locupletes redde. Imitare Domine Dauidem, qui vix ad regnum euectus fuit, quin statim omnib. qui de stirpe & cognatione Saulis erant, præteritam iniuriam remisit. O radix Dauid, cum ad iudicandum veneris, cum regnū hoc adieris, ignosce omni posteritati Saulis, generi Adā, ipis inquam hominib. Redeat tibi quæso in memoriam nostri te causa è cælo in terram descendisse, nostri te causa cruci affixum, & in eadem mortuum, nostri te denique causa ad inferos vsq; penetrasse: post tot igitur labores, post tot ærumnas & molestias, nos perdes & abicies?

*Recordare Iesu pie,
Quod sumus causa tua via
Ne nos perdas illa die.*

Fac igitur nobiscum misericordiam tuam, nosq; glorię tuę participes effice. Amen.

FERIA III. POST DOMINI-
CAM I. QVADRAGESIMÆ.

Partitio.

- I. De Ambitione & auaritia.
- II. De templo.
- III. De ementibus ac vendentibus.

*Intrauit Iesus in templum Dei, & eiiciebat
omnes vendentes.* Matth. 8.

FIGVRA.

Exod 19.

MAGNVS ille Propheta, & Hebræorum legislator Moyses, cum de Monte Sinai descendens, filios Israel Deum offendere, & illius cultu neglecto vitulum aureum, pessimo sane exemplo, adorare conspiceret: adeo ira commotus est, vt; idolo euerso, cō-

fracto, inque cineres redacto, ad expiationē delicti plusquā tria hominum millia intere-
cione deleuerit. Fuit hoc, Auditores, figura; aut prælagium potius eiusce rei, quæ in hodierno Euangelio nobis ab Ecclesia proponitur. Videas. n. hic verum illum Mosem, Iesum Christum: qui non de monte Sinai, sed montibus cælestibus descendens, cū Iudæos, illorum Israelitarū posteros, Deum in tēplo offendere, domumq; suam, vitulum autem auaritię adorando, prophanare, ibidemq; in omnium nationum exterarum scandalum, vendere & emere conspiceret: in tantum indignatus est, vt; idolo illo ambitionis euerso & detecto, vendentes & emētes è templo ex-
terminatit, indignumque hoc facinus merita ultione castigatit. Vt porro vobis rem ductius & latius dicendo queam explicare, gloriosissimæ Virginis intercessione, *Aue Maria*, in hunc ei finem recitando, opem Spiritus Sancti postulemus.

Philosophus Timon, qui ab odio quo in mortale genus hominesq; ferebatur *μισοάνθρωπος* Timonis est appellatus, cū de malorum principis ageret, dicere solebat, auaritiā ambitionemq; omnium malorum & vitiorum radices esse ac propagines. De ambitione res notior est, quam dicere possemus: illa n. primā mundo perniciem inuexit, Angelos è cælo ad tartara præcipitauit, homines perdidit, cælū corrupit, paradisumq; cælestē statim à mundi primordio inanem ac vacuum reddidit. De auaritia vero quid dicam? illa, illa est, quæ Iudam ad laqueum coegit, diuitē Epulonem ad inferos detruxit, adeo vt; nihil rebus publicis perniciosius, ac nihil Ecclesiis terrius aut scelestius reperiri posse videatur.

Per duos illos exploratores in domo meretricis Rahab latitantes Iericho & direpra & destructa est: ita quoq; auaritia & ambitio sunt veluti duo Satanæ exploratores, qui in pellacis huius mundi domo clam delitescētes, orbem pœne vniuersum in exitium ruinaq; deduxerūt. Duo scelerati illi ac lasciu iudices & seniores, in Susannæ pomario sese occultantes, honestissimæ feminæ pudicitiam expugnare conati sunt: ad eundem quoq; modū auaritia & ambitio duo veterani sunt, scelesti ac terri: antiqua se flagitia, quæ

I. Timonis Philosophi Apophth.

Figura. Iosua 2.

Figura. Dan. 14.

quæ clam in animæ hortum voluntatemque ingressa, eam in extremum discrimen adducunt, & ad supplicium rapere conantur.

Matt. 4. Sunt quippe duæ illæ pestes, quæ tot simonias pariunt, tantam impietatem iniquitatēque inducunt, rot animarum damnationem moliantur, tãtam denique morum vitæque perniciem, ac tanta Ecclesiæ damna adferunt. Nã quemadmodũ Satan Christũ ad pinnaculum tẽpli euexit, vt inde eũ præcipitẽ daret: ira quoq; ambitio instar Satane animas ad sublimia euellit, ad Episcopatũ inq; dignitatesq; Ecclesiasticas: vt inde casu grauiore ruant & præcipitẽ. Agrippina Neronis mater, tãta, teste Suetonio. ambitione fuit, vt cognito per oraculũ filii, Imperatorẽ fore, sed matre in Imperio necaturũ, sitiens honoris & gloriæ dixerit, *Occidat modo imperet.* Hæc porro mulier animã ambitione plenã ad vitium exprimit, illa namq; dãnari nõ metuit, modo imperet, mō in Ecclesiã pedũ gesserit.

Matt. 10. Infelix anima, quæ te pessimis hisce cogitationibus adeo immergis, quin tibi ob oculos ponis egregiam illam sententiam, *Quid prodest homini, si uniuersum mundum lucretur anima vero sua detrimentũ patiatur.* Sed quid? sunt nempe duæ perniciosæ illæ passionēs, quæ animas ita discruciant & exagitant.

Iudic. 10. Legimus in libris Iudicium, Philisthæos Sampsonẽ perdere conantes, cum iam exæccatum nouis funib. cõstrinxissẽ. Dæmones vero Philisthæi illi infernales vnicam hominis perniciem molientes, cum semel eum iã exæccarũt, ambitione & auaritia, veluti duobus funibus, constringunt. Iudæi quoq; Redemptorem nostrum Iesum medium inter duos latrones in monte Caluarie crucifixerunt: diaboli vero animam. inter duo hæc vitia cõstitutam, veluti inter duos latrones, in montibus mundi huius crucifigunt. ac mori cogunt. Duo deniq; illa monstra sunt, quæ hodie Saluator noster, indignas & fremens, è templo suo eliminant. *Eiicit ementes, & ambitione: & vendentes, ecce auaritiã.* Colũbos expellit, hoc est ambitiosos: columbas eicit, h. e. auaros. Primo de domo hæc loquitur, ac deinde ad mercatores veniemus.

Matt. 17. Quod igitur ad primum attinet, sciẽdum est vocem Templum, & domus in sacris lit-

teris, sine discrimine pro Ecclesiã capi. Scio æquiuocum esse: esse æquiuocam, ac diuersis reb. applicari posse. Videbis namq; vocabulum Templum interdum pro tẽplo illo splẽdido & magnifico sumi, quod septem ipsi à Salomone annis exædificatum est: atq; ita vsurpauit Dauid Propheta, *Adorabo ad tẽ, lum sanctum tuum.* Interdum vero pro cælo, aliquãdo etiam pro sacro Christi Iesu corpore, vt, *Possum destruere templum hoc, & in triduo adificare illud.* & alibi: *Soluite templũ hoc.* Hinc factum est, vt ii qui in passione falsum testimonium daruti accesserant, dicerent, *Hic dixit, Possum destruere templũ Dei, & post triduum reedificare illud.* Imperiti & falsi testes, nõ intelligitis vocem æquiuocam: ipse de corpore suo loquitur, vos de templo Salomonis cum loqui existimatis. Vox namq; Tẽplum plures notiones habet, at plerumq; loca denotat, in quib. Deum adoramus, vt in hodierno Euangelio, *Ingressus in templum.*

Vox illa domus æque late patens est: video namq; ex verbis Dauidis illã pro cælo capi. *Latus sum in his qua dicta sunt mihi, in domũ Domini ibimus,* id est, in cælũ subleuabimur. per eandem quoq; sacratissimam Virginem Deiparam denotat, dicens, *Domũ tuam Domine decet sanctitudo in longitudinem dierum.* Verum relictis amphiboliis illis & æquiuocationibus, dico voces illas Templum & Domus, vt plurimum pro loco adorationis capi. est illud nãq; tẽplum, vnde Saluator hodierna die vendentes & emẽtes eicit, & vbi mēsas nũmulariorũ euertit est illa domus q̃ domũ orationis & adorationis appellat. Verẽ Ecclesiã domus est, cuius ostium fides est: cuius fundamentum, Christus: cuius parietes, fideles omnes. cuius cãmẽturũ, charitas: cuius lapides ipsi Sancti: cui possessores, præfules: cuius custodes, Cõcionatores: & cuius domestici, omnis populus Christianus.

Hæc est splendida & superba illa domus, quã sibi ædificare decreuit æterna Sapientia: *Sapientia ædificauit sibi domum, exiecit columnas septem.* Quænam, vestra quidẽ sententia, illa domus est, nisi Ecclesiã, ab ipsa sapientia constructa: septem illæ columnæ & fulera, septẽ Sacramẽta sunt, quæ Ecclesiã sustinẽt, & in quæ omnis nostra Religio recumbit.

Hinc

Vocabulũ templum

quæ clam in animæ hortum voluntatemque ingressa, eam in extremum discrimen adducunt, & ad supplicium rapere conantur.

Sunt quippe duæ illæ pestes, quæ tot simonias pariunt, tantam impietatem iniquitatēque inducunt, rot animarum damnationem moliantur, tãtam denique morum vitæque perniciem, ac tanta Ecclesiæ damna adferunt. Nã quemadmodũ Satan Christũ ad pinnaculum tẽpli euexit, vt inde eũ præcipitẽ daret: ira quoq; ambitio instar Satane animas ad sublimia euellit, ad Episcopatũ inq; dignitatesq; Ecclesiasticas: vt inde casu grauiore ruant & præcipitẽ. Agrippina Neronis mater, tãta, teste Suetonio. ambitione fuit, vt cognito per oraculũ filii, Imperatorẽ fore, sed matre in Imperio necaturũ, sitiens honoris & gloriæ dixerit, *Occidat modo imperet.* Hæc porro mulier animã ambitione plenã ad vitium exprimit, illa namq; dãnari nõ metuit, modo imperet, mō in Ecclesiã pedũ gesserit.

Infelix anima, quæ te pessimis hisce cogitationibus adeo immergis, quin tibi ob oculos ponis egregiam illam sententiam, *Quid prodest homini, si uniuersum mundum lucretur anima vero sua detrimentũ patiatur.* Sed quid? sunt nempe duæ perniciosæ illæ passionēs, quæ animas ita discruciant & exagitant.

Legimus in libris Iudicium, Philisthæos Sampsonẽ perdere conantes, cum iam exæccatum nouis funib. cõstrinxissẽ. Dæmones vero Philisthæi illi infernales vnicam hominis perniciem molientes, cum semel eum iã exæccarũt, ambitione & auaritia, veluti duobus funibus, constringunt. Iudæi quoq; Redemptorem nostrum Iesum medium inter duos latrones in monte Caluarie crucifixerunt: diaboli vero animam. inter duo hæc vitia cõstitutam, veluti inter duos latrones, in montibus mundi huius crucifigunt. ac mori cogunt. Duo deniq; illa monstra sunt, quæ hodie Saluator noster, indignas & fremens, è templo suo eliminant. *Eiicit ementes, & ambitione: & vendentes, ecce auaritiã.* Colũbos expellit, hoc est ambitiosos: columbas eicit, h. e. auaros. Primo de domo hæc loquitur, ac deinde ad mercatores veniemus.

Quod igitur ad primum attinet, sciẽdum est vocem Templum, & domus in sacris lit-

teris, sine discrimine pro Ecclesiã capi. Scio æquiuocum esse: esse æquiuocam, ac diuersis reb. applicari posse. Videbis namq; vocabulum Templum interdum pro tẽplo illo splẽdido & magnifico sumi, quod septem ipsi à Salomone annis exædificatum est: atq; ita vsurpauit Dauid Propheta, *Adorabo ad tẽ, lum sanctum tuum.* Interdum vero pro cælo, ali-

quãdo etiam pro sacro Christi Iesu corpore, vt, *Possum destruere templum hoc, & in triduo adificare illud.* & alibi: *Soluite templũ hoc.* Hinc factum est, vt ii qui in passione falsum testimonium daruti accesserant, dicerent, *Hic dixit, Possum destruere templũ Dei, & post triduum reedificare illud.* Imperiti & falsi testes, nõ intelligitis vocem æquiuocam: ipse de corpore suo loquitur, vos de templo Salomonis cum loqui existimatis. Vox namq; Tẽplum plures notiones habet, at plerumq; loca denotat, in quib. Deum adoramus, vt in hodierno Euangelio, *Ingressus in templum.*

Vox illa domus æque late patens est: video namq; ex verbis Dauidis illã pro cælo capi. *Latus sum in his qua dicta sunt mihi, in domũ Domini ibimus,* id est, in cælũ subleuabimur. per eandem quoq; sacratissimam Virginem Deiparam denotat, dicens, *Domũ tuam Domine decet sanctitudo in longitudinem dierum.* Verum relictis amphiboliis illis & æquiuocationibus, dico voces illas Templum & Domus, vt plurimum pro loco adorationis capi. est illud nãq; tẽplum, vnde Saluator hodierna die vendentes & emẽtes eicit, & vbi mēsas nũmulariorũ euertit est illa domus q̃ domũ orationis & adorationis appellat. Verẽ Ecclesiã domus est, cuius ostium fides est: cuius fundamentum, Christus: cuius parietes, fideles omnes. cuius cãmẽturũ, charitas: cuius lapides ipsi Sancti: cui possessores, præfules: cuius custodes, Cõcionatores: & cuius domestici, omnis populus Christianus.

Hæc est splendida & superba illa domus, quã sibi ædificare decreuit æterna Sapientia: *Sapientia ædificauit sibi domum, exiecit columnas septem.* Quænam, vestra quidẽ sententia, illa domus est, nisi Ecclesiã, ab ipsa sapientia constructa: septem illæ columnæ & fulera, septẽ Sacramẽta sunt, quæ Ecclesiã sustinẽt, & in quæ omnis nostra Religio recumbit.

Psal. 5. & 37.

Math. 23.

Ioan. 2.

Falforum testimonio- rum in passione propter æquiuocam in bi significationem.

Matt. 23.

Vox domus etiam æquiuoca est, ac diuersimodè intelligenda est.

Psal. 111.

Psal. 66.

Ecclesiã domus est.

est, ac diuersimodè intelligenda est.

ac diuersimodè intelligenda est.

ta.

Pror. 9.

Hinc ò infelices hæretici, animæ errantes, colligere datur, vos huius domus mæbra non esse, cū domus vestra nō septe, at binis tantū columnis fulciatur: duo n. vos tantū Sacramenta ad summū tria esse fatemini: nō igitur bene domus vestra sulca est, ruinā minatur.

Construxit Salomon thronum de ebore grandem: & vestiuit eum auro fuluo nimis: & duodecim leunculi in sex gradibus hinc atque inde constituti totum hunc humeris sustinebant, cui teste scriptura, par opus nullo vnquam tempore visum fuit. Cū vero penitus te ò splendide throne cōsidero, Ecclesiæ nostræ splendorem in te ad viuum expressum mihi videor cōtemplari. Illa namq; thronus est Salomonis nostri, Iesu Christi: constat totus ex ebore mundissimo, id est, sanctitate, auro charitatis circūndiq; fulget: duodecim eam fulciunt leones, ipsi scilicet Apostoli cui nihil vnquam hæctenus par exiit aut aliquando exiit. Atque vt veteres dixerunt, humeris Atlantis fulcitur cælum: ita hic nouum fulcrum, duodecim leones, duodecim Atlantes, duodecim scilicet Apostolos, qui vniuersam Ecclesiæ machinam sustentant & fulciunt licet cōtemplari. Dauid porro Rex eum tabernaculum vocat, vbi ait, *In sole posuit tabernaculum suum*, in oculis scilicet omnium hominum Ecclesiæ constituit, vt ab omnibus conspici posset: qui eā inuisibilem & dicunt & faciunt.

Est scilicet Ecclesia, domus illa voluptatis instar propugnaculi, instar turris, instar conopæi ædificata, q̄ Salomon in Canticis his verbis describit, *Turris Dauid ædificata cū propugnaculis, mille clypei, & dicitur ex ea, & omnis armatura fortium*. Tu scilicet, ò Ecclesia, spissa illa es turris, inexpugnabilis, procul ab hostibus, procul à proditoribus sita, quæ suffodi nequit, circūndiq; vallata, propugnaculis circūdata, atq; omni armaturæ genere cōmunita, cui similem in mūdo nullā reperire est. denique turris, super petram ædificata, *Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*.

Contemplamini, Auditores, pulchritudinem, splendorem, magnitudinemque huius domus dimetimini eam circumquaq;: cælo tenus extenditur, & caput inter nubila cōdit: filii eius, qui ipsi sunt Angeli in supernis,

homines vero in infernis habitaculis cōmorantur. Et quemadmodum in arca Noe mūda animalia superne, immunda vero inferne habitant: ita plane in Ecclesia fieri certissimū est: video namq; spiritus illos puriores, atq; ab omni mortali contagio liberos, in summis arcibus huius locis: homines velut immunda, bruta & stupida animalia, in locis inferioribus commorari.

Tanta porro eius latitudo est, vt ab vno populo vsq; ad alterum extendatur, ab ortu solis vsq; ad occasum pertingat, ac totū terrarū orbem compleat. Hinc canit in Psalmis Dauid, *Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terra*. Fundamenta vero eius a deo depressa & profunda, vt ad cætrum vsq; terræ perueniant, vt quæ inferno proxima & contermina sit, animæ namq; in purgatorio detentæ eius membra sunt & filii. Ante euidens argumentū postulatis: Responde pro me Paule, & dicas, *In nomine e Iesu omne genua flectatur* (in hac scilicet domo) *cælestiū, hoc est Angelorū, terrestriū, hoc est hominū, & infernū i e. purgatorii incolarum*:

Coniicite modo oculos in loci huius pinas, ac mille hinc inde pendentes gladios videbitis, mille clypeos, mille loricas, mille bastas: tres scilicet virtutes Theologicas, & quatuor Cardinales, septem S. Spiritus dona, septem Sacramenta, octo Beatitudines, decem decalogi præcepta, duodecim denique fidei articulos; Quis similem vnquam, ne dicam fortioerem, domum conspexit? Illa nempe est domus super petram ædificata & in rupe cōstructa: quā Propheta *montem in vertice montium nominat*: Dauid vero locum *in montibus*. Isa. 7. *sanctus fundatus*: est deniq; domus, quam Adā

exstruere cœpit, Christus vero Iesus compleuit, cuius rei figuram nunc audite. Quemadmodū Dauid magni illius tēpli fundamenta posuit, & materia cōparauit (quippe à Deo propter cædes & sanguinem perficere prohibitus) verum filius eius Salomon ad fastigiū perduxit: ita quoq; Adā Ecclesiæ quidem in paradiso terrestri fundamenta posuit, sed propter peccata à Deo ne vterius procederet, inhibitus fuit: verū Iesus secundum humanam naturam filius eius, ipsam perfecit, ac splendidissime cōsummauit. Cū

Argei sunt filii domus huius. Gen. 7. Allegoria.

Psalm. 2. Anima: in purgatorio Ecclesiæ membra sunt.

Philip. 1.

Armatæ & munimenta Ecclesiæ.

Psalm. 88.

3. Reg. 5. Adam Ecclesiæ fundamenta posuit, sed Christus perfecit.

3. Reg. 10.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

igitur egregia illa domus super petram edificata sit, non est quod hæresum hæreticorumque rabiem, aut tyrannorum feritatem pertimescat: persecutiones quippe eam examinant & probant, perque easdem adaugetur.

Conceptus
infignes.

Evoluta iam sunt quatuor annorum millia, ex quo quatuor elementa, que instar prædonum aprorumque totam naturam perdere, corrumpere & euertere conantur, cum cælo illo Lunari, orbibusque cælestibus bellum gerunt: ignis calore, aer euaporatione & exhalatione, terra mephiti, aqua exhalatione, eos diuexant: verum frustra, cælum namque cedere nescium omnes illas minas velut inanes euandafque irridet. Ita quoque iam à tot sæculis, totque annorum millibus, domus hæc à quatuor feris tyrannis, mundo scilicet carne, & diabolo: adiugamus ad hæc hæresim, oppugnata fuit, at numquam ne minimum quidem detrimentum passa. Hinc bene David *Sape expugna uerit me à iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi*. Subita uentorum procellæ & turbines domum Iob euerterunt, ac omnes eius domesticos horrida ruina oppressere: at domus hæc nonnulla nulli est penetrabilis hosti, uentorum minas ridet, cælique rabiem, ipsi quidem diluuii uortices, aquarumque inundatio magnam illam Noe arcam uoluerit submergere, uerum secunda & nonne cæli iniuriam exhibilans, sine ullo periculo in mediis fluctibus enatauit. *Factum est*, inquit Scriptura, *diluuium, & multiplicata sunt aqua & eleuauerunt arcam in sublimem à terra, uehementer. n. inundauerunt, & omnia repleuerunt in superficie terra: porro arca ferebatur super aquas*. Unde quoque persecutionum locum hunc expugnare & euertere conata sunt, venti & procellæ afflictionum semper nauim hanc impetuere, uerum omnibus facta superior, uictrix in hoc usque æuum perdurauit. Ipsa quidem Domini passionis tempestas magno eam impetu concussit, summaque uicorendit, ut eam infringeret, aut saltem elumbaret: cum ipsi etiam custodes ducesque eam deseruissent: uerum ipsum caput Christus, eiusque genitrix Maria, cum aliis quibusdam strenuis uellatoribus totis sese uiribus opponentes, ac de statione nelatum quidem uigilem discedentes, locum suum tenuerunt.

Psal. 128.

Iob. 2.

Gen. 7.

Tu itaque sancta Ecclesia fortis hæc domus es, superbum hoc palatium, arx illa regia, splen-

didata & insignis illa ara, in qua Iesus Christus Ecclesia comoratur, & ubi re ipsa, in propria persona, ac uerelicer non uideatur, habitat. In cælis in qua Deum quidem Angelis sese uidentem ac contemplandum præbet, at in terra homines eum in Sacramento Eucharistiæ non nisi sub speciebus licet non latitante conspiciunt. Tu scilicet domus hæc es, plena sanctitatis, quam ideo D. Athanasius in simbolo *sanctam Ecclesiam* nuncupauit: domus illa orationis, ut te in hodierno Euangelio Dominus appellat, *Domus mea, domus orationis uocabitur*. Tu denique templum es, in quod iam Iesus redemptor noster ingreditur: quid ibidem acturus, nunc dispiciamus.

Eiecit ementes & uidentes. Ecce in ipso templo vestibulo nouum quiddam & insolitum hic contempler Auditores, saluatorem scilicet Christum ira comorum. In tota uitæ eius serie, ne minimam quidem, licet omnia scripturæ uerba minutatim indagauero, bilis, cholere aut uehementis alicuius passionis scintillam inuenio, nisi hanc ipsam quam hodierna die templum ingrediens demonstrauit. Scio, scio clementissime Domine, ab omnibus te passionibus & affectionibus immunem esse, nihil enim sunt aliud in te passiones quam propassiones quædam: nescio tamē unde hæc tam subita & repletina incidit indignatio & motus ad iram uehementior? Si peccata ipsa & scelera hunc tibi stomachum mouerunt, iam alia, credo, Domine, uidiisti, & sane haud minora, in Samaria, in Iudæa, & in ipsa sancta ciuitate Ierusalém, toties in maiestatem tuam committi. At uidit hic peccatum simonæ: quod cum alia peccata extra Ecclesiam fieri consueuerint, solum intra Ecclesiæ parietes & penetralia committitur: atque hinc factum, ut Dominus irretorto id oculo minime potuerit intueri. Fuit zelus quidam honoris diuini, qui cum ad id faciendum permouit, de quo David cecinit, *Zelus domus tuæ comedit me*. Ponite uobis ob oculos zelum illum Moysi, quo tot hominum millia titulo aureo uictimas immolantia, trucidata sunt: reuocate in memoriam Eliæ Prophetæ zelum, quo quadringentos Prophetas Baal, eo quod populū ad idololatriam, uero Dei nomine contempto, incitarent, gladio interficere iussit. Si quis hæc omnia in mentem reduxerit, æquissimum profecto Domini factum iudicabit.

III.

Nulquam

Domini

iratus fuit

se dicere

nisi hodie

in templo

Psal. 68.

Exod. 31.

4. Reg. 10.

bit, cum eum ira exastuantem è templo viderit ementes & vendètes exterminare. Disceant hinc ipsi Ecclesiæ rectores & Præsules simonias has, hæc peccata publica & in omnium oculis posita, inq; tēplis vt plurimum cōmitti solita, digna castigatione multare.

Quinam negotiatores hi sunt quos Dominus è templo exegit.

Videamus modo quinam hi vendètes sint & ementes, quinã hi negotiatores, aut quinã potius hi prædones, qui in templis sua venalia velutin officinis exponunt. Vos Episcopi & Ecclesiæ Antistites, cum sacros Ordines diuenditis, cum Sacramenta ipsa precio cōferitis, estis vendentes. Vos beneficiarii cū beneficia vestra distrahitis, aut noua cōmittis, estis negotiatores. Vos Ecclesiastici, cū bona Ecclesiæ dilapidatis, cum loco pauperum & egentium, canes alitis, & clancularios concubitus fouetis, prædones estis & direptores.

O tempora! ô mores! referta est hodierna die huiusmodi negotiatoribus & prædonibus. Ecclesia Dei: nam cōmunes iam sunt & oculis omnium ipsæ simoniæ, beneficiorum distractiones & emptiones, ac nefandæ hæc direptiones. Quanta porro vestra hæc gloria foret: ô Episcopi, si omnes venditionum emptionumq; contractus probe examinaretis! plurimi enim hoc nostro æuo Indæ imitatores reperiuntur, qui vbiq; clamât, *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* Ecclesia quoq; non amplius locus sanctus dicendus est, sed officina, locus rationum, peristylū, mensa nummularia, aut asinorum nundinæ.

Matt. 26.

Apophthegma Philippi Macedonis.

Reficiant mihi in memoriã asini hi, quod dicere solebat Macedonū ille rex Philippus: Nullam esse arcem adeo munitam, nullū locum adeo inexpugnabile, & imperiū quin expugnetur, modo asinus auro onustus subire possit: Quo quid aliud significare magne rex voluisti, quam nihil auro esse imperiū, nihil quod pecunia non expugnet. Idem ipse de Ecclesia iure meritoq; dixero: nullum hodierna die Episcopatum, nullum Prioratum, nullum deniq; in Ecclesiis beneficium reperi, ad quod asini aliq; minus idonei auro muneribusq; viam & aditum sibi nō parent.

Virg. 5. Æneid.

*Quid non mortalia peffora cogis
Auri sacra famas?*
Quamobrè optime mihi rem ille visus est tetigisse, qui iocans aliquãdo dixit: Beneficia

equos currendo petere, ac promereri sed a. Beneficia nō amplius conferri. Miseri vos igitur magistri artium, aut gradus in scientiis adepti, vosq; doctores frustra ad beneficia cōtenditis, itaque parcite labori; neque enim amplius merita sunt, aut doctrina, sed pecunia spectatur: meritis itaque frustra nitimini, cum pecuniæ iam obediant omnia. Docent Theologi, prædestinationem in cœlis sine vlla meritorū præuisione à Deo fieri: equidē, ne minimū diuinæ maiestati in hoc derogando, dico hodierna die beneficiorum collationem sine vilo meritorū respectu in Ecclesia fieri. Non est ergo vobis ô Theologi ampli^o in meritis spes collocanda, de iis nemo loquatur. tot n. iam aulicis ea in compensationem facti alicuius cōferuntur, tot indulta cōplenda sunt, regia ita gratia præcedat necesse est, vt virtus in postremis habeatur & dicere liceat, omnia nihil quã meram venditionē & simoniam esse.

An non, ô infelices mercatores, ô negotiatores detestandi, Dei numē pertimescitis? an non diuina iudicia formidatis? an non videtis æterna vos damnationi animas micipare & ad restitutionem obligare? Nonne intelligitis, vos vobis ipsis infamiam ignominiamq; adferre, incapaces & minime idoneos vos ad Ecclesiastica munia obeunda reddere? quando nimirum opus sancti Spiritus, cuius vnus est beneficia bene meritis cōferre, vobis ipsis arrogatis, an non perspicitis, ô Simoniaci, rerumq; Sacrarum nūdinatores, quam ratione Deus hodierna die peccata vestra castiget? Ipse met flagello in man^o sumpto ira feruescens vindictā sumit, alia quippe peccata per alios, per Angelos, per creaturas ipsas castigauit: hoc vnum ipse puniuit. Audiāt itaq; anime illę honoris cupide, auaritia deprauate, Zacharię Prophetę interminantis verba: *Non erit negotiator in domo Domini. Zach. 14.*

S. Spiritus est beneficia cōferre.

Vultisne vobis ob oculos ponã, quoniam Vt fuerint olim modo Deus horrendū hocce flagitium puniti qui castigari? Balthasar Nabuchodonosoris sacres sacras cessor, postquã sacra vasa, quæ è tēplo Salomonis in Babylonē asportata erāt, profanasset, runt. breui tēporis momento vitã & imperiū amiserunt. Daniel. 5. *Quid tibi igitur futurū speras nefande Simoniace, q nō modo sacra tēpli vasa, sed ipsa Ecclesię beneficia perdis, destruis & profanas?*

4. Reg. 5.
Act. 8.

Giezi Elizæi prophetæ puer cū res sacras vendidisset, lepra in castigationem peccati percussus fuit. Simon ille Magus, à quo tu nomen mutuatus es, & cuius sub insignibus militas, eum gratiam patrandorum miraculorū auro ab Apostolis redimere veller: vitā infeliciter perdidit. Et eum traditorum ille princeps Iudas, ac Simoniacorum corypheus, postquam Dominum suum Iesum: quo nihil in mundo reperiri poterat pretiosius: Iudæis vendidisset: in extremam desperationem incidit, & infami laqueo vitam finierit: tu quæ Ecclesiam vendis, qui beneficia distrahis, a meliorem feliciorēque mortem expectas? Eo quod Ieroboam summū Sacerdotiū profanasset, & ineptos ad sublimem illam dignitatē subleuasset: omnis eius posteritas cognatioque delata fuit, & ipsius memoria in perpetuum abolita, Et nunc Reges intelligite, qui è cincinnatis & calamistratis aulae mancipiis Episcopos efformatis. Attendite, quæso, Antistites, qui in seruis & coquinæ ministros beneficia sacra confertis: si hoc eos stipendio pro præstito seruitio ornatis, diuinam quoque vindictam extimescite.

Niceph. li. 1.
Ecel. hist.
s. 33.

Li. 4. Chro.

Horrenda de Episcopo simoniaco historia.

At nondum hic finis. Narrat insignis ille historicus Nicephorus, Constantinū Iuniorē Imp. Romanorum: eo quod sacerdotii dignitatem vendidisset, sensibus priuatum in miserissimam phrenesim incidisse: dignū profecto huiusmodi flagitio supplisū. Narrat in vita Leonis IX. Pontificis Martinus Polonus, Hildebrandum Cardinalem (qui factus deinde Pontifex Gregorius VII. est appellatus) legatū Apostolicum in Gallias missum, ut simonias, si quas reperisset, aboleret, & iudicio prosequeretur, in Episcopum simoniacum incidisse: quem huius criminis conuictum in iudicium vocauit, ei que licentiam intendit. Verum cum Episcopus falsos testes produxisset, & ipse Cardinalis ulterius eum conuincere non posset, hac eum tandem oratione aggressus est: Eia relinquamus humanū iudicium, rem Deo potius committamus: nā ad Spiritum sanctū hæc pertinet disceptatio, eius hic honos agitur, ad eum beneficia potissimum Ecclesiastica spectant. Quare age, si legitime ad Episcopatum te putas peruenisse, si à Spiritu sancto electus es tanta

nobis clara voce, Gloria Patri, & filio, & Spiritui sancto. Quod cum nefarius ille Episcopus præ metu pæne exanimatus facere præsumpsisset: versiculū quidem inchoauit, dicens: Gloria Patri & Filio: ac diuino conuictus iudicio, nunquā potuit perficere: adeo ut eū ipsum Spiritū sanctum in quem nefarie peccauerat, & in quem impudenter mentiebatur, nominare haudquaquam potuerit.

O infelices simoniacos, & infortunatos sacrilegos? Vos estis impius ille & barbarus Esau, qui sua primogenita, quibus ipsa sacerdotalis dignitas annexa erat, misere diuendit. Respicite igitur, & horū exemplo tandem aliquando sapite, ac similes vobis impendere calamitates certissime credite.

Refert Herodorus Perfarum Regē Cambysem, vni è iudicibus suis, falsitatis conuictio pellem viuō detrahere iussisse, ac eadem tribunalis eius cōuestisse, quo filius eius Oranes Patri in eo munere succedens, hac ratione admoneretur, æquitatem ut in iudicando coleret, nisi simili quo pater supplicio veller enecari. Respicite, vos beneficiorum nundinatores templorum vestrorum choros, videte sedilia quæ ascenditis, cathedras in quibus vos ipsos venditatis pellibus conuestitis & corio, sanguine etiamnum madentes, & supplicis damnationibusque eorum insignes, qui beneficia eo quo vos modo, & emerunt & vendiderunt. Vos vero impij, ac nefarii custodini, qui nomina vestra in rem alienā mutua datis, qui propter rem exigui momenti animas vestras, simul & aliorum æternæ damnationi inuoluitis, quo digni supplicio esse videmini? An non Iudæ proditoris vos esse dicam imitatores? ille namque Dominum suum Iudæis tradidit, vos vero matrem vestram: ille Iesum Christum, vos templum & Ecclesiam: ille æternis est cruciatibus addictus, vos haud dissimiles, nisi respiscatis, manebunt. Vos igitur prædones illi estis, qui domum Domini nostri speluncā facitis latronum, vitiolorum receptaculum ac nefariam latrociniam. Hoc tantum vobis solatio sit, non solos vos in Ecclesiis negotiari, verum & alios. Video namque hic etiam columbas.

Quartum vero vos columbæ, malum designatis? & sane nisi peccassetis, vos hodierna die

die Dominus procul a templo suo non eliminaret: at tempus non patitur, Auditores, quid per animalia hæc deoreretur, ostendere: quod mihi velim ignosci, verum hoc saltem dixerō, in templis (& impietatem non tolerandam) diem condici, locum designari, nutus impuros volitare, quibus animi voluntas explicatur. O peccatum & impietatem detestandam! o mille abominationem tormentis infernalibus puniendam! An non hoc est, domum orationis facere speluncam latronum?

Iterum igitur Domine prædones hos, sacrilegos hos, simoniacos hos è domo tua expelle, nam quemadmodum magnus ille Abraham è propriis ædibus idololatram Ismaelem exegit: ita quoque tu summe Abraham Ismaeles hos, prorextas hos ab Ecclesia tua remoue. Iacob fratri Esau benedictionem præripuit: ita etiam tu Pater æterne, Pater Abraham, Isaac & Iacob, impios hos Esau, beneficiorum inquam Ecclesiasticorum mercatores, gratia tua & gloria priua; & vtrumque nobis omnibusque, qui in templo sancto tuo nomen tuum adorant, nec negotiationes exercent, concede, gratiam inquam hæc in vita & gloria post mortem, Amen.

FERIA IV. POST DOMINICAM I. QUADRAGESIMÆ.

Partitio.

- I. De signis Dei seu miraculis.
- II. De signo Iona, quod sit.
- III. De signis Catholicorum.
- IV. De signis Nouatorum.

FIGVRA.

Generatio praua & adultera signum querit, & signum non dabitur ei, nisi Iona Propheta. Matth. 12.

Exod. 7. **C**VM Israelitarum ille terror Pharaeo, & Tyrannorum omnium facile princeps, expectari vellet; num vere Moyses à Deo missus, ac ecclitus destinatus esset, qui populum Iudaicum è duro seruitutis ergastulo eripe-

ret; statim ab eodem signa & prodigia postulauit, dicens: *Ostende signa.* At videas hodierna die in hocce nostro Euāgelio nouos Pharaones, Scribas sc. ac Phariseos, qui cum tentare velient ac certo scire, num Iesus, ille pauperulus Nazarenus, vere Dei filius esset, verus illorum rex, & in lege promissus Messias, accedentes miracula ab eo fieri postulāt. *Volumus à te signum videre.* Ecce postulata eorum reliquam porro rei seriem adiungam, mox vt Virginem Deiparam salutauerimus cum Angelo dicentes:

AVE MARIA.

Nihil est in rerum natura, Auditores, quo vicinius ad æterni illius & infiniti esse, quod Deum nominamus, cognitionem accedimus, quam ipsa prodigiorum rerumque præter communem naturam ordinem accidentium, & miraculorum patratio. Illa quippe sunt veluti riuus, per quos animæ nostræ ad diuinitatis usque abyssos conducuntur: illa sunt igniculi & scintilla, per quas micantem illum Deitaris solis oculi nostri contemplantur. Vix viderat Sareptana illa vidua rediuuium filium & statim Heliam Prophetam loco habet, ac veluti à Deo ad salutem domus sue missum veneratur; *videtur autem. Nunc in isto cognoui, quonia vir Dei es tu, & verbum Dei in ore tuo verum est.*

Quamobrem hoc certum sit, ipsa miracula, quotiescunq; contingunt, vera esse diuinitatis indicia: quando n. audio solem ad Iosue imperium stetit, matrem post partum virginem perseverasse, corpus solidum vndis inambulasse, fornacem Babylonicam, igne succensam, minime nocuisse, statim mihi supernaturalis cuiusdam virtutis ac potentia, ab infinito illo Esse procedentis, in mentem venit.

Cognouit id David cum ait, *Qui facis mirabilia magna solus.* Vocem *Solus* addit, vt cetera Solius est creatura excludantur, ad quas nulla ratione Dei miraspectat huiusmodi opera præstare, vt quæ à curia patrum qua infinite semper moueatur, quæque re. virtute quadam omnipotente prædita sit, proficisci & fieri cõueniat, cum hoc ad solum Deum spectet, & nulli alteri sit concessum.

Tu solus scilicet es Domine, cuius est miracula patrare: tu solus es, qui sumus naturæ

I.

4. Reg. 17.

Ios. 10.

Mat. 6.

Dan. 3.

Psal. 135.

Natura & diabolus edere que- unt mira- bilia at nū- quam mi- racula.

princeps & artifex cum sis, & rebus, quæ in rerum natura non existunt ita imperes, ac si reuera existerent & eas velut in aciem ex nihilo creando producas, denique totius mudi Dominus cū sis: *Δαυματῶν* & merito appellaris & diceris. Natura quidem ipsa solis deliquia in celo, in aere tonitrua, flammæ & fulgura, in mari Euripos, in terra monstra, atque alias res mirabiles potest producere: verum vltim vel minimum patrare miraculum nulla ratione potis est.

Potestis quidem, vos dæmones, elementa in aère concitare, vt inter se digladiari videantur, tempestates suscitare, ventos & turbines agitare, Oceani vndas exciere, montes denique ipsos transferre aut concutere: at vbi receditis & omnia pacata sunt, non miracula, at solum mirabilia fuisse dicenda sunt. Non vestrum est mortuos ad vitam reuocare, visum conferre cæcis, gressum claudis, paralyfin dissoluere, morbos deniq; ipsos nullo remedio naturali, aut secreto aliquo humorum corporis humani motu, sanare: ita vt vere dicere possimus, nullum à vobis supernaturali quadam ratione, pristina valetudini posse restitui.

Fixum itaq; sit ac certum ipsa miracula à solo Deo proficisci, & illa ipsa supernaturales quosdā influxus esse, ac velut aquas à prima veritate promanantes, propagines fidei, & religionis vincula. Teste huiusce rei habeo D. Augustin. hic enim lib. 4. de vtilitate credendi, c. 17. in libro contra Epistolam fundamenti apertissime confitetur, se vinculis miraculorum in Ecclesia detineri. Post illum quoq; Richardus à S. Victore. lib. 1. de Trinitate c. 2. exclamat: *Domine si error est quod credimus, à te decepti sumus: nam ista in nobis tantis signis & prodigijs confirmata sunt, & talibus quæ non nisi per te fieri possunt.*

At quid est miraculum? est noua quedam & præter ordinem probatio virtutis & potentia diuinæ, opus quoddam supernaturale, à diuinitate descēdens, ac veluti testimonium quoddam altissimi. est signum & nota supremæ cuiusdam auctoritatis, actus supremæ nature artificis, præter communem naturæ ordinem, & vulgarem operandi modum longe excellēs, ad gloriæ diuinæ manifestationem,

Miracula in sola Christi Ecclesia esse testatur Aug.

Egregia Ricardi à S. Victore sententia. Quid sit miraculū.

Ecclesiæq; vtilitatem productus. Deniq; est illud signum quod Iudei hodierna die in Euangelio videre desiderant, dicentes, *Magister volumus à te signum videre.*

Verum, antequam in altum vltius pro- uehamur, & longius in contextus arenam descendamus, consideremus oportet, duo esse hominum genera, qui nullo non tempore ac loco Deum tentant, noua ab eo miracula quotidie impudenter & importune querentes: obdurati scilicet peccatores, & non credentes heretici: *gens mala*, intelligendi sunt peccatores, & *adultera*, intelligendi hereticos, illos scilicet Ismaeles, degeneres, & adulterinos, qui postquam matrimonium in baptismo cum casta illa Susanna, Ecclesia sc. iniierunt, solennibus illis votis & promissionibus pessundatis, hæresi velut pellici, sese magna cum sui ignominia impudentiaque, nec non magno lasciuie signo, coniunxere. At primo de peccatoribus verba faciamus.

Obduratus peccator, qui ad salutem adspirat, & infernalibus se tormenta euasuri existimat, tacita quadam ratione à Deo miracula videtur expetere. Hunc igitur nō abs re cum bono illo latrone cōferre posse videor, qui cum toto vitæ tempore latrocinia exereuisset, in vltimo vitæ articulo cōstiturus, idque in ligno crucis, miraculum iustificationis à Domino postulauit. Ita porro fieri videm⁹, Auditores, vt anima in peccatorum volutabro immersa, & in iisdem quodāmodo sepulta, miracula à Deo semper cōtendat: neque enim fieri vlla ratione potest, vt quis tergiversans ac moras nectens ex profundo peccati emergat, nisi suam Deus infinitis p- pemodum miraculis opem intermiscat, ac cooperetur. Admirandum plane opus ipsa Lazari fuit resurrectio, imo vero plurimorū miraculorū instar, videre sc. mortuum iam quadriquo corruptum, iam & fortidum è se pulchro prodeuntem: videre lapidem reuolui, institas & funes dissolui, animam in corpore redire, & id ipsum vitium inter homines conspici. Sed hoc ipsum est, quod in peccatoris conuersione videmus contingere, qui cōtractis inferni foribus, semiputridus prodit, lapidē & duriciem peccati deuoluit, vincula captiuitatis effringit, cui gratia redit, & pccō

II. Duo ho- minū ge- nera à Deo miracula exigunt.

Hæresis veluti ad- ulterci suat

Peccator ad iustitiam sine miraculis peruenire nequit.

In peccatoris con- uersione miracula Lazari resurrectio.

peccata dimittuntur. an non hæc infinita miracula sunt!

Iof. 8. Quartum porro miraculum fuit, muros ciuitatis Ierichuntinæ, (quæ sexcentis ali- quâdo hominum millibus valide restiterat) ad clangorem buccinæ sacerdotalis corruere? an vestra sententia, minus esse miraculum videretur, pernicitiam peccatorum, quæ non ipsi Ierichunti, verum peccatrici animæ instar murorum est, quæ Dei præcepto, legi naturæ, rationique toti mûdo communi resistit: ad vocem Sacerdotum, ad sonum verborum Sacramentalium, quæ instar tubarum Evangelicarum sunt, concidere, ac pœnitentiæ viam sternere? Quænam miracula, eque prodigia in Ægypto facta sunt ad vnicum Pharaonem conuertendum? Hem qui labores, quænam inspirationes, quænam admonitiones, quænam signa, quænam miracula requiruntur, vnus vt peccator ad bonam frugem redeat, vt relicto peccato in viam virtutis redeat.

Similitudo. Israelitæ cum in Ægyptum famis tempore descendissent, existimantes ibi se quatuor aut quinque ad summum annis mansuros, donec ipsa fames transisset: quadringentis annis in eadem hæserunt, & mortui sunt, ac posteri eorum nunquam nisi per prodigia & miracula egredi potuerunt. Et vero non aliud denotat, Auditores, quam peccatorem, cum in Ægyptum peccati descendit, nunquam redire aut reuerti in patriam posse, nisi Deus prodigia & miracula magno numero edat. *Gens praua signum petit.* Sunt mihi credite, impii, sunt peccatores, qui miracula à Deo efflagitant, quoniam iis necessaria sunt, vt ad vitam & gratiam reuertantur. Verum his non est adeo firmiter inhærendum, aut noua signa expectanda: aliud quippe vobis non dabitur, nisi signum Ionæ Prophetæ: agite pœnitentiam, hoc namque verum Ionæ signum est, & omnium miraculorum miraculum maximum: quamobrem aliud non est quod expectetis: Neque enim aliud Niniuitæ habuere, non aliud S. Mariae Magdalena, non David: non denique Petrus Apostolus: aliud quoque vos non habebitis. nam *signum non dabitur vobis nisi Ionæ Prophetæ.* O tempora! ô mores! Totus hodie terra-

rum orbis in miracula inclamat, miracula postulat, & absq; miraculis vix credere posse videtur. Et interea quot in mundo homines reperire est, Deus immortalis, qui vix semel cogitant esse Deum, esse aliquos manes & subterranea regna, quiq; nullum putent post hanc vitam locum superesse, in quo animæ præmiû accipiant, aut quidquam credant à morte nobis in altero esse mundo expectandum? Quod non à me ipso, sed Dauide mihi præcunte assero, *Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus. Vere in corde suo: si enim ore & lingua hoc proferre ausus fuisset, omnes eû creaturæ mendacii conuicissent, quæ te confitentes, te prædicantes, per vniuersi mundi climata exclamant. Ipse fecit nos & nō ipsi nos.* **Psal. 94.** Taceant impii, taceant Athei: est Deus, nos eum agnoscimus, nos nostrum ei esse ascribimus, quidquid sumus aut habemus, ab ipso profectum est: nihil nostrum est. Quam multos pro dolor, videre est, qui miracula huiusmodi exigant, qui cum fidem ore confiteantur, in corde tamē eam negant, atq; ita contingit eos hæc blasphemias euomere.

Anne fieri potest, Deum aliquē esse, eumque ita rigidum & seuerum, vt in se delinquentes perpetuis apud inferos torqueat suppliciiis? anne credendum est, in terræ medio ac centro, inferorum locum esse, perpetuis ignibus exarsuantem, in quo damnati & demones inauditis cruciatibus castigentur? *Magister, ô doctor Sorbonice, volumus à te signū videre, credere non possumus, ostende, miraculo rem declara, athee, fiat, audi Isaiam regi Achaz loqueantem, Pete tibi signum à Domino Deo tuo, in profundum inferi, siue in excelsum supra: id ipsum & ego tibi inclamem. Superne namque videas Angelos cælo depulso, ac beata Dei visione priuatos, in maximā infelicitatem prolapsos. at quonam prolapsos? in infernalē abyssum, ac flammarū locum. Magnū id profecto signum est. Deice oculos, & audies eiulatū, lamenta, ac desperatione plenam vocem illam Epulonis, *Cru- cior in hac flamma.* Intuere Dathan, Core, & Abiron cum tabernaculis suis, terrā dehiscēte, voragine absorberi: contemplare incendium, & deuastationem Pentapoleos, & dicitō nobis, vbinam hæc omnia contingāt, quo in loco*

Psal. 13.

Psal. 94.

Inferos esse.

Isa. 7.

Luca 16. Num. 16.

Gen. 19.

II. iustificatio & conuersio peccatorum cum ruina murorum Ierichuntinorum comparatur.

peccatorum iustificatio & conuersio peccatorum cum ruina murorum Ierichuntinorum comparatur.

peccatorum iustificatio & conuersio peccatorum cum ruina murorum Ierichuntinorum comparatur.

in loco lugubris illa tragædia peragatur? ac signa quam plurima videbis.

III. Qui de diuina dubitant prouidentia

Psal. 4. Est & aliud genus eorum qui diuinam prouidentiam in dubium vocant, itaq; vt hanc esse credat, miracula efflagitant: multi dicunt, *Qui ostendit nobis bona? fierine potest, vt Deus qui in cælestibus illis, & aereis forniciis habitat, qui nutu suo atq; imperio tot regna & prouincias moderatur: Angelorum scilicet in cælo, hominum in terrâ, auium in aere, piscium in aquis, animarum in purgatorio, dæmonum in locis inferis; Deus inquam, hominum curam suscipiat, & erga eos prouidentiam suam singularem declaret? adeo vt nihil circa ipsos fiat, quod non Deus sciat, & perfectum habeat. Domine, volumus à te signum videre.* O gens praua & adultera, impii, inquam, & athei: *Interroga patres tuos, & dicent tibi.* Repete priorum temporum memoriam, sciscitare à maioribus, vetus testamentum perscrutare, ac plurima signa reperies: Corui Eliæ in deserto panem suppeditant: Angelus Prophetam Æthiopa in Babylonem capillis arreptum transfert, vt captiuo qui in lacum leonum coniectus erat, prandium deferat, Cælum pistoris vice fungitur, ac quadraginta annis sexcenta hominum milia in deserto manna pascit. Exclamem igitur, o prodigia immensa! o prouidentiam Dei singularem! an non hinc satis colligi potest, singularem hominum curam Deum gerere.

Psal. 94. *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione, secundum diem tentationis in deserto, ubi tentauerunt me patres vestri.* Aliud signum non querite, nisi signum Ionæ Prophetæ, nec maius miraculum è cælo importune efflagitate. Vnum hoc sufficit, vt in aduersis solamen, in dubiis animum, in angustiis spem suggerat. Ionas duplici angustia conclusus, ventre scilicet ceti, & cetero in ipsis aquis, nunquam sperare destitit. *Et ego dixi, Abiit sum à conspectu oculorum tuorum, verum tamen rursus videbo templum sanctum tuum.* Daniel in medio leonum constitutus animum non contraxit, Ioseph in captiuitate positus non dimisit, Ionas in ventre ceti sustinet, & auxilium Domini expectabat. In hoc signo vinces o anima mea, hoc sufficiet, & plusquam sufficiet, vt inter

fortuna procellas constituta non desperes, at *spera in Deo & fac bonitatem.* Deum time, *Psal. 36.* & in eum confide: *ipse enim deducit ad inferos i. Reg. 2.* & reducit, per tristitia & aduersa deducens, & per læta ac prospera reducens.

Reuocate hic in memoriam, quod circa Christum quondam gestum, afflictis solatio est. Ille namque cruci affixus, crudele supplicium pertulit, ac mortem durissimam sustinuit, verum magna cum gloria deinde post triduum à mortuis resurrexit. Ad eundem plane modum, o homo, si crux tibi angustiarum toleranda est, si calamitatibus premeris, spera resurgere, & idem ipsum signum quod in Iona peractum fuit, in te peractum iri spera; noli dicere, qd dixit olim filia Sion, *Dereliquit me Dominus, Dominus oblitus est mei:* statim enim subiungeret Dominus: *Nūquid potest mulier obliuisci infantem suum? & si oblita fuerit, ego non obliuiscar tui.* O animarum nostrarum zelator Deus! fatemur & scimus, nunquam te nostri obliuisci posse, nimis enim profunde nos pectori tuo infixos & quodammodo insculptos habes, idque clavis quibus in cruce confixus es.

Deinde ipsi sunt hæretici, qui semper miracula efflagitant, & nunquam non signa miracula querunt. An non auditis, qui semper in clament, Vos Papistæ, vos Romani Iesum in Sacramento Eucharistia præsentem adesse dicitis; *non credam nisi videro.* neque enim vlla rei verisimilitudo est, volumus à te signum videre. Id ipsum fecit & Herodes, qui a Domino tempore Passionis signum aliquod videre cupidus erat. Fecerunt id ipsum & Iudæi, qui eundem Dei filium cruci affigentes, clamauerunt, *si filius Dei est, descendat de cruce, & credemus ei.* Verū hi Domino non amplius cruci affixo, sed sub speciebus Sacramentalibus latitanti plenis buccis conuiciantur, & clamant, *Si filius Dei est, de hoc est:* Si corpus eius in Eucharistia adsit, efficiat vt videmus, & credemus & adorabimus. Eximie magister noster, doctor Sorbonice, volumus à te signum videre. Tu porro minister Calvinista adsis, & sexcetera tibi signa produca. In Exodo manna; eius Sacramenti signum videbis, & Agnū Paschalem item alterum, in Genesi vero sacrificium Melchisedech. an non vera tibi illa videntur esse

esse signa? Vis videre miracula: aperi oculos, & caliginem ac velamen cæcitatæ ab iis remoue, ac cū Propheta regio dicit, *Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.* Pertinaciam exue, fidem humilitatemq; amplectus, & videbis hic substantiam vnā in aliam conuerti, accidens sine subiecto subsistere, quantitatē sine loco esse, ac corpus plurimis locis existere, nullum tamē locum occupare, corpus inquam gloriosum non demonstrans gloriam, an non hæc vere miracula dicenda sunt? an non tibi hæc signa certissima esse videntur? nihil tu horum omnium credis, at credit David dicens, *Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus, escam dedit timentibus se.* Quamobrem qui omnia miracula, quæ è cælo proficisci possunt, in vnū conglobata, ac veluti in compendium redacta videre desiderat, ad Sacramentum hoc accedat: Deus enim, cum corpus hic suū nobis in cibum elargitus sit, omnia profecto miraculorum genera simul veluti in scenam produxisse videtur.

Psal. 118.

Psal. 110.

Obiicit hæreticus nullum amplius in Ecclesia miraculū parari.

Centuriatores miracula enumerarunt, quæ in vnoquoque sæculo cõtingerunt, iaque vsq; ad sæculū vndecimū.

Miracula potissimū fiunt, vt

Ne vltcrius procedatis, o Romani, inclamant etiam ministri, dicitis virtutem & potentiam miraculorum in vestra Ecclesia reperiri, atq; hanc de Babylone vestra opinionem diffunditis: Sed ipsum falsissimum est, nihil enim adeo ab ea alienum. iam enim à longo tempore fons ille miraculorum exaruit: cum fide vbiq; gentium diffusa, & stabilita, amplius iam necessaria non sunt. Erras insensate ministe, erras, & quidem crasse, & ignoranter. Si enim Centuriatorū vestrorum centurias, eorumq; annales legisse, vidisses proculdubio, vt vbiq; ad singulos annos, ad singula sæcula, miracula, vq; ad vndecimum sæculum enucleate enumerent, ac nū nisi miracula concrepent. Si temporis ratio permitteret: equidem te per omnes veterum annalium memorias, perque historiarū omnium campum exspatiaturus deducere, simulq; tibi ad oculum ostenderem, miracula ad nostra vsque tempora, & in hodiernam vsque diem in Ecclesia vigere ac permanere. Nostin vero in quo miraculorum operatio consistat, aut quam ob causam Deus eadē fieri permittat: ipse tibi per transfennam dicā, non tam ea ad confirmationē aut stabilitimē-

tū fidei: quā ad gloriæ diuinæ manifestatio- nem fieri: quin & aperte te docebo, etiam ho- dei gloria dierna die & quotidie, in Ecclesia miracula manifesta patari. At non tibi ipsa Ecclesiæ Sacramenta reddatur. vera esse miracula videntur? An nō vere miraculum videri queat, aquam quæ corpus in Baptismatis Sacramento lauat, animā simul Quotidie à peccato abluere? an non miraculorum omnium maximū sit, peccatorum ad gratiā re- Ecclesia adhuc in fieri cōspicimus? Sane, vt vere doct̃or Ange- licus. Scholasticorum facile princeps; Sor- bonicorum columē, ac religiosorum decus, D. Thomas ait, *lustrificatio & remissio peccatorum est maximum opus Dei*, quotidie tamen eam in Ecclesia contingere videmus. Quin D. Thom. 1. etiam ignis ille infernalis; qui in damnatorū 2. q. 113. animas, & in dæmones agit, qui spiritus sunt huiusmodi actionum incapaces (cum purgatorium ipsum denegatis) an non cum miraculo illic agit & operatur? Quamobrem gens praua & adultera, nolite amplius signū quærere, aliud non habebitis quā Ionæ Prophe- tæ; & nisi eodem quo Niniuitæ modo peni- tentiam egeritis, simili flagello castigabimini, ac simile periculum incurreris.

Verum iam satis superq; vos è nobis signa postulastis Caluinistæ, iam nos è contra à vobis signa postulamus & miracula: *Magister volumus à te signa videre*, qui sitis, vnde missi, quādo veneritis, & quid inter nos agatis? Ad eundem plane modum olim Tertul- lianus Valentinum & Apellem vtrunq; hæreticum interrogauit: *Quis estis vos, quando Lib. de prauenistis & vnde venistis, quid facitis inter nos? scrip. heret.* declarate nobis qui sitis, ostendite nobis miracula. Caluine volumus à te signum videre, cum nimirum te missum extra ordinē iactas: Ostendant blicis nostris penitus repugnans: cum tua re hæretici formata Religio scateat paradoxis, plena sit miraculis, prodigijs doctrinis, cum omni antiquitate à quo missi pugnās, blasphemijs, sacrilegijs, cōtradictio- nibus, priuationibus, negationibus, reb. nullius momenti, & apinis tricisq; ac germanis gerris sit refertissima: interea tamen immedie à Deo te missum iactas; profer igitur tua miracula, produc tuæ auctoritatis testimonia, pmas quib. tibi credere possimus lit- teras,

M m teras,

teras, profer tabulas, *Volumus à te signum videre.*

Quemadmodum enim in omni bene-
futura republ. læsæ maiestatis crimē haberi
cōsuevit, si quis absq; plena Principis aucto-
ritate milites cōscribere, & exercitū in regno
aliquo colligere conetur. Ita quoq; tu Cal-
wine, (proh rem indignissimā!) tympana pul-
sare, & tubam inflare in omni Ecclesie domi-
nio ausus es: ac milites cauponarios, leuis ar-
maturæ equites, Lurcones & helluones &
homines insensatos conscribere, non exhibi-
tis litteris quib. te missum ostenderes aucto-
ritatem stabilires, nō exhibito breui aliquo,
aut decreto magni illius Ecclesie Monarche.
Vere igitur vos læsæ maiestatis reitum diui-
næ tum humanæ: vos rebelles, vos turbulen-
ti: vos deniq; sediōsi estis, ita vt vere Pontifex
dixerit Innocētius: *Non sufficit, quod quis
que dicat se esse missum à Deo, hoc enim omnes
heretici iactitant, sed oportet suam missionem
probare per miracula.*

*Innoc. III.
de heret. c.
Cum ex in-
iuncto.*

Omnes
quotquot
à Deo mis-
si fuere ad
nostram
doctrinam
docendā,
semper do-
num mira-
culorum
patrando-
rum ha-
buere.

3. Reg. 18.

Exod. 18.

Hinc igitur discatis oportet, ò Catholici,
& vos imprimis, qui seducti & errore ex cæca-
ti estis: omnes hosce ministros pseudopro-
phetas esse, cum nunquā opere aliquo supra
commuam naturæ ordinem edito, vt ipsa
miracula sunt: vnde missi & à quo common-
strare poterint: & cum summus ille Deus
nunquam legem aliquam promulgauerit,
quam non simul & miraculis confirmarit: &
cum nullum vnquam in mūdum ad nouam
aliquam doctrinam docendam miserit: quē
non pariter & miraculorum dono decorau-
erit, vt si ad quos missi erant, & quib. prædi-
caturi venerant, hinc crederent illos à Deo ve-
re esse destinatos. Video Eliam in legē Moy-
sis cum Propheus Baal disputantem ad mira-
culorum patratiōem descendere. Lex ipsa
in monte Sinai dabatur cum sonitu tubarum
& fulgurū, & ecce cæperunt audiri tonitrua, ac
micare fulgura & nubes densissima operire mon-
tem, clangorq; hic cum vehementius perstrepebat.

Quo quid aliud edocemur, quam legem
& doctrinam à Deo missam, & mittendam,
semper miraculis stabilendam, vt iis quibus
annuntiaretur, de eius veritate cōstaret. Mo-
ses à Deo electus & missus, vt in Ægypto po-
puli rebus patrocineretur, & Pharaoni, quo

Heb æos captiuitate solueret, suggereret, *Exod. 4.*
virgam habuit miraculis insignē, quæ in te-
stimonium esset eum vere & legitime à Deo
missum Daniel Propheta ab eodem, & ad i-
dem omnino negotium in regnum Babylo-
nicum missus miraculorum donū habuit, vt
somnia explicaret, cogitationes internas a-
periret, & intimos animi recessus declararet,
leonum feritatē compesceret, instar agnorū
eos mansuetos redderet, vt scæus impios &
peruersos conuinceret, innoxias Susannas
defenderet, Regum deniq; cogitationes in-
terpreteretur. An non vere nobis illa mira-
cula videntur? Ipse quoque Dei filius Iesus
Christus, à Deo ipso sine vllō medio in hunc
mundum missus, vt legem gratiæ hominibus
promulgaret, miraculorum virtutem cun-
ctipotentem secum attulit, *Opera qua ego fa-
cio, ipse testimonium perhibent de me.* Ipse quo-
que Satan tenebrarum princeps, scire deside-
rans num austerus ille ieiunator in deserto,
vere Dei filius esset, petiit vt miraculum ali-
quod ederet: *si filius Dei es, dic vt lapides isti
panes fiant.* Diceris quidem inquit oppugna-
tor, Messias esse, ac nouus Hebræorum legis-
lator: at ipse mihi persuadere vix possum, ni-
si miracula à te videam patrari, *dic ergo vt la-
pides isti panes fiant:* hinc ostende missionem
tuam. An non meministis legationis illius
quam Ioānes Baptista ad Christum destina-
uit? in qua cum legati à Christo petissent,
Tu es qui venturus es, an alium expectamus?
Tunc Messias es? tunc Filius Dei es? tunc il-
le legislator quē in lege promissum præsto-
lamur? Christus aliud nō respondit, quā quæ
patrabat miracula, dicens: *Ite dicite Ioanni,
cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundan-
tur, mortui resurgunt, & pauperes euangelizan-
tur.* Ac si dicere voluisset: Ite: ne amplius du-
bitetis, miraculis enim me esse demonstro,
cum cæcis visum, claudis gressum, leprosis
sanitatem conferam, mortuos deniq; ad vi-
tam reuocem. Atque hæc missionis meæ sunt
infignia, ac literæ patentes.

Hinc igitur manifestum euadit, eos qui à
Deo sese ad nouum Euangelium prædican-
dum missos gloriantur, litteras extraordi-
nariæ suæ missionis in promptu habere debere,
donum scilicet miraculorum. *Quamobrem
cum.*

*Christus
nouam do-
ctrinam
promulga-
turus mira-
culorum
donum
habuit.*

*Ioan. 10.
Matth. 4.*

Matth. 11.

Lib. de praescript.
Iridet sui temporis haereticos Tertullianus, quod miracula edere non possent.

Erasmus in diatriba sua de lib. arbitri.

Lutheri arrogans respōsum.

cum vos Calvinistae hac de re gloriemini, & huiusmodi vos esse iactiteris: exhibete nobis sigilla vestra, tabellas, paragraphos, ac signa litterarum vestrarum. Hoc ipsum quoque olim à Gnosticis testis ille antiquitatis requirebat Tertullianus, *Pro bent, inquit, se novos Apostolos esse. Volo virtutē eorum proferrī: agnosco vero maximam virtutem eorum, qua Apostolos in perversum emulantur. Illi enim de mortuis suscitabant, isti de vivis mortuos faciunt.* O diuinam & omni laude dignissimam sententiam! iridet ille haereticos ac quodammodo nefaria Caluini miracula praesagit, quibus hominem, quem viuum ad vitam reuocare putabat, mortuum reddidit, vt multi auctoritate graues scriptores, ac cum primis Surius & Boffeus commemorant.

Ipse quoque Des. Erasmus, licet non vsque adeo boni in fide Catholica nominis, Lutheranos semper exagitabat, ac miracula ab iis efflagitabat: atque hoc inter caetera: *Non credebatur Apostolis, nisi miraculis fidem astruxissent: doctrina: nunc quislibet sibi postulat credit quod affirmat, se habere spiritum Euangelicum. Apostoli quoniam excutiebat viperas, sanabant agrotos, excitabat mortuos, ita demum creditum est, & vix creditum est paradoxa docentibus. Nunc cum iuxta communem opinionem adfirant pene praedictorum, nullus adhuc illorum existit, qui vel equum claudum sanare potuerit.* O verba omni praerogatio dignissima? & quam bene haec scripsisti Erasme?

Lutherus porro auerno oriunda pestis, quae totam Germaniam contagio suo infecit, impudenti sane & arroganti respōso hoc à se auertere conabatur: ita namque in comment. in Pl. 44. *Erucauit, scripsit, Obiiciunt, inquit, Papista fidem meam, & doctrinā miraculis non confirmasse. Quibus respondeo, hoc maximū esse miraculū, & maius miraculū vniuersū factū, quod doctrina mea in tam breui tēpore sine ullo miraculo se dilatauerit.* Notate quae perfrictam hominis frontē & supercilium. *tātū hoc namque miraculū habet, quanti lapides deorsum tendere.* aiebat magnus ille Anglię Cancellarius Thomas Mor. ipsa etenim mortuū libertas, ipsa voluptatis concessio, & conuenientia in sceleribus, ipsa coquina ac taberna, homo scelestissime, tātā tibi hominum

multitudinem adiunxerunt, vt mirum non fuerit, doctrinam illam ad vulgi aures & palatum accommodatam, in tantum tantillo tempore inualefcere ac propagari potuisse.

Audite egregium, huiusque rei maxime quadrans Callistę meretricis apophthegma: quę Callista cum Athenis, vbi corpus suum vulgabat, plurimorum adolescentum animos, qui Philosophię operam dabant, voluptatibus inescaret, atque a scholis auerteret, quādā die Socrati iocans dicebat: *Qui fieri dicā doctissime Socrates, vt doctrina & philosophia tua neminē amafiorum ad te queas adducere, quando tot ipsa ludo tuo adolescentes amoribus meis irrecitos, abduco.* Cui Socrates quam promptissime respondit: *Tu ad voluptatis declinā, ego ad virtutis ardua traho:* atque ita nō est mirum plures tibi adhaerescere, teque sequi. Orientis ille Antichristus Mahometus, dicere solebat, Christum quidem miraculis fidem suam confirmasse, armis vero & gladio se suā: se doctrinat vos Lutherę & Caluine merito vos vestra libertate voluptateque astruxisse, dicere poteritis. Potro, haereticis nolite amplius signum sequere, nolite miracula efflagitare: constat quippe vos pseudopphetas esse, ingestos ac quodammodo intrusos lupos, ac ministros Satanae. Missionem enim non ostenditis, auctoritatis datę decretum vobis non est, patientes denique non exhibetis. Quamobrem Catholici hos veluti pestes & orbis perniciem remis velisque fugite, ac furias hasce infernales cauti pertimete.

Tu porro fidei ium omnium caput, Ecclesię princeps, haereticum existit, creator, qui facis mirabilia magna solus, quique miracula in Ecclesia cum necesse, & visum fuerit, operari nō cessas: hodierna, quęso, die ea in peccatorum gratiam declares, *gens praua* namque signū querit. Operare quęso magnū hoc miraculum, iustificationē sc. eorum, peccatis eorū ignosce, vincula quibus captiui detinentur dirumpe, atque peccatis, in quibus veluti sepulti & obruti iacent, educito. Genti a. huic aduiterę, haereticis. sc. ac Nouatoribus aliud signū dare noli, quā vt, o Domine, qui non vis mori peccatoris, ad te conuertantur: aperi igitur & reuela oculos eorum vt errore agnito ad te reuertantur, voluntates eorū immuta, animos

M m 2 per-

peruicaces emolli, ac misericordiam ad te reuerſis exhibe.

Feciſti, ô Domine, tot in Ægypto prodigia, tot miracula ad vnus Pharaonis animû emolliendum feciſti: idipſum quoq; in tot animarum obduratarum ſalutem præſtare: re-duc ad Eccleſiæ tuæ caulam oues errantes, ô paſtor benigniſſime: vt tam ipſi quam nos, ſub eodẽ Deo, ſub eodem Redemptore, eodem paſtore, & in vna eademque Eccleſia viuentes humiles tibi hac in vita gratias, & laudem in altera reddamus. Amen.

FERIA V. POST DOMINICAM I. QUADRAGESIMÆ.

Partitio.

- I. Quanta vis in ſi orationi.
- II. Quæ ſint partes orationis & orantis.
- III. Quæ voces Chananaæ, qua Chriſti.

Domine fili Dauid miſerere mei, filia mea male à damonio vexatur. Matth. 15.

FIGVRA.

2. Reg. 14.

CVM vidua illa Thecuitis vnicum qui ſibi reſtabat filium, quemq; illa ſingulari amore proſequatur, ad mortem poſtulari, ſuppliciiſque iam iam à cognatis ſubiiciendum videret: gemens atque oculos lachrymis ſuffuſa Regi Dauid principi ſuo ad pedes ſupplex prociſit, humiliq; obſecratione ne ſe ſemenq; ſuum deleri & familiæ nomen extingui ſineret, ac filio vitam hanc & communem ſpiritum concederet, poſtulauit. Id ipſum mihi hodierna die videre hic videor Auditores. Ecce enim hic mulierem Chananaeam in ſcenam prodeuntem; quæ cum filiam ſibi chariſſimam, quam illa, vt oculos diligebat, ab æterna iuſtitia ad necem poſtulari videret, vt de ea tartarei illi Carnifices, id eſt, diaboli, ſupplicium miſere eam torquendo, ſumerent, Redemptori Ieſu Chriſto, Domino ſuo naturali ſupplex ad genua aduoluta eſt, & lachrymans ac ſuſpirans filiaſque ſanitatem ſuique conſeruacionem eſſagitauiſt. Inſigne argumentum eſt, Auditores, la-

tius id vobis deducendo explicabo, ſi Virgini prius ſalutationem impetrauerimus: dicamus igitur cuncti.

AVE MARIA.

Sublime illud ingenium Ariſtoteles, & omnis quotquot à duobus aut tribus annorû millibus exſtitere, Philoſophorû turba, nihil adeo in rerum natura, quam occultas illas qualitates in cælis latitantes, quas influxus vocamus, admirati ſunt. Magna quippe eorum vis & potètia: adeo vt omnia, quæ ſupra communem naturæ curſum in elementorum diſpoſitione cõtinentur, eiſdem velut cauſa primariæ, ac ſingulari aſcribi queant & imputari. Si enim ab iis cauſam fluxus & reſfluxus in mari, & quid Euripum recipere faciat, quid metalla ſub terra ſita excoquat, ac ſublimet: quid in oſſibus medulla exſiccet, ac redire cogat: cur magnes ferrum, ac ſuccinû paleas & feſtucas ad ſe trahat, inquiras: nulla alia ratione data, ad influxus cæleſtes & operationes occultas ſtatim deſcendent.

Influxus porro occulti orationis lôge maiores & præſtantes ſunt influxu illo cæleſti, eorum que effecta magis admiranda: vires eorum naturam ſuperant, ac longe ſupereminent. Senſit hoc vt præclare omnia, ſummum illud aureum eloquentiæ Chryſoſtomus, in homiliis in epiſtolâ ad Ephēſios: *Orationis*, inquit, *vi naturam ſuperat*, vires porro eius iam aperiam.

Fuit ipſa Moysiſ & Aaron oratio, quæ terram fecit deliſcere, vt Core, Dathan, & Abiron detoraret. Fuit oratio, quæ mari Rubri ſinum aperuit, ac ſexcenta hominum millia, præter vxores ac pueros ſicco pede traduxit. Fuit trium puerorum oratio, quæ rabiem camini cohibuit, calorem compreſſit, ardorem & flammâ in fornace Babylonica exſtinxit. Fuit Joſue magni illius Iſraelitarum ducis oratio, quæ ſolem ſtare fecit, & ulterius vetuit procedere: atq; Ezechia, vt eiufdem è cõtra vmbra retrocederet. Quid plura? Eliæ oratio omnẽ cæleſtium influxuum curſum impediuit, atq; omnium Planetarum potentiam virtutemq; ad nihilû redegit, adeo vt tribus ipſis annis & medio pluuia in ciuitatem Samariæ non deſcenderet. Oratio ignem cælo fecit.

3 Reg. 18. fecit descendere, & hunc ita vehementem, ut etiam lapides & saxa consumeret. Oratio denique mortuos resuscitavit, farinam multiplicavit, oleum per Prophetarum manus fecit in immensum excrecere.

Anne unquam de huiusmodi influxibus loqui audivistis? O Philosophi? Anne potest corpus, quadraginta dierum spatio, sine cibo, solo naturæ auxilio, integrum permanere? Præstitit id oratio, primo quidem in Moyse super montem Sinai: deinde in Elia, in solitudine Horeb: ac longo deinde post tempore, in desertis Palestinæ locis, in Servatore nostro Christo Iesu. Anne natura efficere potest, ut corpus solidum, ferum quoque & quidquid grave est, super aquas instar pluvie supernatet? Efficit oratio. Video namque Petrum super mare veluti in terra ambulatam, & in aquis non secus ac in pavimento incedentem: *Et descendens Petrus de navicula ambulabat super aquam.* Video ad Hebræi iussa ferri frustum velut leve & plumbeum in flumine natitare. Vere igitur, o admirandam orationis vim! exclamem.

Pisciculus Tradunt naturalium rerum scriptores in mari pisciculum esse, Græcis quidem Echinea, Latinis vero Remoram dictum, cuius hanc esse vim aiunt, ut etiam in medio Oceano plenis expatiantes velis, ac ventis tumentes naues sistat: huic si orationem pisciculi similem dixerit, haud multum mihi erraturus videbor: ipsa namque est pisculus in laethymarum mari natus: Ipsa est Remora, quæ maximas licet naues in mari mundi huius fluctuantes unico momento sistit ac moratur. Euagentur & discurrant maxime tentationum infernalium naues, prout lubitum fuerit, ventorum procellæ, quantum potuerint, insurgant: minimus ille pisciculus oratio, in pietatis vndis euagatus, potest illas sistere, atque tranquillitatem superinducere.

Anne meministis disceptationis illius & disputationis, in docto illo septem Sapientium conuiuio habitæ, inter Philosophos & Reges, ut quid in mundo fortissimum foret, hac ratione inquirerent & intelligerent. In quo cum Æthiopiæ Rex sententiã dixisset ipsam rerum dominam Fortunam omnibus fortitudine antecedere: eius opinione Thales cõ-

futata esse dixit Necessitatẽ, quippe quæ omnia & perfringeret ac domaret. O miseri ethnici! a nondum aliquis vestrum ad veritatem peruenit, vestra mihi venia in hac liceat disputatione descendere, sinite me meum quoque symbolum cõferre, ac libere quid sententiã exponere: nullus adhuc vestrum veritatis scopum tetigit, quare ego pro meo symbolo dico, omnium rerum fortissimã esse orationem. Illa namque dæmones fugat. *Hoc genus demoniorum non vincitur nisi in oratione & ieiunio.* Illa si quidem de Angelis triumphat. Iacob Patriarcha *Gen. 28.* tota nocte cum Angelo luctatus, adeo eum defatigavit, & orando obsecrandoque molestus existit, ut cum benedictione ab illo dimissus sit. Hic Iacob ipsa est oratio, quæ cælo quodammodo importuna exiit, ac precibus veluti fatigat, impetrat quod postulat, victoriamque in hunc consequitur: *regnum quidem caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud,* ante omnia vero ipsæ preces & oratio.

Potens ille Monarcha Assuerus, ceterum ac viginti septem provinciis imperitans, ab India nimirum usque Æthiopiam, in tantum venustate ac pulchritudine humilis Esther captus fuit, ut eius sese meritis submittere, vltro ac sponte ei promiserit quidquid illa deum esset postulatura, *Etiam si dimidiam partem regni petieris, dabitur tibi.* An non tu o Spectator Oratio sa Esther, adeo regi grata existens, præstantiã collata cum & excellentiam orationis declaras? haud dubie oratio est venusta illa regina, tantis meritis gratiisque decorata, ut summus ille ac cælestis Assuerus, verus totius mundi rex, amore eius fuerit irretitus, ut omnia postulata liberrime cõcedat, *Omnia quaecumque orantes petitis, credite accipietis, & fiet vobis.* Quã igitur grata & cara oculis diuinæ maiestatis existis? tu enim es delitiæ Altissimi, cælo gratissima, te nihil in mundo aut fortius reperitur aut validius, tu Deum superas, idque in manu fœminæ, & ipsius quidem peccatricis, imo vero Chananæ. Atque hæc esto concionis nostræ & Evangelii hodierni materia. *Egressus Iesus secessit in partes Tyri, & Sidonia, & ecce Chananæa.* De Chananæa igitur hac, deque eius obsecratione verba faciamus, ac deinde de responso, quod à Domino accepit.

Ac primo quidem, mulier hæc Chananæa

M m 3 dicta

dicta fuit, quod de progenie Cham qui filio-
 rum Noc vnus fuit, vt Lactantius Firmianus
 ait, orta esset, qui cum maledictus à patre fu-
 isset, in eam mundi partem secessit, quæ ho-
 die Arabia nominatur: & eam nomine suo
 Chanaan nūcupauit, è qua fœmina hæc pro-
 genita fuit, vnde Chanaanæa nūcupata est.
 Verum ò anima piæ ac fideles, si ipsam ora-
 tionis tabulam ad viuum colorib. suis depi-
 ctam, ac pulchritudine, feruore, & reliquis
 suis insignib. ac proprietatibus adumbratâ,
 numquã videre vobis contigit: hæc profecto
 mulier eam manu sua delineatam apertissi-
 me demōstrabit. Nihil sane vnquã huiusmo-
 di vidisse memini. Ostēdit illa hęc fidē, qua-
 lem vix quisquam credat, *O mulier magna est
 fides tua.* Patientia & perseverantia incredibi-
 li sese munit, *Ecece clamat post nos,* aiunt Apo-
 stoli: hæc militatē præfē vt admirabilē, cum
 se pauperem catellam vocat: *etiam Domine,*
nam catelli edunt de micis. Atque hinc discas-

Oratio in
 curru qua-
 tuor rotis
 inæcto
 triūphat.
 4. Reg. 2.
 Oratio a-
 nimas in-
 star S. Pau-
 li vsq; ad
 tertiū cœ-
 lum rapit,

Vt Deus
 gratiã no-
 bis offert,
 ita quoq;
 ad eam re-
 cipiendam
 anima præ-
 iada est.

mus oportet, orationem sine fide nullius pen-
 nitus esse momenti, sine humilitate deficere,
 sine perseverantia nihil obtinere. Ita vt currus
 triumphalis orationis, tribus illis insignibus
 rotis feratur, quibus si quartam, nēpe chari-
 tatē, adiunxeris, igneam illum Eliæ currum
 habueris: ille namque igneo curru in cælum
 translatus fuit, quemadmodū sacra scriptura
 eum rem admirabilē & miraculū plenam ob-
 oculos ponit. at oratio rem lōge mirabiliorem
 efficit: quippe quæ curru est, qui quatuor rotis
 fertur, igne charitatis exēstus, & animas, nō
 p aerē, vt currus ille Eliæ verū ad tertiū vsq;
 cælum, vti D. Paulū, transferens. & subleuās.
 Chananaigitur hæc mulier præclaris hęc
 virtutib. decorata, *Egressus de sinibus illis,* ter-
 ram Chanaan, id est, maledictionis, relin-
 quens, in Iudæam venit & Christum Domi-
 num accessit, O felicem accessum, ò fortuna-
 tum aditum! Iesus ille mitissimus accedit, &
 humilis illa Chanaanæa obuiã prociisit. Qui-
 bus in rebus insignia mysteria latitare cre-
 dendum est. Hinc etenim discatis oportet,
 peccatores, quantis spatiis Deus è cœlo cum
 gratis & benedictionibus descendit, iisdem
 vos è terra Chanaan, id est, peccato, mūdum
 relinquēdo egredi, & quando gratiam suam
 præuenientem offert, eidem cum gratia coo-

perante debere obuiam procedere, ita vt
 quemadmodum Deus à parte sua progredi-
 tur, ita vos à vestra similiter progrediamini.
 Quod insignibus vobis allegorib. & simili-
 tudinibus declarabo.

An non meministis eius, quod in Num-
 rorum libro legitur? quomodo scilicet duo
 viri in desertum Sinai venerint, botrum è vi-
 tibus Chanaan humeris suis in vecte portan-
 tes. Qua re edoceris peccator botrum salutis
 tuæ, quam diu in deserto mundi huius erras,
 & habitas, adeo grauem esse, ac tanti ponde-
 ris, vt à duobus ferri eum necesse sit à Deo
 scilicet, hinc tibi bona inspirante, & à te illinc
 gratiæ datæ cooperante.

Christus Dominus onustus ad montem *Matt. 27.*
 Caluarie progrediens, cruci portandæ solus
 sufficiens præ pœnarum dolorumq; acerbi-
 tate, non fuit, opus scilicet erat vt Simon Cyre-
 næus ei succurreret, vnde factū est, vt duo si-
 mul onus hoc portauerint. Quo quid aliud
 declaratum fuit, quam Deum solum saluti
 nostræ nō intendere, verum nostrum quoq;
 esse manum operi ad mouere, ac crucem cum
 eodem ferre, Ipse quidem pro nobis satisfac-
 cit, & pro totius mundi salute in cruce mor-
 tem passus est: hæc eius partes fuere: verū nos
 nobis eius satisfactionem, ac merita passio-
 nis & crucis applicemus, hæc erunt nostræ.

Axioma hoc est Aristotelis, quod huic rei
 opume visum est quadrare, *homo hominem ge-
 nerat & sol,* de iustificatione autē merito di-
 cere poterimus, *Deus & homo saluāt hominē.*
 An non nouum hoc & insolitū videtur ò do-
 cti? Testem huiusce rei habeo *Aug. Quis fecit
 te sine te, non potest saluare te sine te.* Deus in
 molari huius creationis sine illo tuo labore
 aut molestia cōtriuuit, verum nisi tu ipse coo-
 peteris saluare te non valet, esse tibi solus de-
 dit: at salutem solus dare non potest. Egregiū
 porro & illud est, quod Scala Iacob vna ex-
 tremitate tangebatur cælum & altera terram,
 ipsique Angeli eidem innitebantur. Scala iu-
 stificationis extremitate vna quæ Deum gra-
 tia sua præuenientem repræsentat, tangit cæ-
 lū, altera vero terrā, id est, hominē cooperan-
 tem, ac in ea animę discurrūt, atq; instar An-
 gelorum saluātur. An non hæc præclaræ figu-
 ræ sunt; modo veram historiam declaremus.

Et ecce

Et ecce Chanaan agressa de finibus illis. Eisdem quibus Iesus patris est Sidone & Tyro venerat Chanaan a Chanaan, & finibus eius egressa est. O rem notatu dignissimam Mulier hæc, vt Evangelii verba sonant, non modo maledicta hac terra egreditur, verum etiã omnibus finibus eius. *Egressa est de finibus illis.* Neque enim satis est peccatum relinquere, verum ex omnibus quoque eius finibus nos egredi necesse est, cunctasq; peccati occasiones fugere. Non satis est, o matrona, peccata sacerdoti confiteri: nondum finibus eorũ egressa estis. Video quippe adhuc cineres & pulueres in capitibus vestris, non quales in die cinerum pœnitentiæ loco vsurpatis. Video adhuc tinctas illas genas, ac purpurissatam faciem, video ad vos nudo pectore lasciuentes, video etiamnum fastigiata illa crinium paramenta, ac calamistratos capillorũ nodos. Verum omnibus hæc occasionebus egrediendum est, huc vos hodie Chanaan a illa inuitat, atq; hanc in rem nouas adhuc figuras notate.

Præcepit olim filiis Israel sub Pharaonis imperio constitutis Deus, vt cũ tota familia, gregibus omni deniq; substantia Egypto egredierentur. *Cuncti greges pergunt vobiscum, non remanebit ex eis vngula.* Quadrat hoc in vos, o peccatores, qui sub duro infernalis illius Pharaonis imperio & captiuitate detinemin. Egredi vos Egypto vult Deus, peccata sc. ac nullam in eo occasiõem relinquere, quã fortassis iterum ad id vos inuitaret. Loth è Sodoma cum tota sua familia egressus est, nihilq; in ea reliquit, cuius amor eodem illum compelleret. Egredimini igitur vos Lothi, & egredimini peccatores è Sodoma, id est, flagitiis & peccatis vestris, timeate fulmina, credite Angelis, cõfugite ad mõtes pœnitentiæ. verum cum tota familia, auferre omnes prorsus occasiones. quẽ vos, eodẽ vt rediretis, forsitan inuitaret; & eogeret.

Non satis fuit Mosi idolum & vitulũ conflatilem cõminuisse: verum eum totũ in cineres redegit, *arripiensq; vitulum quem fecerant, combussit & contriuit vsq; ad puluerem, quẽ sparsit in aquam ac dedit ex eo potum filiis Israel.* Signum hoc est, Auditores nõ sufficeze idolum peccati discipere ac comminere:

verum penitus id ex animo euellendum, & cineres eius deuorandos, id est occasiones, quib; iterum ad cõmittẽdum incitaremur: cineres quoq; illius degerendos, vt nulla eorum amplius restet memoria. Saul Rex Israel à Deo mandatum acceperat, vt Amalec exstirparet, omnemq; exercitum eius deleteret, quin & ipsa quoq; animalia occideret. *Percute Amalec & de monte vniuersa eius.* Sub obscuris illis inuoluctis latitant eximia res Amalec se id est, peccatum esse percutiendum & simul omnia quã ei adhærent, etiam minimas occasiunculãs euertendas.

En vobis aliam adhuc allegoriam è Leuitico: quando scilicet, victima aliqua in sacrificium pro peccato offerenda erat, mandauerat Deus vt omnia extra castra cremarentur, donec in fauillam redacta essent. lex autem hæc est: *Cremabitur in altari tota nocte: tolletque sa: erit cineres, quos vorans ignis exussit, & ponens iuxta altare auferet eos extra castra, & vsq; ad fauillam consumi faciet.* An nõ hoc ad nostram doctrinam mandauit Deus, vt quando se. sacrificiũ peccati nostri facimus, atq; id immolamus, extra mundũ faciamus, vt omnia igne charitatis & contritionis flamma comburantur, nihil vt remaneat reliquũ, nec subiectum, vel occasio, aut minima tentatiõ in cineres id etiam redigendũ est, nulla vt eius amplius memoria supersit. Anne igitur nobis allegoriam deesse putatis? vnam adhuc addam è Genesi productam: Pia illa matrona Sara, Abrahamo marito suo dicebat, *Eijce ancillam & filium eius.* neq; enim illi factis erat Ismaelem expelli, simul quoq; & matrem eiectionem volebat. O Sara anima inquam pia, non sufficit te Ismaelem illum peccati à te eicere, ipsa quoq; eiusdem mater, id est, occasio, eadem opera eicienda est.

Egrediamur igitur, egrediamur è peccatis hæc nostris, ex hæc occasione sequamur Chanaanã, iam n. in campis est & in itinere cõstitura: ecce eam hic ante Iesum audiamus illam loquentẽ *Domine miserere mei, filia mea male à damonio vexatur.* Domine si vniquam matrem in angustiis positã, aut mulierẽ afflctã videris, ecce eã hic ante pedes prostratam. Vnica mihi est filia, in qua tota mea spes posita est, vnica mea felicitas ac delicia, queque

2. Reg. 15.

Gen. 12.

III.
Chanaanã
oratio ad
Christum.

Figuræ.

Exod. 10.

Gen. 19.

Exod. 31.

que miseram solari senectam poterit, & eam pro dolor demones mirum in modum torquent, ac vehementer atq; inhumaniter discruciant. Scio quoq; te Domine demoribus imperare, eos expellere, & eicere quotiescumque lubuerit: miserere igitur mei & filiarum mearum. Quis hoc te docuit o mulier? quis hac obsecro tibi ratione misericordiam petere suafit? quis te illud *Miserere mei*, quod Dauid rex usurpare solitus erat, edocuit? Non est profecto dubium, quin aliquis tibi antea dixerit, duob. hęc verbis, Dauid regē duorum gravium criminum, adulterii scilicet & homicidii, veniam à Deo Opt. Max. esse consecutum.

Morales
sensus su-
per hac
Chananaea

Quid vero nobis o mulier noua hac facte & vmbis allegoricis, hac tua fide, obsecratione, humilitate, hac tua deniq; importuna perseverantia, designas, nisi statum animae peccatricis? quae quam primum vt à Deo inspirata gratiam eius praeuientem adeptae est: è finibus peccati atq; omnib. peccati occasionib. se debet propere, & instar Moysis, Pharaonis palatium, id est, peccati, cōfestim deferere, & in deserto poenitentiae, in quo Christus reperitur delitescere: atq; ita coram illo, aut eius vicario qui sacerdos est, in genua procidendo, magna contritione, magna fiducia, ac profunda humilitate clamare, *Domine miserere mihi filia mea*, sc. anima male à damonio vexatur, miserum in modū torquetur à demone superbiae, luxuria. Quamobrem *miserere mei*.

Alium praeterea conceptum prioribus nō inferiorem in medium adducam, quem è fronte & oculis Chananae huius eliciui. Sacra Euangelii historia tres praclaras nobis mulieres volut in theatrum producit, omnes poenitentia insignes, atq; omnes à Iesu Christo exauditas. Primam quidē Hæmorrhoeisam, alteram Magdalenam, postremā Chananaeam hanc, cuius hodiernum Euangelium meminit. An non tres hęc mulieres, sub larua quodammodo latitantes, tres virtutes Theologicae esse videbuntur? An non enim Hæmorrhoeisa illa, cui satis erat vel simbriam vestimenti Christi contingere, fides sit, cui solis oculis species sacramentales quae instar simbriarum ipsius Eucharistiae sunt, contingere sufficit? Chananaea vero nostra patiens

Insignis
cōceptus
Chananae
Magdale-
nae, & Hæ-
morrhoei-
sae signifi-
cant tres
virtutes
Theologi-
cas.
Mar. 9.
Iob 12.
Mar. 14.
Luc. 7.

& perseverans, an non spes est? Quin autem Maria Magdalena ipsa sit charitas, nemo est, qui ambigit, cum nimirum illa sit, quae dilexit multum & quae amoris & charitatis flammis succensa aestuauit.

Multo autem melius tres illae poenitentes ^{Luc. 7.} foeminae tres poenitentiae partes, & membra significare videntur: vt scilicet Hæmorrhoeisa, quae tanto dolore intus afficiebatur & amaritudine, quaeque non nisi intra se loquebatur, Contritionem certissime designet, quae se, dolore peccati in animo concepto, mirum in modum affligit, peccatum ipsum summopere detestans: Contritio enim est dolor internus de peccato. Nostra vero Chananaea, quae hic eiulat, lamentatur, & amaritudinem animi exterius declarat, vere confessio dici poterit, quae suspiriis, lachrymis & summa displicentia peccata confitetur. Magdalena autem, quae plorat, aromata secum portat, crines euellit, quaeque oculos lacrymando fatigat, an non satisfactionis typum gerere videatur? Ignosces porro nobis o Chananaea, cum tot tamque diuersas noua hac tua & insolita facie mulieres designamus: tu quoque Domine, vt ad alterum membrum veniamus, humili orationi annue, ac miseræ huius ac dolentis matris miserere.

O rem insolitam! o tristem & acerbum casum! Dominus mulieri huic non loquitur, Apostolus aut ne minimum responsionis dat signū, non obsecrat ^{Chananaea} ^{Apostolus} ^{obsecrat} *respondit illi verbum*. Non ideo tamē illa animum despondet, quarit & parat amicos qui eius causam agant, eiusque patrocinium suscipiant. Accedit Apostolos, obsecrat, vt pro se orent, ac partes suas agant: qui eius casu ad misericordiam commoti, lacrymis eius inflexi ac precibus victi, Domino Iesu Christo causam eius commendant dicentes, *Dimitte eam quia clamat post nos*. Anne miseræ huius mulieris postulatū intuerere lachrymas, miserere, dolorum acerbiorumque eius, clamores eius exaudi: aures enim nobis clamando obtundit, & fatigat, eius igitur miserere. Si vero mihi tempus esset, o Hæretici, vos ego hic penitus, si de inuocatione Sanctorum loqui inciperem, confutarem ac prosternerem: at hoc solum in animo condite, quomodo hic Chananaea Apostolos accedat, qui Christo eius causa supplicent. ^{Domi-}

Dominus itaq; Apoftolorum interceffione victus tandem refpondit: verum non vſque adeo in cauſa patrociniū, ſed ſatis aſpere: *Non ſum miſſus niſi ad oues qua perierunt domus Iſrael*, non vero ad Chanaanæ: neque enim par eſt, externos domeſticis, & familiaribus, barbaros Iudæis, & Gentiles fidelibus antepone. Chanaanæ tamen, licet adeo grati reſponſo accepto, animū non deſpondet, aut ab obſecrādo deſiſtit: verum preces precibus ſuperaddens ac importunius quam prius rogans, ait, *Domine adiuua me*, quid quid lubuerit dicito, Iudææ tuæ quantum volueris patrocinare: me tamen adiuues neceſſe eſt, ac miſeræ Chanaanæ miſerearis.

Chananeꝝ oratio.

Adiuua me. Non prius te deſeram quam me adiuues: pedibus tuis aduoluta emoriar, niſi filiam ſanaueris. Ah Domine, quid dicerent magnæ illę vrbes Tyrus & Sidon, quid dicerent Babylonii, & Philiſthæi, quid omnes externa nationes dicerent: ſi ſis quem omnes vbiq; ſeruatore mudi, & credunt & predicāt, quiq; ſe ad peccatores ſaluandos in hęc mundū veniſſe gloriatur, ſcōminæ vnus miſeræ & afflicta, ſcōminę inquam peccatricis, preces à ſe reiiceret? Quid deniq; de me dicerent in terra Chanaan, quid in vniuerſo orbe, ſi te, qui Hæmorrhoiſam curaſti, qui Mariam Magdaleam ad gratiam reduxiſti, ac Samaritanæ poſtulata conceſſiſti, vnā Chanaanem reiicere, & exaudire nolle contingat: At *Dominus* iterum hiſce auditis non minus rigide, quam antea reſpondit: *Non eſt bonum ſumere panem filiorum Iſr. dare canibus: quare longioribus me nolifatigare precibus: nihil namq; à me impetrabis.* Quid enim dicerent Iſraelitæ, ſi panem gratiæ, iis merito debitum Iudææ auferrem, vt Chananeꝝ, qui beſtiarū loco habendi ſunt, ac canum more, Deo vero neglecto, & idolis ſeruientes, viuunt, eundem porrigā? *Quam obrem recede nec me importunis tuis precibus ac moleſtis poſtulationibus amplius diuexa.*

Perſeuerantia oratione neceſſaria.

Etiā Domine. Eia age, Chanaanæ, vrge, inſta, Meſſiam ſollicita, eumque obſecrare ac deſiſtas: obtinebis tandem, quod poſtulas: nam *regnum cælorum vim patitur*, non vim armorum modo aut laborum, verum etiam precum. Hinc porro diſcant, qui ſæpius Do-

Tom. i. Beſſai Quadrageſimæ.

minum pro aliqua re impetranda obſecrant, vt in oratione perſeuerent: cum externa illa iam tertio repulſam paſſa, nec tum demum deſiſtens: tandem exaudita fuit.

Verum diſquiramus, Auditores, quibus potiffimum de cauſis, Deus, qui nullum orātem à ſe reiicit, toties hanc mulierem repulerit. Primum quidem, vt matrem puniret, cuius culpa factum erat, vt filia à dæmonio torqueretur: quod à matribus notarum oportuit. Deinde vero, quod Chanaanæ eſſet, hoc eſt, è maledicta illa Cham progenie orta: quo oſtenderet, non ſe hæreticorum aut infidelium preces exaudire quam magnam animi contritionem & amaritudinem oſtenderint, & è terra Chanaan egreſſi fuerint: paucis niſi hæreſim abiurauerint, ac repudiarint. Tertia vero eaque potiffima cauſa eſt, vt hinc diſceremus, preces in ſtatu peccati factas nullius proſus momenti eſſe. Ita namque id docuit cæcus ille in Euangelio: *Peccatores*, inquit, *non exaudit Deus.* Qui locus ſane difficilis ac ſalebroſus eſt, cuius ſexcentas interpretaciones & explanaciones video. Cæco enim huic Iudęi obiiciebant, quod Ieſus à quo viſum miraculo recepiſſet, peccator eſſet. quibus ille hoc minime fieri poſſe ait, eum Deus eum exaudierit, qui tam peccatores exaudire non conſueuit.

Quare Chanaanæ toties repulſam paſſa ſit.

Ioan. 9.

Luc. 2. 4. Reg. 10.

Quid ais cæce, vere hic cæcutis: nō videre mihi ſublimem hic agere Theologū. An non enim Publicanus qui & ipſe peccator erat, à Deo exauditus fuit? An non Ezechias rex, licet etiam grauitè diuinam maiestatem offendiſſet, petita à Deo impetrauit. Quid igitur ais? peccatores ad deſperationem cogis. S. Auguſt. hunc locum explanans ait, cæcum hoc in loco, vt tironem in fide ex proprio magis iudicio quam veritatis arbitrio eſſe locutum. Cyrillus vero dicit Deum quidem peccatores non exaudire, prout peccatores ſunt; alij peccatores induratos & pertinaces à Deo non admitti; quidam etiam melius, non exaudiri illos quantum ad gloriæ meritum & ſatisfactionem ſpectat: equidem, vt ex hiſce ſalebris ſemel egrediar, crediderim, Deum peccatores non tam facile quam iuſtos, niſi prius aliquam difficultatem ſenſerint, & importunitatem magnamque perſe-

Na

ueran-

uerantiam declarauerint, exaudire. Quod uiuo hic exemplo in Euangelio discimus. Videas hic namq; peccatricem, magno labore post tertiam repulsam exauditam, suaque perseverantia & nimia importunitate quod petebat, obtinentem.

Exaudit, exaudit sine dubio tandem peccatores Deus, si modo supplex & humilis sis, in postulando perseueres, ac cōfidenter dicas: *Etiā Domine, nam & catelli edunt de micā*: quod Theophylactus, qui late excurrens hic luxuriatur, ita explicat: quamuis canis sim & indigna. Verissimum est Domine, catellam me esse fateor, foraminam miseram, desertam & afflictam: at nō panem filiorum te rogo: neq; enim adeo impudens, effrons aut adeo male sum edocta. Scio, Iudæos esse filios tibi charissimos, atq; eorum te potissimum causā in mundum venisse: non quæro signa & prodigia, qualia olim in Ægypto operatus es, aut in mari Rubro, aut in deserto. Non postulo pluuiam illam cœlestem mannae, non aquas ē petra promanantes, sunt illa namq; panis Israelitarum: verum exiguam quandam micam ex omnipotente tua mensa decidentē, sanitatem, s. filia mea quæ à dēmonio cruciatur, supplex obtestor. hæc enim nō nisi mica quædam est, si cum magnis illis miraculis, quæ ipse olim edidisti comparetur. O fidem admirabilem, o humilitatem imitandam, o perseverantiam omnib. sæculis deprecandam! *O mulier magna est fides tua*: iam te amplius reiicere non possum, tua me euicit patientia & pertinacia: quodcunq; postulaueris, libens concedo: *fiat tibi sicut uis*. Postulata tua concessa sunt, preces exaudita, filia sanitati restituta.

O dulcissime Iesu vnice. Secuator orbis, misericordiae ac bonitatis fons exuberantissime, qui perseverantiam amas, qui precib. importunè quodā modo sollicitari vis: Deus qui initio quidē austerus & rigidus, ac peccatores longè à te repellere uideris: uerum tandē in gratiam recipis, ac benigne exaudis. Ecce tibi hic aliam quādam Chananaā, animam nempe meam, afflictam, & deiectā, quæ tuis sese pedib. prouoluens misericordiā implorat, *Miserere mei, filia mea malè à dēmonio uexatur*. Benignissime Deus mihi succur-

Theoph. in
6.13.
Matt.

re filia mea, anima nimirum mea torquetur, diuexatur non à dēmonio, sed à dēmoniis sexcentis, innumeris scilicet peccatis, auaritia, gula, & luxuria. Heu quam terribiles dēmones! quam grauiā peccata! quantaq; in animam crudelitare defæuiunt. Ad sis igitur creator eiusdem, Deus ac Redemptor, sana eam: quam gratiam si à te impetrauerit Domine, erit cur misericordiam in hoc mundo, ac gloriam in altero deprecet ac mereatur. Amen.

FERIA VI. POST DOMIN. I.
QUADRAGESIMA.

Partitio.

- I. *Paranesis de misericordia Dei.*
- II. *De Probatica piscina.*
- III. *De porticibus quinque paucis.*
- IV. *De ipso paralytico.*

Est autem Ierosolymis Probatica piscina.
Ioan. 5.

FIGURA.

RES plane admirabilis comunem naturæ ordinem excedens fuit, Naamaanē illum Syrum lepra infectū, Iordani sese immergentem, mundatum & adeo integrum exire, nihil ut caro eius à carne pueri paruuli discreparet. At multo maius miraculū est, hodierna die paralyticum, qui sese loco mouere nō poterat, imo triginta iam annorum spatio ea iam ægritudine laborauerat, piscinam Probaticam ingressum, mox sanum & integrum, omnibusq; membris confirmatis exeuntem intueri. Illud quidem Elizabethus Propheta in media Iudæa, hoc uero Iesus Christus Prophetarum Princeps in medio Ierusalem operatus est. Ut porro uobis omnia quæ ad luculentum hoc miraculum spectare uidentur: digne & pro rei pondere explicemus: Spiritus sancti opem, ut ille intellectum illuminet, uirginem Mariam ad hoc potissimum, uelut patronam & aduocatam adhibendo, recitantes *A V E M A R I A*, inuocemus.

Magnus ille Prophetarū Rex ac Regum Propheta Dauid, apposite sane ac multis de causis misericordiae Domini, ueluti amplissimam

4 Reg.

I.

Psalm.

fenam laudum eius materiam, ac cithara sua dignum carmen, ad celebrandum delegit.

Psal. 12. *Misericordias Domini in aeternum cantabo.* Inter omnes namq; diuinæ maiestatis proprietates & attributa, ipsa primas fert misericordia. quippe quæ totum terrarum orbem impleat: *Misericordia Domini plena est terra.* Quid ais David? Solam terram misericordiae limitem constituitis? latius, mihi crede, sese extendit.

Vna namq; extremitate ad inferos vsq; pertingit, altera vero caelum ferit. Et profecto ita se res habet: dicat damnari apud inferos quodcumque lubuerit, misericordiam tamen Domini agnoscat necesse est. Peccata enim eorum citra condignum puniuntur, neque tantis suppliciis castigantur, quantis ipsa reuera castigari commeterant. & ipsæ sanctorum animæ, felices illæ ac ter beatæ animæ, supra meritum, laborum & ærumnarum suarum præmia recipiunt.

At nos mortales, qui hac in valle lachrymarum peregrinamur, plus tibi ô sancta, diuina, & æterna Misericordia, quam diuinæ omnipotentiae debemus ab ea enim esse nostrum per creationem habemus, at tibi quod conseruati sumus, adscribere necesse est: quod mille in se creationis genera complectitur, ac toties renouatur, quor momenta vita hæc nostra habet. Conseruatio enim est continuata productio. Itaque, Auditores, ipsa nos misericordia conseruat: ipsa est quæ nos redemit, ipsa eadem, quæ nos iustificat, ipsa deniq; misericordia est, quæ infinitam illam Dei maiestatem è cælo coegit descendere, vt nobis medicus existeret, ac debilitates & paralytim nostram persanaret. Pergit igitur Propheta, misericordias Domini deprecadare, ac numquam desiste: *Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine:* ante omnia vero misericordiam, quæ te in terram atraxit, ac nostratem esse coegit.

Psal. 109. *Tob. 4. & seq.* *Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine:* ante omnia vero misericordiam, quæ te in terram atraxit, ac nostratem esse coegit. Magnum sane & clarum diuini erga Tobiam favoris fuit indicium, cum ad eum vnũ è septem illis Angelis, qui semper ante diuinæ illius maiestatis oculos consistunt destinavit: qui eum à morbo liberaret, lumen ei oculorum redderet, dæmonem effugaret, filioque eius de cõiuge prouideret. Quod ipse quidem Tobias tanti æstimauit, vt dimidiã

bonorum partem in beneficiorum remunerationem ipsi obrulerit: at vbi cognouit, vnũ esse de septem illis spiritibus, qui semper in conspectu diuinæ maiestatis apparent, pauore & timore consternatus vna cum filio, *caecidit super terram in faciem suam.* At multo maior amor est, & longe excellentius misericordiae genus, non amplius Angelum, at Dei verbum, imo vero Dei filium, à Patre hunc in mundum destinatum contemplari, vt morbos nostros curaret, dæmones expelleret, nosque ipsos æternæ iustitiæ, per conubium illud, quod in incarnatione eius innotuit, reconciliaret.

Amor & misericordia qua Deus erga regem Ezechiam vsus est, pene incredibilis videri queat, cū scilicet ei in lecto decubentis, desperata iam valetudine, & iamiam è corpore migraturo, Isaiam Prophetã mittit, qui illum ab ægitudine liberaret, vitæq; quindecim annos adiungeret, in cuius rei signum *reduxit umbram per lineas, quibus iam descenderat in horologio Acha, retrorsum decem gradibus.* Verum amor & misericordia quam idẽ Deus in hominum genus declarauit, longe præstantior est ac multo maior: Neque enim ad vos Prophetã destinavit, at vnã de gloriosissimæ Trinitatis personis. Nam cum æger ille Ezechias, genus, inquam, humanum, vsq; ad mortem decumberet, omni spe destitutum, à suis derelictum, damnationeque æterna iamiam castigandum, Deus ipse cælo descendit, sanitatem eidem affert, vitam producit, eidemq; non quindecim annorum spatium, sed æternitatis infinitæ adiungit: hoc exprimi verbis nequit, & infinitæ misericordie est. Tum scilicet Auditores, tum, inquam, in clarũ recuperatæ valetudinis signũ, summus ille mudi sol, Verbum illud diuinũ, decem gradib. retrocessit, nouem Angelorũ ordinib. sese submittes, & humana sese carne induens. Longius verò adhuc retrocessit, cū vsq; ad crucem & mortem, ac deniq; ad terræ centrũ descendit. Atq; vt huiusce rei signũ, argumentũ, & euidentissimæ illius misericordie testimoniũ perspiciatis: Euangelium hodiernũ accedite, in quo eum hodie ad piscinam, inter tot debiles & ægtos constitutũ, in medio ciuitatis Ierosolymitanæ, para-

Tob. 12.

Dei amor erga regẽ Ezechia.

4 Reg. 20. *Isai. 38.*

Mirus Dei amor erga hominos.

lyticum sanitati restituentem videbitis. Est autem Ierolymis Probativa piscina, &c. Prius de piscina vnum atque alterum verbum loquamur, ac deinde de paralytica verba faciemus.

II. Piscina Probativae descriptio.

Quod ad primum spectat, erat in magna illius Ierolymitanæ civitatis medio stagnum, quod in Evangelio piscina appellatur, in quod oves quæ Deo in sacrificium offerendæ erant, immergebantur: atque ideo Græcè Πρωβατική nuncupata, quasi piscina ovium. Ambiebant hanc quinque porticus & atria, in quibus omnia languidorum genera, cæci, claudi, paralytici, & phthifici, aquæ motum præstolantes iacebant, Angelus quippe Dei è cælo stans quibusdam horis, aquam turbaturus descendebat, post quem motum qui primus in piscinam descendisset, ab omni infirmitate morboq; liberabatur.

O sacra & vere prodigiola piscina, quid nobis denotas? Eris forsitan figura Sacramenti Baptismi, in cuius vndas animæ paralytica, peccato originis nimirum infectæ, si coniciantur, confestim ab omni morbo liberæ, ab omnibus inquinamentis emundatæ & ab omnibus pœnis solutæ sunt.

Piscina figura est pœnitentiæ.

Bene quidem: at multo mihi melius per vndas hæc & motum Piscinæ ipsum Pœnitentiæ Sacramentum allegorice designari videtur: quod nimirum piscina est, quæ non ab Angelo, verum ab ipso Christo Iesu, qui Angelus Testamenti à Prophetis appellatus est, movetur: in quam si paralyticus peccator se coniciat, ab omnibus quamprimum vitiis flagitiisque emundatur. Quod Prophetæ David innuit, dum ait: *Lavabis me, & super nivem dealbaber*; ac si diceret: Totus paralytici discretior, lepra corpus vndiq; meum scæter; at permitte me vellemel piscinæ pœnitentiæ corpus & peccata immergere, instar nivis albicans egrediar.

Malach. 3.

Psal. 50.

O sacrum & vere divinum stagnum, salutares vndas pœnitentiæ, & vere admirabiles! estis scilicet illæ aquæ, super quas Spiritus sanctus in ipso mundi primordio ferebatur, Spiritus Domini ferebatur super aquas. Estis diluivium hoc gratiarum, cui Arca Noë, id est, Ecclesia, innatat, ac mundi reliquias morti eripit. Vos estis sacra illæ & benignif-

Gen. 2.
Gen. 8.
Job. 19.

simæ aquæ è latere ac membris Iesu Christi profuentes. Vos estis aquæ illæ Rubri maris, Exod. 14. quæ Israëlitas sospites & sicco pede traducitis, & Ægyptios cum omnibus copiis involuitis. Vos denique illæ estis aquæ, de quibus Psalmista loquitur: *Conquassavit capita draconum in aquis*; peccata scilicet horrenda & enormia.

O millies admirandam piscinam! tu scilicet Pœnitentiæ es Euripus ille, sinus maris inter Bœotiâ trianstræ & Eubœam, qui, Mela referente, septies de Euripi die reciproco fluxu ascendit & descendit: tu est, nempe septies fluis & refluis! fluis per septem Spiritus sancti dona, quæ tecum trahis, ac per septem capitalia peccata, quæ à te fugas, defluis. Auctorem huiusc rei ac testem habeo Davidem vatem, vix enim ille Euripum hunc pœnitentiæ intraverat, quin statim septem fluxibus fluere incipiat: *Septies in die* Psal. 138. *laudem dixi tibi.*

Atque ita se reuera res habet: postquam enim omnium fontium, rivorum, fluviorum, amnium ac marium vires, prodigia & miracula indagavero; omnia in vna hac pœnitentiæ piscina video comprehensa, ipsa enim eminenter & formaliter in se continet, quidquid reliquæ aquæ singulare habent, atque omnes aliarum vadarum vires, & prodigia in se vna comprehendit.

Refert Augustinus in Aloania, olim Episcopus dicta, fontem esse, qui singulari quadam & occulta vi faces immerfas & extinctas accendat, & è contrario extinguat accensas. Id ipsum in piscina nostra pœnitentiæ reperitur, in ea namque faces peccatorum extinguntur, & virtutum accenduntur. Præterea an non hæc sunt aquæ, quæ operibus mortuis vitam reddunt, virtutes reuocant, & animas à morte exsuscitant? Plineius in eandem rem ait in Sclavonia fontem reperiri, qui pannum & lini frusta, & quidquid in eum conicitur, comburat. Piscina quoque pœnitentiæ fons est charitate ardens, qui festucas ac frustilla concupiscentiæ & pravorum affectuum comburat; & quidquid illi iniectum est, consumat & in cineres redigat. Vnde Cyprianus: *Pœnitentiæ reseruit avaritiam, horret luxuriam, fugat superbi-* Cyprian. de pœnitentiæ. *ritatem, format amorem, calcat superbiam, con-*

timet linguam, componit mores, odit malitiam, excludit inuidiam, deniq; omnia in flammam & cineres redigit.

Amnis Lyncestius in Macedonia acriculus est,

Plin. lib. 3. *Quem quicumque parum moderato gusture traxit,*

Haud aliter tiubat, quam si mera uina bibisset.

Eiusdem saporis sunt aquæ illæ piscinæ pœnitentialis, atque eiusdem plane naturæ, a credinem quidem nonnullam habent, animas tamen amore Dei inebriant. Audiamus quid hic D. Gregorius dicat: *Et in dementia ergo culpa non secuta quiete foueat, sed saluens amaritudo pœnitentiæ irrumpat.* Id ipsum & D. Augustinus: *Pœnitens, inquit, semper doleat, semper coram Domino ante quem peccauit, erubescat, & dolorem cum uita finiat.*

Moral. lib. 4. cap. 22. *Quin etiam in Bœotia haud procul à fluuio Orichomeno duos fontes reperiri aiunt, eodem tempore & tenore fluentes, at non eiusdem naturæ, vnus quippe eorum memoriæ prodest, & eam conseruat, alter uero obest, & eam destruit. Non est autem necesse, ô curiosi rerum indagatores, huius rei uidentæ & experiendæ ergo longinquas regiones percurrere, id ipsum enim in aquis pœnitentiæ fieri conspiciamus: excitat enim illa præteritorum criminum memoriam, quod illa cognoscamus, cognita oderimus, exosa fugiamus, ac eadem fugiendo bonis & sanctis operibus nos demus. Audi regium illum Vatem aquis hinc gustatis dicentem: *Reco-**

Libr. de pœn. *gita-*

Fons memoriæ fouens, & alter memoriæ noxius.

Psal. 38. *Reco-*
gita-
bo tibi omnes annos meos in amaritudine anima mea. O iuendam & gratam omnium annorum, omnium mensium, & omnium uitæ horarum memoriam. Eadem quoque opera huius mundi, & omnium voluptatum, inaniumque corporis huius deliciarum memoriam exiit, ante omnia uero præteritarum iniuriarum ab aliis acceptarum obliuionem inducit.

Zuc. 24. *Præclarum huiusce rei exemplum in Eu-*
angelio legimus. Christus Dominus ipso re-
surrectionis die cum à duobus illis uitori-
bus, qui in Emmaus tendebant; interrogare-
ret, num sciret, quid paucis ante diebus Ie-
rosolymis, in monte Caluanæ, in arbore cru-

cis contigisset; aqua hac inebriatus, rerumque præteritarum memoriam quodammodo exuens, ac tormentorum suppliciorumque oblitus, dixit: *Qua,* quasi diceret. *Quid accidit: quid factum est Ierosolymis? O benignissime ac clementissime Iesu, an non amplius flagellorum, spinarum, clauorū, crucis, passionis denique tuæ meministi? itane omnium cruciatuum tuorum memoriam exuisti? tantum scilicet aquæ huius bibisti, ut omnium horum oblitus sis.*

Est præterea in Sicilia fluuius, qui semel Fluuius potus mentem & ingenium acuit; qui proinde *uobis* appellatur. Eiusdem plane efficaciam sunt aquæ pœnitentiæ; semel enim gustatæ *intellectum dant paruulo,* & ingenium exacuant, ut omnia statim peccata cognoscamus, & cognita fugiamus.

Est insuper in Phrygia duos fontes; testatur Plinius, quorum primus lacrymas bibenti excutiat, cui inde nomen *χλαυρ*; alter uero risum, qui nomen hinc inuenit *χαλαρ*. Quam apte uero hoc Piscinæ nostræ quadrat? modo enim iustos in afflictionibus gaudentes efficit; cuius rei testes habeo Apostolos, qui aqua huius fontis potati, *ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam Actor 3. digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Modo uero peccatoribus lacrymas excutit: restantur id Petri, Magdalenæ, testatur id Dauid: *vates ac Rex: fuerunt mihi Psal. 41. lacryma mea panes die ac nocte. & item alibi: Psal. 6. Lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meū stratum meum rigabo.* Vnum atque alterum peccatum, ô Rex; tot lacrymis eluis? ego uero qui tot peccatorum commisi millia, imò infinita, ne lacrymulam quidem valeo elicere. Ad has igitur aquas propera, has bibe, his inebria te ô anima, ut peccata deplorare queas, & lacrymarum imbres profundere.

In Athiopia fons esse traditur rubicundus, qui uel gustatus gustu hominem prius saporem uat. vere prodigiola pœnitentiæ, id ipsum & gustum merito de te dicere poterò: qui te enim gustant, omnem mundi mundanarumque rerum sensum amittunt; celestium è contrarium gustum adipiscuntur, ac diuina sapere incipiunt.

Fons qui
dentes
excudit.

1 Grad. 19.

Aquæ li-
gnum in
lapides
commu-
tantes.

Plin. lib. 2.
cap. 103.

Tu enim es quæ eos inebrians dicit: *Qua su-
per caelos sunt, sapite, non qua super terram.*

In Germania, haud procul à Frisia fontem
esse ferunt, cuius latex epotus dentes omnes
excudiat. experimento id didicere Cæsaris
Germanici legiones, quæ his gustatis aquis
omnes penitus dentes amisere. Eadem prorsus
vis & efficacia in nostra est pœnitentia:
quamprimum enim liuidos detractionis &
inuidiæ dentes aufert; unde Climacus, *Vera
germanaq; pœnitentia certum argumentum est,
obliuio iniuriarum.*

Tradunt adhæc naturalium rerum aucto-
res, atq; ita se res habet, aquas reperiri, quæ
ligna in lapides commutent; & quod magis
adhuc mirare, oliuas atque alias arbores vi-
rentes, quamprimum & in rubrum mare cõ-
iiciuntur, lapidescere. Rubrum hoc mare ip-
sa est pœnitentia, sanguine & meritis Chri-
sti Iesu rubescens, quæ virides illas arbores,
animas scilicet molles ac delicatas, virore
mundano nitentes, in lapides ac saxa forti-
tudinis ac constantiæ conuertit.

Quid amplius? Gallia hæc nostra Rhoda-
num flumen habet, cuius tantus impetus,
tanta vis, ac violentia esse perhibetur, vt la-
cum Lemannum transiens, nusquam cum
eius aquis, vt Plinius ac deinde Strabo, ob-
seruauerunt, commisceatur. Est quoque in A-
merica fluuius, *Rio de la plata*, id est, fluuius
argenteus, nuncupatus, cuius tanta vis est,
& impetus, vt ad quadraginta leucas, mari
licet immistus, cursum suum & saporem, in
medio saluginis retineat. At multo adhuc
violentior, mihi credite Naturæ scriptores,
ipsa est pœnitentia; illa enim animas defert,
& in mundo viuere & fluere facit, instar ta-
men Rhodani ac fluuij argentei, nihil vt in
medijs vanitatibus mundi; delitijs eis con-
ragionis mundanæ adhærescat, aur gratiæ
dulcorem vlla ex parte amittant.

Non est igitur, ô fontes, flumina, & ma-
ria, vestra vt prodigia amplius commemo-
retis; cedite, cedite aquis piscinæ nostræ pro-
batæ, quæ omnes languores & omnia mor-
borum genera persanant. Ecce hic ingentem
languidorum multitudinem ecce claudos,
cæcos, paralyticos, quos in pristinam illâ sa-
nitatem restituent, & quibus solitas vires

& sensus reddent. Videte hic miserum para-
lyticum, iam à triginta annis paralyti excru-
ciatum, quem illæ in pedes restituent, & in-
star cæcerorum hominum ambulare facient.
Nihil vnquam vos simile quotquot estis
fontes, præstitistis. Vos vero Catholicæ mu-
lieres, mulieres inquam honestæ & mode-
stæ, hanc piscinam suspicite, ad hanc acce-
dite, in hac vos abluite; hic est quippe hysso-
pus illa, qua Dauid ad peccati sui maculas
eluidas aspergi à Deo petebat, *Asperges me* psal. 51.
Domine hyssope & mundabor. O vere miran-
da hyssope, quot mihi conceptus insinuas.
Est namque hyssope, exigua quædam her-
ba, morbis sanandis accommoda, pulmoni-
bus purgandis vtilis, in petris & rupibus lo-
cisque lapidosis excrefcens. Pœnitentia vero
longe excellentius est medicamentum, plan-
ta est, quæ inter lapides & loca confragosa,
inter rigores scilicet & austeritates surgit,
animabus mundandis, omnibusque peccati
maculis eluidendis peropportuna. audite vero
quid de hac expertus dicat: *Asperges me Do-
mine hyssope, & mundabor.*

Quin etiam planta hæc longe excellen-
tiores fructus profert, ac præstantiores in-
uentiones producit. In lege namque veteri
decretum erat, vt hyssope in sanguine passeri
immolati intincta leprosus sepius, ita
mundandus, adaspergeretur. An non hysso-
pus illa sanguine parua huius auiculæ tincta
ipsa est pœnitentia, innocuo Christi Iesu,
aui inquam pro totius mundi salute obla-
tæ, sanguine irrigata? an non leprosus hic
peccatorem significat? intinctio illa sepius
iterata, an non denotat septem mortalium
peccatorum abluionem?

Vtcrius. In eodem libro, iubetur sangui-
ne vituli sepius sacerdos altare aspergendo
illud ab immunditijs & sordibus purgare.
Altare hoc cor nostrum est, altare inquam,
in quo Deo laudes offerimus, per aspersio-
nem illam septenam, septem mortiferorum
criminum effugatio, à quibus anima per
pœnitentiam abluirur & mundatur, intelli-
genda est.

Ad vos postliminio, diutius euagatus, re-
uertor ô mulieres? hic siquidem esse assero
salutaria illa balnea & sancta lauacra, in qui-
bus

bus easte sese Susanna abluunt: in quibus victima Deo in sacrificium oblata lauantur. Ingreddimini igitur, abluite vos, angelus enim iam e caelo descendit, & aquam commouit. In ijs omnes superbiae sordes abluite, in ijs omnes voluptates, ornatumque superfluum deponite.

Vos quoque viri, intuemini hic diuina illa lauacra, sacros illos aquae ductus, aut potius sanguinis ductus passionis Christi, qui lepra mundant, a auaritia eluunt, incestum tollunt. Ecce hic o principes, locum, in quo Naaman Syrus a lepra mundatus fuit. Ecce hic, o Reges, locum, in quo Magnus ille Constantinus sanatus est. Ingreddimini omnes in piscinam hanc poenitentiae; vos infideles, qui in tenebris infidelitatis instar caecorum erratis; vos haeretici, qui in vtramque partem claudicatis; vos peccatores, quos paralytis per omnia membra diuexat. Omnia namque ipsa curat poenitentia, & peccata quae per ignorantiam commissa sunt, hoc est caecos; & quae per fragilitatem, id est, claudos, & quae per peruersam & meram malitiam, id est, paralyticos.

Crediderim mecum omnes rem sane admirandam notare. Contemplari hic licet infinitos aegros, magnam languidorum copiam, ac tantam eorum diuersitatem: & interea vnum tantum paralyticum sanitati restitui. An non hic vere Christi sententiam adimpleri dicendum est, *Multi sunt vocati, pauci vero electi*? Proponite vobis quoque ob oculos tot hominum millia, quae tempore diluuij super faciem terrae dispersa erant, ex quorum numero octo tantum animae ab aquis diluuij immunes fuere. Recordemini ad haec e sexcentis hominum millibus arma ferre valentium, qui Aegypto egressi fuerunt, solum duos terram promissionis ingressos fuisse. Aduertitisne etiam circum piscinam hanc quinque porticus, quinque peristilia, ac veluti ambulacra fuisse languidis referta? Verum quid haec omnia declarant?

III. Quinque porticus, an non quinque sensus corporis, visum, auditum, odoratum, gustum, & tactum significant? Omnes hi lan-

guent, & infirmi sunt. Plurimos enim impudicos aspectus, & lasciuos intuitus, qui vt corporis venenum oculis hauriuntur; visus hic continent, tot inhonestas verba, tot libidinosas carmina auditus hic audit, vt vix fieri queat, quin debilitetur. quot vero odoratus exoticos odores, quot mollia & pretiosa suffimenta, quos non crocos, quas non Arabum lacrimas; aut balsami guttas trahit, ac spirat sub gustu vero, quanam deliciae, quinam sapores continentur? Tactus autem quanam turpitudines, quas impudicitias, quas sordes & inhonestates non subit? An non igitur sensus nostri porticus sunt, diuersis languidorum generibus referta?

Sublimius adhuc res haec deducenda est. Non ignoratis, o Philosophi, quinque animum nostrum habitibus constare, artis scilicet, prudentiae, scientiae, sapientiae & intelligentiae ad quos omnia nostra facta & meditata referuntur. In prima porticu, scilicet artes continentur mechanicarum. Prudentia complectitur senatores, sapientes mundi huius, & consiliarios. Sub porticu scientiae omnes docti comprehenduntur, Philosophi; Theologi, Oratores Concionatores, ambulacro denique sapientiae oes Religiosorum ordines. Quos omnes, si rem penitus inspicatis, infirmitatibus multis distineri videbitis, an non videtis, quot caeci, quot claudi, quot paralytici, inter mechanicos, magistratus, Philosophos, & inter Religiosos reperiatur? certum quippe est multas caecitates, imperfectiones, paralytes, defectus & scandala in omni hominum genere reperiri. Dicam itaque & vere dicam, piscinam hanc omni ex parte admirabilem esse, & quae nihil in mundo aut diuinius, aut eminentius excogitari possit. Iam vero tempus est, vt ea relicta ad alteram concionis meae partem veniam: ac nonnihil de misero illo paralytico loquar.

IV. Miser ille Paralyticus, qui triginta ipsos annos infirmitate hac diuexatus fuerat, genus humanum ad viuum nobis representat: quod quatuor annorum millibus, & amplexus ante Christi aduentum exhaustum & manum confectum fuerat aegritudine (heu diuturna paralytim!) prodigiosum illum non dico piscinae

Quinque his porticibus quinque animi facultates significantur. Aristot. 6. Ethic.

piscinæ, sed passionis quam Messias passurus erat, motum semper expectans, per quæ à morbis & ægritudine erat liberandum, Proh dolor! Originalis peccati paralysis ipsum inuaserat, adeo ut ad pia & bona opera nulla sese ratione, multoque minus ad satisfaciendum, mouere posset. Paralysis laborabat in intellectu per ignorantiam, in voluntate per malitiam, per fragilitatem in potentia concupiscibili, adeo ut ad omnem virtutem, & quidquid cum virtute coniunctum foret, prorsus ineptum esset.

Simile.

Quemadmodum enim arbores, semel fulmine de cælo tactæ, quamprimum exarescunt, neue vllas aut frödes aut fructus producant: Ita quoq; miserum mortale genus, graui illo peccati originalis ictum fulmine, quamprimum exaruit, ac nullos deinde meritorem fructus protulit, meritorem inquam, quibus tum pena satisfaceret, tum peccatû commissum deleteret. Reuocate igitur in memoriam sicut illam Euangelicam, quæ maledictionis fulmine à Domino percussa statim arefacta est, & omnem penitus virorem amisit: ad cuius similitudinem Adam; prima naturæ humanæ arbor, in medio paradisi terrestris plantata, diuina maledictione percussus, statim exaruit, & omnem iustitiæ virorem vigoremque ac splendorem perdidit.

Luc. 10.

Natura humana cum muliere fluxum sanguinis patiente comparatur.

Proponite simul ob oculos mulierem illam Euangelicam, quæ duodecim annis fluxu sanguinis vexata, omnes facultates ad sanitatem recuperandam, & quidem frustra, impenderat. Dicite mihi, an non illa humanæ naturæ imaginem ad viuû representat; quæ fluxu sanguinis, peccati originalis scilicet contagio, quod sanari nisi magna difficultate non poterat, vexata; omnia sua merita; vota, gemitus, & omnes satisfactiones impenderat, exhauserat, ne dicam amiserat, à quo tamen nulla ratione poruit liberari?

Quæ mala peccatû in animâ inuehat. Iudic. 16.

Quantum porro homini detrimentum affers ô peccati paralysis? animam enim simul & corpus debilitas, ac membrorum vsu priuas. Id ipsum facis animæ, quod olim Philistæi Samsoni; aufers ei vires, eruis oculos, ac vitam eripis. Exæcas eam, & ne mereatur efficis, gratia eam priuas & virtutibus, ac simul ei vitam aufers. ô paradoxa! Pec-

catum, eum qui mori non potest, mori cogit, occidit, necat & inuadit miseris animas. Merito, & bene quidem, olim Paulus dixit: *Horrendum est incidere in manus Dei uiuentis*; equidem alio sensu dixerim: *Horrendum est incidere, in manus peccati occidentis*. Hæc igitur, peccatores, in mentem reuocate.

Non est autem, quod miremini Auditores, si miser ille Paralyticus, triginta octo annis sanari non potuerit: nullum enim habebat, qui eum in piscinam post aquæ motum coniecisset; donec tandem Angelus ille cælestis, aquam moturus, de cælo descendit, & vltro eum in piscinam coniecit. Quis vobis, ô Angele, vnusne Seraphinorum? an ex ordine Cherubinorum? an inter Dominationes, aut Potestates locum tenes? Nequaquam, sed Princeps est Angelorum, Rex Seraphinorum, Deus ipse qui sese Angelum à Prophetis vocari iubet: *Vocabitur nomen eius magni consilij Angelus*, ait Isaias. Hic est, cuius iussu sacra hæc piscina fuit & restituit. Omnia enim Ecclesiæ Sacramenta à passione & cruce Iesu Christi, ut inter eruditos notum est, efficaciam & vim fortuantur.

Referunt naturæ indagatores, Nilum, qui totam Ægyptum quorannis irrigare solet, septem ostiis ac veluti orificiis in Oceanum ruere; vnde Poëta: *Septem ostia Nilus*. Equidem putem passionem Christi, haud incongrue Nilum dici posse, quæ velut torrens septem ostiis exundans, montem Caluarie irrigans, in mare Ecclesiæ septem Canalibus, id est septem Sacramentis deuoluitur. Audite, quomodo Vates Regius sententiæ meæ accedat; aut ego ipsius: *Fluminis impetus laesificat, ciuitatem Psalms Dei*.

Verum, ô miser paralytice, misera inquam natura humana, quam ratione fieri dicam, ut tanto temporis spatio ægritudine langueas, quomodo te hominem non habere ais, qui te ad piscinam post aquæ motum deferat; neminem esse qui saluti tuæ studeat? An non tot Patriarchas, tot Prophetas, tot denique sanctos viros habuisti? cur te illi in piscinam non coniecere? *Quid?*

tot semper Angelos habuisti, tot Iosephos, Danieles, tot Dauides, tot Elias, tot Elisæos, Isaias, & alios permultos, quam ergo ratione hominem te negas habuisse? verè hominem paralyticus ille non habuisset, si Dei verbum, hominem non induisset: est namque ille homo, quem totus terrarum orbis tanto tempore expectarat. ille, inquam, homo, quem Pilatus admirans Iudæis ostendit, dicens: *Ecce homo.*

Alia adhuc meditandi materia in hisce verbis: *Non habeo hominem*, latet. Postquam enim semel in peccatum nos incidere contigit, postquam paralyti laborare cœpimus, nullus omnino homo, nullaque creatura est, quæ nobis mederi possit. Tunc ò anima, clamare necesse est, cum in huiusmodi discrimine versaris, tunc dicas oportet, *Hominem non habeo.* Tu solus es Domine qui mihi potes succurrere, qui misericordia mihi tua auxiliari, vt hodierna die Paralytico huic auxiliatus es. Et sanesceri non potest, vt quis ad gratia statum à peccato redeat, si Deus manum auxiliatricem non apponat. Nunquam Ionas è ventre ceti, & de profundo pelagi liberatus, ad solis huius intuitum rediisset, nisi miraculo quodam & prodigio Deus eum liberasset. Id ipsum plane tibi contingit peccator: naufragium enim passus, nūquam è profundo peccati liberari posses, si te Deus violenta manu non extraheret. Quare gratia Dei præueniens cum primis necessaria est.

Mille huius rei figuras, mille similitudines in sacris Biblijs habemus. Prius gallus cantauit, quam Petrus ad peccata sua deploranda egrederetur, & ad Dominum conuerteretur: necesse est gallum, id est, gratiam præuenientem cantare, priusquam quis iustificationis compos fiat. Magi Christum adoraturi venere, verum ductu stellæ, *Stella antecedebat eos.* Tres Mariæ Ierosolymis ad Christum in sepulchro quærendum profectæ sunt, sed *orto iam sole.* Quibus sacra litteræ docent prius, nos non dico Ierosolymis, sed peccato nostro, vel è terra barbara, gentilium illorum principum exemplo, ad Deum quærendum egredi non posse.

Tom. 1. Bessai Quadrage.

se, quam stella præeat, quam gratia præuenientis sol exoriatur.

Addam ad has similitudines conceptum aliquem è natura petiturum. Docent Philosophi, cœlos à seipsis non moueri, sed Angelos motum eorum efficere & producere: & ab intelligentijs eos, non propria forma & virtute moueri. Idem plane de motu illo supernaturali iustificationis asseuero, nobis ipsis scilicet non prouenire, nec viribus eum nostris adscribi posse: at Deum solum eiusce motus originem esse & auctorem. *Quidquid enim mouetur ab alio mouetur*, vt bene ait Aristoteles: quod in iustificatione potissimum valet. Nunquam quoque paralyticus hic piscinam intrasset, nisi Iesus eum antea per-mouisset.

Insignis conceptus.

Aristot. axiom. 7. & 8. Phys.

Quamobrem, Domine, qui verus es motor, & auctor bonorum omnium, ostende nobis misericordiam tuam, incita nos, gratia nos tua præueni, sanctis inspirationibus exstimula. Eheu nos miseros Domine, tantoperè expectate & desiderate mundi Redemptor; tanto tempore hic veluti paralytici, ante piscinam, motum & influxum gratiæ tuæ operientes, ægri & infirmi decubimus. Immerge nos igitur, immerge animam nostram, paralyti mirum in modum excruciatam. Iam plusquam triginta annis spirituali ægitudine detinetur, auaritia scilicet insaturabili, ambitione incredili, denique plurimis enormibus peccatis diuexata. Succurre igitur illi, clemētissime Domine, & præsta, vt a te suauem illam vocem audire mereatur, *Surge & ambula*, *Surge* inquam, à peccato, *& ambula* per bona opera. nam hæc rectissima & compendiosissima ad cœlura via est.

SABBATO POST DOM. I.
QVADRAGESIMÆ.

Partitio.

- I. De premio gloria cœlestis.
- II. De Transfiguratione quintuplici.
- III. De solari Domini splendore.
- IV. De sermone in monte.

Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Io-

o o *anmen*

Peccator à peccato se liberare nequit sine gratia & misericordia Dei.

Ion. 8.

Similitudines & sensus allegorici.

Matt. 27.

Matt. 2.

Matt. 28.

annem fratrem eius, & duxit eos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Matth. 17. Luc. 9.

FIGURA.

Gen. 30. 42.

HUMILI illi Iosepho post importunas pellicis dominæ, vxoris Putipharis, sollicitationes, post incredibiles molestias in Ægypto perpeffas, post carceris intolerabiles factores, in quem ab hero coniectus fuit tam fecundus fortunæ ventus aspirauit, vt vinculis & compedibus solutus, purpura indutus, curru regio inuectus, per omnes Ægypti terminos primus à Rege fuerit proclamatus. Fuit hoc, Auditores, vera Transfigurationis hodiernæ figura: namque hic verum Iosephum Christum videmus, qui post tot molestias & labores à primo natiuitatis tempore in Ægypto perpeffos post opprobria & calumnias, quas adultera Iudæorum Synagoga in eum euomuerat, denique post tantas tamq; graues Satanæ tétationes, hodierna die è cauernis, speluncis, & antris deserti egrediens, regio more indutus, ac vestimento gloriæ circumdatus, nõ quidem currum triumphalem, sed montē Thabor ascendit, cui Angeli ministerium exhibent, quem Apostoli demirantur, quemque Pater æternus, non vt vicarium suum in Ægypto, at Principē & Monarcham totius orbi agnoscit. Quam pompam & gloriã, vt pro dignitate depingere & explicare possimus, auxilium & gratiam sanctissimi Spiritus, mediantibus Deiparæ virginis Mariæ precibus inelamemus. Dicamus igitur vnanimis.

AVE MARIA.

I. Refert Plurarchus, Atheniensium ducem Iphicrates Iphicratem suos in bello milites nullis alijs adhortationibus, aut incitamentis, quã sola suos spe spe prædæ, ad fortiter agendum animare prædæ ad consueuiffie. Idipsum magnus ille Deus, & fortiter agendum vninersi dux facere consueuit, qui milites in bello: ecclesiæ suæ militantis sola æternæ beatitudinis spe ad prælia contra improbam hanc excitare vitam inuenda incitat. *Gaudete & exultate,*

quia merces vestra copiosa est in cælis. Sumite solent animos ð validi milites, vos ð fideles animæ, in oppugnationib. expugnationib. infuleib. cõgressibus, tentationibus, afflictionib. generosos vos ostendite, magnã vobis præda parata est, operam non perdetis, & luculente vobis vestri labores compensabuntur.

Animosus ille miles Israel David, antequam in prælium descenderet, spe iam certus fuit & promissione confirmatus post victoriam, regis sese filiam in rei bene gestæ compensationem accepturum; *Virum qui percussit Philisthæum hunc, dabit rex diuicias magnas, & filiam suam dabit ei.* Tu porro ð homo strenue athleta, centum è cælo promissiones habes, si Philisthæum illum mundi prosternas, cæli te filiam, id est, æternitatis gloriã, remunerationis loco accepturum: qua nulla præda opulentiõr, exuuiæ nullę pretiosiores, & merces nulla sublimior tibi exspectari posset. Docet nos id fides, natura nos è inclinationibus suis inuitat, plurimis reuelationibus rem confirmatam habemus, & plurimi qui è cælesti illa regione reuersi sunt, id nobis nuntiarunt.

Ne porro vobis id mirum videatur Auditores, nec præter veritatem; iterum dico & tertio dicam, plures ex altera vita ad mundum nos rediisse, qui nobis hanc gloriã nuntiarunt. Quot ad nos venerunt Angeli? nuntiarunt. Dic nobis Tobia, quid tibi dixerit Angelus Raphael? Abraham, Loth, Iacob, beatissimi Patriarchæ, qui frequentes cum Angelis fuistis, eos vidistis, cum eis luctati, locuti, commorati estis, dicite quid vobis dixerint? Tibi vero gloriosa Angelorum Regina, & Virgo, quid angelus Gabriel de cælesti hac gloria nuntiauit? Sanctus Paulus, Apostolus ab altero mundo reuersus, & ad tertium vsque cælum raptus, mirabilibus vniersum orbem compleuit. Lazarus quatrinduo in altera vita hæsit. Ioannes Euangelista. mille reuelationes habuit, & multa de eadem promulgauit. Quin etiam ipse alterius sæculi princeps I E S V S CHRISTVS inde reuersus est, à summo nempe calo egressio eius. Quanta nobis ille nuntiauit? quæ non dixit? Anne igitur desunt, qui ex alte-

ex altera vita ad nos redierint, quique nobis de aeterna beatitudine multa narrent.

Nam 37. Anne adhuc dubitatis? Israëlita nunquam fertilitatem terræ promissionis & vbertatem agrorum credere voluerunt: donec exploratores ingentem in vete botrum, velut specimen, vnde de reliqua eius abundantia iudicarent, attulissent. O animæ incredula, si hæc tanta vestra fuit incredulitas, vt tantas diuitias, tantam gloriam, tãtam quoque beatitudinem vobis in cœlestibus habitaculis esse repositam, credere minime poteritis, huc accedite, & partem eius veluti scintillam, in monte Thabor aspici: vbi sanctus Apostolus Petrus extra se positus, in ecstasim raptus, & stupore defixus, nihil se vnquam vidisse simile exclamat. Totam rei historiam & eiusdem circumstantias

Luc. 19. Lucas Euangelista recitat: *Assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Est hic splendor gloriæ cœlestis, & magnificentia & miracula transfigurationis: quare non de alia hodie re, quam de hoc mysterio verba faciamus.*

Luc. 2. Porro qui hodie transfiguratus est, Dei Verbum est, Iesus Christus Messias ille in lege veteri expectatus, ac verus mundi redemptor: ille quem hodie ita splendentem, recentem, refulgentem, rutilantem ita, quem plenum gloria in summitate montis Thabor contemplaris: humilis ille Iesus Nazarenus est, quem ante aliquot annos in præsepio locarum, in stabulo Bethleemico repositum vidisti: quem hodie in summo montis vertice lumine circumdatum instar solis refulgentem, maiestate plenissimum intueris: miser & humilis ille Galilæus est, quem ante aliquot menses in deserto ieiunantem, in speculcis & ferarum lustris commorantem, per auiam in solitudine errantem, à Satana tot diuersis tentationibus exercitatum vidisti. Hæc quæ metamorphosis, quæ rerum vices! Eia igitur,

Matth. 17. In noua sepe animus mutatas dicere formas, & figuras sexcentas, ad hanc transfigurationem spectantes, in medium afferre.

Dauid opilio post Goliath prostratum, pa-

storitia lacerna deposita, purputam induit, Figuræ vestibus sese Ionathæ circumdans. *Exspolia veteres, ut se Ionathas tunica, qua erat indutus, & dedit quibus eam Dauid, & reliqua vestimenta sua vsque ad Christi gladium & arcum suum.* Videte porro hic nostrum Transfiguratum Dauidem, adeo celebrem, simplicibus prius pastoris instar vestibus, tunica scilicet declarata humanitatis suæ indutum, post Satanam de- uictum, viles illas exuias in monte Thabor *1. Reg. 18.* deponere, & diuinitatem assumere, ac gloria se circumdare: de quo dicitur: *amicus lumine sicut vestimento.*

Mardocheus quotidie in terram prostratus, cœlum replens suspiriis, pectus exhauriens singultibus, fortunæ suæ calamitatem gemens, ieiunius emaceratus, post deuictum inimicum suum Aman, mutata veste Regem Assuerum adiit, aureis vestibus effulgens. *Mardocheus autem de palatio & de conspectu regis egrediens fulgebat vestibus regis coronam auream portans in capite & amictus serico pallio atq; purpureo.* Cernite humilem illum Mardocheum, Christum Iesum, cum tanto tempore ieiunasset, & humi caput dormiendo reclinasset, tot suspiria, tot gemitus traxisset, tot lacrymas in solitudine effudisset, post Satanam debellatum & triumphatum: hodie sese magni illius Assueri, habitu mutato gloriæque vestibus assumptis, conspectui offerentem, vt dicere liceat, *Decorem induit.*

Quamdiu Arca fœderis inter Philisthæos in deserto commorabatur, vilibus pellibus cooperta erat: at vbi in templo Salomonis collocata est, gemmis & auro effulgere, ac multis circumcirca diuitiis exornari cœpit. Arca illa humanitatis Iesu Christi quamdiu in deserto, in medio solitudinis, inter petras & rupes permansit: fassis, ciliciis & paupertate contrata fuit: verum hodierna die, collocata non in templo Salomonis, sed in vertice montis Thabor, tota auro refulget, gloria resplendet, & omnibus gratiarum donis excellit, & audite rem nouam: *Transfiguratus est.*

II.

Hinc discatis velim Auditores, quinquies Christum toto vitæ suæ tempore esse transfiguratum, & quinque diuersis transfigurationibus generibus. Hæc qualis Chamæleon, quis

Proteus,

Quinque Transfigurationum genera.

Proteus. Prima transfiguratio in ventre fuit virginali, quando nimirum Verbum caro factum est, & homo Deus: non quidem conuersione diuinitatis in hominem, sed assumptione humanitatis in Deum, vt magnum Ecclesiæ lumen Athanasius edocuit. O eximiam & vere diuinam transfigurationem!

Philip. 2.

de qua luculenter Paulus: *In similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.* Cuius in Patriarcha Iacob verum exemplum

Genes. 27.

conspicimus: ille namque, vt patris benedictionem perciperet, Esau fratrem mentitus est, pelliculisque hœdinis manus, vt tanto melius fratrem exprimeret, circumuestiuit: *& vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum pelliculasq; hœdorum circumdedit manibus, & colli nuda protexit.*

Qua procul dubio figura mysterium hoc quam appositisime exprimitur; Iesus enim Dominus noster, vt nobis benedictionem Patris æterni obtineret, hominis formam assumpsit, qui per Esau designatur, pellibusque humanitatis nostræ naturā, vt nostram melius, & ad viuum magis exprimeret, sese circumdedit, cuius rei testem habeo Paulum,

Philip. 2.

Heb. 2.

ubi supra, *formam serui accipiens, & habitu inuentu vt homo.* Quid? Regem gloriæ, & eum, qui, Apostoli testimonio, *spendor est gloria, & figura substantia patris, & peccatoris habitum assumere, an non hoc vera transfigurationis species est?*

Admirabilis transfiguratio facta est, quando augustissimum Sacramentum Eucharistiæ instituit, quando scilicet in sanguinem conuertit & transubstantiauit panem in corpus, & vinum, atque hoc

Opus de festo Sacram.

quidem vnico temporis momento. Lumen miraculorum à Christo vniquam factorum primum & maximum vocat. Quod quamuis à Catholicis & fidelibus, ac proprie quidem, Transubstantiationem nominari sciam: tamen quoniam Christi corpus & sanguis sub speciebus panis & vini continetur, atque in debita quantitate, maiestate, gloria, sub figuris nouis & insolitis, occultantur, vera quoque transfiguratio dici poterit.

Tertia transfiguratio in monte Caluarie, Nouum & in crucis scena peracta est: cum scilicet transfiguratio moriens ita seipsum immutauit, vix vt agnoscere se à notis potuerit. Caput eius spineo ferto genibus erat vallatum, vultus eius sanguine, facies passione sputis, corpus vulneribus oppletum: manus clauis, latus lancea transfixum. O admirabilem transfigurationem! *Et uisimus eum, & non erat aspectus: & nos putauimus eum quæsi leprosum.* An non vera vobis transfiguratio esse videtur Deum qui super cœlestes orbis fulgurat & tonat, totam mundi machinam concutit, Angelos, beata sui visione pascit, Cherubinos ministros habet: crucis supplicium perferentem, in hominem transmutatum, vt peccatorem habitum, doloribus saturatum & à toto mundo derelictum & veratum contemplari?

Aliam adhuc transfigurationem video, verum non adeo exoticam, ac longe tamen splendidiorē, & gloriosiorē. Quando scilicet Seruator meus ac Redemptor iterum gloriæ se qualitatibus & dotibus circumornans, transfiguratus est. Modo enim se visibilem, modo non visibilem declarauit: semel sepulchro egressus est, alias portis clausis ingressus. Et sane, qui paucis ante diebus mortalis & passibilis visus fuerat: eum se iam gloriosum, immortalem & impassibilem reddere: an non eximia transfigurationis signa sunt? an non egregia prodigia? an non miræ metamorphoses?

Verum omnium nobilissima atque omnium princeps fuit illa, quæ hodierna die in monte Thabor peracta est, quæ solâ per antonomasiam & quasi omnium præcipua, Transfiguratio appellata est. In hac namque hodierna die Redemptor noster se transfiguratur, hic Messias sese detegit, hic verbum illud diuinum sese manifestat: hodie legislator noster negotia propter quæ in mundum missus est declarat, ac legationis suæ auctoritatem & patentes aperit. Præuiderat hoc à longe Dauid dicens: *Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt,* quasi diceret: *Hem quamnam, ô Messia venture, gloriam, quos triumphos, quæ miracula te iam inter mortales commorante præuideo & præsa-* *gion! Angeli lætabuntur, homines cantabunt.*

bunt, montes à conspectu tuo exultabunt. Thabor propter Transfigurationem tuam gaudebit, Hermon propter miracula, quæ in eius vertice patrabis, triumphum ager.

Vera tua vaticinia fuisse cõfitemur, ò Rex & vates; in monte namq; Hermon magnum illud miraculum, quo quinque hominum millia quinque panibus & duobus piscibus saturata sunt, editum est. Euthymius vero addit in eodem monte resurrectionem filij, viduæ in Naim contigisse, Naim enim oppidum Galilææ est, in radice montis Hermon situm, in quo hoc miraculum peractum est. Thabor igitur & Hermon exultabunt in adventu Messia: nostri, præ cæteris vero Thabor.

Laus mō- O felicem inter omnes montes ac vere
tis Tha- beatum Thabor: mons Sinai fulgure & toni-
bor. tro concussus est, in eo nihil nisi flammæ &
Exod. 19. ignes apparere. In monte Oliueti arma mi-
Matth. 26. litum, & gladij conspecta sunt, & traditio-
nes, & Iudæa machinationes in eo peractæ.
In monte Calvaria, præter cruces, patibula,
suspensos, latrones in crucem actos, & Christum Iesum crucifixum, nihil intueor.
At tu ò Thabor, vñdecunq; gloria repletus es, & in paradysum commutatus. Iam frustra sol in axe suo erat, ac cœlum permeabat: aliam enim faciem ipse circum te habebas, quæ ei lumen eripiebat, ac quodammodo offuscabat. Nam quemadmodum *maius lumen offuscatur minus*: ita quoque magnus ille hominum & angelorum sol radiis suis parvam hanc mudi faculam offuscabat: parvam dico, non quidem ratione terræ, quam infinitis partibus superat, verum respectu infiniti & æterni illius luminaris. Hic igitur sol alterum offuscavit: Audite, *resplenduit facies eius sicut sol*. ò egregiam similitudinem, & diuina mysteria! vt hinc scilicet discamus, omnia, quæ in glorioso Iesù corpore hodie peracta sunt, quæque in sole hoc etiam conspicuntur, corporibus nostris mortalibus, & carnalibus hisce compagibus post resurrectionem euentura:

III. Sol ille mundi huius fax, qui licet eum quotidie illustret, non ideo tamen minus dignus est; quæ admiremur, quiq; iam à quinq; annorum millib; & amplius semper vrit; sè-

ipsum non comburendo & illustrat non sese extinguendo, quatuor admirabiles in se proprietates habet: primo quidem lumen ipsum, quo vnico temporis momento quatuor mundi plagas intuetur: agilitatem deinde, qua viginti quatuor horarum spatio totum cœlorum orbem circumit, idq; tanta celeritate, vt vnus horæ quadrante centum viginti cœlestium milliarum, quæ tamen terrestribus multo longiora sunt, millia conficiat. Tertio subtilitatem, qua corpora lucida & transparentia penetrat, & per crystallum & vitrum luceat: Denique impassibilitatem, quippe qui tanto tempore in rerum natura, sine vilo sui detrimento, aut corruptione, aut rerum naturalium damno existit. ignis siquidem eum non comburit, aer non nocet, aut aqua extinguit: ab omnibus hisce casibus immunis est.

Ipsium, Auditores, quod in hac transfiguratione videtis, caducis nostris corporib; post resurrectionem accidet. In primis enim instar solis effulgebunt: *fulgebunt namq; iusti*. Erunt quoque agilia; ita vt temporis momento è cœlo in terram descensura sint; & à polo Arctico vsque ad Antarcticum, instar auium, aut instar Angelorum potius peruolarura, *Sicut scintilla in arundine discurrent*. Erunt adhæc subtilia: omnia enim transire poterunt, ac nihil illis erit occlusum. Denique pari haud quidquam poterunt, nullas infirmitates sustinebunt, quin & à morte immunia erunt. *Iam non erit amplius labor, aut vllus dolor.* ò rem admirandam! *Amodo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis.* ò iucunditatem! Experimentum rei hic, præsentibus Mose & Elia, qui inter Prophetas facile principes fuere, videmus. De quibus iam non nihil loquamur. Interrogemus illos gloriose transfigurationis testes, & sciscitemur ab illis rei circumstantias. Primum autem te alloquor, ò Moyses quid est, quod tu potissimum hodie ad vitam redeas, quem Iudæi magna prius iniquitate legis transgressorem appellauerant: an vero vti hac ratione eum morti & vitæ dominari

Corpora nostra post resurrectionem quatuor egregijs dotibus prædita erunt. Sap. 3.

Apoc. 17.
Apoc. 14.

Cur Moyses in trās-figuratio- ne appa- ruit.

ostenderes? an potius quod verius esse crediderim, vt promissionem quam tibi olim fecerat, adimpleret, fore scilicet aliquando, vt gloriam humanitatis eius esses visurus?
Exod. 33. Posteriora mea videbis, id est, humanitatem meam.

Cur Elias transfigurationi interfuert? Tu vero Elia quid huc facturus aduenis? cur ad vitam redis? anne scilicet, quod ante finem sæculi veluti extremi iudicii præcursor es, appa- rere te necesse sit, ac Iudæorum reliquias conuertere? Eane forsitan de causa, vt mentibus Iudæorum errorem illum tollereres, Iesum scilicet Eliam esse aut aliquem ex Prophetis. Equidem haud grauate concefferim. verum hanc fuisse potissimum causam puto, vt nimirum Iudæis, qui credere difficillime poterant Christum illum Messiam esse in lege promissum, ora obstrueret, & errores argueret. Conabantur enim illi ex Malachia Propheta asserere, ante Messiam aduentum, Eliam in terram destinandum: *Eccc ego mittam vobis Eliam Prophetam antequam veniat dies Domini magnus & horribilis: ac quoniam constabat Eliam nondum in carne apparuisse, hinc liquido colligi existimabāt, hunc quem ante oculos viderent, verum Messiam non esse. Decepit vos, o Iudæi ambiguitas verbi Aduentus: loquitur enim Propheta de secundo Domini aduentu, id est extremo iudicii die, & non de primo: verum vt hanc ex animis vestris Dominus opinionem & errorem tolleret, simulque vobis ad oculum, hunc verum Messiam esse demonstraret, ecce hoc in monte Eliam secum loquentem induxit: Apparuit illis Moyses & Elias.*

Malach. 4.
 O præclaram, & cui similis in mundo nunquam existit, congregationem. Hic namque mundi vtriusque, cæli quoque & terræ, vtriusque etiam testamenti legatos videbitis à parte testamenti veteris, Prophetarum principes: à parte noui, Apostolorum vertices è cælo, sanctissimam Trinitatem: è terra, sacratissimam humanitatem. Hodie scilicet arca fœderis, arca inquam humanitatis Christi, in medio Cherubin, in medio scilicet Prophetarum collocatur. Quos vero sermones, aut ratiocinationes vtriusque habitas putamus? quanam hic negotia in-

Paral. 25.
 ter magnates illos & principes transacta? quid agitur: quid dicitur? dicitur nobis Marce, dicitur nobis Luca: *Loquentes de excessu* ait D. Marcus.
 Cyrillus Alexandrinus, cui pares multos Ecclesia non habuit, ait in vertice montis illius de diuinæ bonitatis excessu habitos esse sermones: non quidem de eo excessu, qui in mundi creatione eluxit: cū sc. ipsa SS. Trinitas, insigni quadam liberalitate, magnificentia ac quodammodo prodigalitate bonitatis suæ thesauros aperiens, totam sese creaturis communicauit: nec de eo quoque, quem iam quinq; annorum millibus sapienti directione, suauiter moderatione, & sollicita ac p- uida totius vniuersi conuersatione demonstrauerat. De quo igitur excessu Cyrillus? de eo nimirum, quem Christus humanam naturam induendo declarauit: excessu nimirum adeo mirabili ac diuino, vt mille alii excessus cum eo comparati, instar nihili esse videantur. Deum scilicet humanitatem assumere, immortalem mortalitatem, Dominum seruum fieri, quis similem vnquam excessum vidit? cernere nimirum naturam sine propria subsistentia: duas item naturas in vna hypostasi Matrem simul & Virginem reperiri, cui vnquam similis excessus auditus est?
 S. Augustinus aliud quiddam excogitauit, aitque illos eo loci de excessu tormentorum; suppliciorum, eruciatuum, molestiarumq;, qui in passione Domini futurus erat, sermones inter sese habuisse: qui excessus adeo sublimis est, vt similis ei aut visus aut auditus nullo vnquam sæculo fuerit. Audite quæso clamantem Prophetam, aut Prophetæ voce Deum ipsum: *O vos omnes qui transitu, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus.* Excessus, inquam, adeo magnus, vt eius vnus memoria, Domine mi Redemptor, summorum tibi dolorum causa existit, tantamq; anxietatem menti tuæ ingesserit, sanguineo vt sudore in monte Oliuaru torum tibi corni- pus perfunderetur. Excessus scilicet omnium cruciatuum, omniumq; dolorum, sine vilo profus solamine, quod vel tibi terra, vel cæ- lum, aut animæ deniq; pars superior daret.
 Chrysostomus alio quoq; respicit, & asserit excessum illū, de quo loquebantur, deni- mia

ter magnates illos & principes transacta? quid agitur: quid dicitur? dicitur nobis Marce, dicitur nobis Luca: *Loquentes de excessu* ait D. Marcus.

Cyrillus Alexandrinus, cui pares multos Ecclesia non habuit, ait in vertice montis illius de diuinæ bonitatis excessu habitos esse sermones: non quidem de eo excessu, qui in mundi creatione eluxit: cū sc. ipsa SS. Trinitas, insigni quadam liberalitate, magnificentia ac quodammodo prodigalitate bonitatis suæ thesauros aperiens, totam sese creaturis communicauit: nec de eo quoque, quem iam quinq; annorum millibus sapienti directione, suauiter moderatione, & sollicita ac p- uida totius vniuersi conuersatione demonstrauerat. De quo igitur excessu Cyrillus? de eo nimirum, quem Christus humanam naturam induendo declarauit: excessu nimirum adeo mirabili ac diuino, vt mille alii excessus cum eo comparati, instar nihili esse videantur. Deum scilicet humanitatem assumere, immortalem mortalitatem, Dominum seruum fieri, quis similem vnquam excessum vidit? cernere nimirum naturam sine propria subsistentia: duas item naturas in vna hypostasi Matrem simul & Virginem reperiri, cui vnquam similis excessus auditus est?

S. Augustinus aliud quiddam excogitauit, aitque illos eo loci de excessu tormentorum; suppliciorum, eruciatuum, molestiarumq;, qui in passione Domini futurus erat, sermones inter sese habuisse: qui excessus adeo sublimis est, vt similis ei aut visus aut auditus nullo vnquam sæculo fuerit. Audite quæso clamantem Prophetam, aut Prophetæ voce Deum ipsum: *O vos omnes qui transitu, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus.* Excessus, inquam, adeo magnus, vt eius vnus memoria, Domine mi Redemptor, summorum tibi dolorum causa existit, tantamq; anxietatem menti tuæ ingesserit, sanguineo vt sudore in monte Oliuaru torum tibi corni- pus perfunderetur. Excessus scilicet omnium cruciatuum, omniumq; dolorum, sine vilo profus solamine, quod vel tibi terra, vel cæ- lum, aut animæ deniq; pars superior daret.
 Chrysostomus alio quoq; respicit, & asserit excessum illū, de quo loquebantur, deni- mia

IV. Quinam sermones in monte habitos esse figuratis.

Excessus diuinæ bonitatis in incarnatione Christi.

Excessus cruciatuum in passione Domini.

Thoma.

Excessus humilitatis quam Christus in sua passione ostendit. *Phil. 2.*

miæ eius humilitatis, quã in passione Christi demonstraturus esset, excessu esse intelligendum. Excessu adeo excedente, & humilitate adeo extraordinaria, vt Paulus id pro dignitate explicare non valens dicat, *Humilitatis semet ipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Audite obsecro vos superbi, vos inflati arrogantia, & excessum hunc penitus considerate. Deus vt creaturas redimeret, capi, ligari, illudi, percuti, ignominiam pati, clavis configi, ac cruci denique voluit affigi. O excessum infinitis excessibus refertum?

Excessus paupertatis in Christo.

S. Bonaventura doctrina æque ac sanctitate celebris, omnes quas adduximus de excessu hoc explanationes probat, & ratas habet: verum aliam ad has & ipse adiungit: aitque excessum illum de excessu paupertatis, quam Christus in passione sua esset toleraturus, esse intelligendum: quippe qui vnica tantum cruce, & ea grauatus, Ierosolymis egrederetur, ac deinde nudus & inops in eadem moreretur. Consolemini, consolemini igitur vos omnes, qui paupertatē hanc imitantes, voluntarie ac sponte pauperes facti estis, cum hunc paupertatis excessum vobiscum perpenditis: quomodo nimirum nudus, videlicet in stabulo natus sit, toto trigintarium annorum spatio vnica veste fuent contentus, ac deinde nudus & algens in crucis medio exspirarit. Historiæ quidem veteres

Val. Max. lib. 4.

similes nobis in Ethnicis excessus proponunt, vt in Valerio Pollicola, qui tertium Romanæ Consul, in tanta est inopia mortuus, vt suis resp. sumptibus funus eius coacta fuerit instituere: & in Epaminonda Thebano, summo illo duce ac multis tropæis nobili, qui adeo egens ex hac vita decessit, vt ne tantum auri domi eius repertum fuerit, quo ei post gloriosam mortem erigi epitaphium posset.

Matt. 8.

Verum si cū excessu paupertatis Iesu Christi eos cōferamus, obmutescunt veteres, ac veluti vmbra respectu huius enarrare videbuntur. De hoc eius excessu quam bene Dauid locutus est? *Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea;* Christus quoque Dominus paupertatē suam satis insinuaui, quod sine lacrymis nequeo aut dicere aut perpendere, cum ait, *Vulpes foveas habent, & volueres*

caelinos: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinat. & verum paupertatis excessum! ac nimis omnem terminum excedentem!

An non Auditores sermonis & colloquij huius dulcedine in admirationem & stuporem trahimini? an non cœlestes illæ sermonationes, verba illa Angelica, de passione Domini deprompta, cōsolationem, iucunditatem & stuporem vobis adferunt? Taceant igitur Philosophi omnes, taceat Aristoteles, neq; amplius asserat, virtutem in solo medio consistere, vitium vero extrema occupare, est hoc quippe falsissimum: ecce enim in monte hoc non nisi de excessu & extremitate est sermo: omnia Christi opera excessum habet, atq; in extremo gradu collocata sunt, quin & extremum adhuc transgrediuntur.

Verum Petre tu solus hic præter ordinem & tempus loqueris, ac colloquium perturbas dicens: *faciamus hic tria tabernacula tibi vnum, Moysi vnum, & Elia vnum.* Quid ais

Matt. 26.

Apostolorum Princeps? tu solus in horto arma inclamas, & gladiū stringis passionis triumpho vitā volens intercludere: tu solus in passione in Dominum tuum blasphemias euomis? tu solus deniq; es, qui hoc in monte præter rem loqueris. Quid: faciamus etia tria tabernacula. Visne Ecclesiam disingere: anne schisma & diuisionem cupis inducere? visne Christum à Prophetis, & Prophetas à Christo separare? Reuoca in mentem rotas illas, quas Ezechiel Propheta vidit, quæ ita sibi inuicem connexæ erant, vt nulla sine altera

esset aut progrediretur: quo erudimur, Prophetas in lege Mosaica, & Mosem in Prophetis, vtrumq; in psalmis: & Moysen, Prophetas, & Psalmos in Euangelio, & Euangelium in omnib. & singulis contineri. O rotas vere admirabiles! & interea tamen omnia nõ nisi simul procedunt & voluntur: ac proinde non nisi vnum esse tabernaculum, vnã legem, Deum vnum, & vnã Ecclesiam certissimum est. Vnde bene Euangelista imprudẽtiam Petri notauit, *Nesciebat quid diceret.* Quare vt te excusam Petre, dicendū est, magnum illum gloriæ splendore oculos tibi simul & ingenū offuscasse. Hem: Qualis eras,

& quæ

& quo in statu, quo in stupore & raptu cum iucunditatis & gloriæ abundantia repletus dixisti: *Bonum est nos hic esse?* Concede Petre, ac tecum fateor, bonum esse Iesu Christo adhærescere, ac cum eodem versari: extra cuius gloriâ nulla penitus iucunditas, nulla felicitas, nulla deniq; beatitudo inueniēda est.

*Esth. 6.
Gen. 45.*

Eia igitur, Christiani Auditores, ponite vobis ob oculos, lætitiâ, gaudium, exultationem, raptum, extasim, & stuporem, quem in Transfiguratione Apostolus hic ostendit. Et sane si Iudæi obstupuerint, vbi Masdochæum pretiosis & splendidis vestibus indurum, & humilem Esther ad regiam dignitatem sublimatam videre; si fratres Ioseph, cum in regio sedentem throno, ac totius Ægypti habenas moderantem contemplantes, demirati sint: quid de Apostolis eorumque stupore hic dicere poterimus: cum humilem suum Dominum repente in monte Thabor eleuatam viderunt, ac velut in sublimi quodam throno, gloriæ & diuinitatis vestibus indurum, confidentem? quo eos affectos gaudio & lætitiâ putabimus, cū insignem illam Esther, humanitatem scilicet nostram, ad Regiam diuinitatem euectam vident, ac varietatibus aureis circumamictam? Crediderim cognatos & parentes Dauid non parum obstupuisse, cum eum regio more indurum, ac inter primos regni proceres collocatum intuentur: gaudium tamen discipulorum & stuporem maiorem fuisse existimem, quando humilem illum Iesum Nazarenum, qui tanto tempore in solitudine fuerat commoratus, & olim in stabulo natus, quique fabri filius à multis habebatur, Angelico & cœlesti assumpto habitu, gloriosum, splendidum, fulgentem, ac diuinitatis suæ specimen ostendentem conspiciunt.

Bone Deus, benignissime Deus, si tantum vnica gloriæ tuæ scintilla ac specimen, admirationis Apostolis tuis parere potuit, quid in cœlestibus illis habitaculis fore credendū est? Quid quæso, erit, cū tota videbitur vti est, quando eadem semper, sine termino sine defatigatione, in perpetuum, summo ac pleno gaudio & perfecte pandetur? Si vnica

modo gutta tantum voluptatis potuit afferre, quid ipsum mare, quid integrum gloriæ Oceanum facturum putamus? Erit, erit scilicet illic, vbi clamare licebit, *Bonum est nos hic esse.* Tu vero ò fortis animarum nostrarum zelator in montem illum aliquando nos subleua, præbenobis videndâ gloriâ, non quidem transfigurationis, ac diuinæ tuæ essentia, sicuti in cœlesti illa ac beata regione à Beatis conspicitur: ad quam nos ipse Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus aliquando deducant. Amen.

DOMINICA SECUNDA IN QUADRAGESIMA.

Partitio.

- I. De cœlesti beatitudine.
- II. De Transfiguratione, eiusque partibus per figurâs declaratis.
- III. De Transfiguratione similibus expostis.
- IV. De cœlesti beatitudine.

Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Iohannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Luc. 9.

FIGURA.

SVMmus ille Iudæorum legislator Moyses, cum acceptis tabulis legis, de monte Sinai iam descenderet, vt populo sese cœlitus missum, & à Deo ad leges eius orbi proponendas destinatum declararet: tanta gloria ac lumine vulsus eius, Deo id permitte, resplenduit, vt populus in eum intuitus, splendorem fulgoremque ex oculis eius emicantem nequaquam potuerit sustinere. Rem non admodum dissimilem in hodierni Euangelij historia contemplor. Video namque non Mosem, sed Iesum Christum, montibus æternis descendere, vt se filium Dei, cœlitus missum, ac verum Messiam & Legislatorem mundi esse demonstraret: quem Pater æternus in monte Thabor tanta maiestate, ac tanta diuinitate effulgere fecit.

cit, vt Apostoli vultus eius splendorem, ac radios, & emicantem inde gloriam perferre nequaquam potuerint. Denotat hoc ipsam Transfigurationis maiestatem, quæ profecto digna est, quam omnes merito admirantur, adorent, & obstupescant. De ea vt nos pro dignitate loquamur, opem & auxilium Parachiti, pteces mediaticis nostræ Virginis gloriosissimæ adhibendo, AVE MARIA recitando, inuocemus.

I. Interrogatus ab Hierone Syracusanorum tyrano Simonides Philosophus, vt M. Tullius memoria prodidit, quid esset Deus, triduum ad cogitandum & deliberandum postulauit: quo euoluto aliud iterum triduum petijt, quod sæpius repetens, tandem cum responsum diuini differret, dicere coactus fuit: *Quanto diutius considero, tanto mihi res videtur obscurior.* Equidem id ipsum hodierna die de beatitudine cælesti dicere merito potero: quo enim diutius perfectionis eius abyssos considero, eo magis meditando me in infinitam illam abūdatiam immergo, admirandoq; in profundū & obscuritatis tenebras deuoluor: nam dum breuis esse laboro obscurus fio. Itaque dicere cum Aug. mihi liceat: *Excedit facultatem eloquentia mea, transcendit capacitatem intelligentia mea illud decus illa gloria, illa celsitudo.* & cum D. Ioanne Chryl. *Effugit omnem sermonem atque omnem sensum humana mentis, excedit decus illud, illa pulchritudo, illa gloria, illa magnificencia.*

2. Cor. 2. Quid v. tu ò Apostole Paulc, qui in altero orbe ambulasti, ac gloriæ huius scintillam aliquam vidisti, de ea dicis? *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, qua preparauit Deus diligentibus se.* Perinde ac si diceret: Cesset humani iam intellectus curiositas immensitatem diuinæ gloriæ velle comprehendere. neque enim humana mens eo pertingit, nec auris percipere, aut ratio ipsa, aut humani vires ingenij infinitam beatitudinem queunt comprehendere. Nam quemadmodum in Propitiatorio duo Cherubin vtrinq; positi visebantur, qui sese muruo cum stupore conemplantes alis illud cooperiebant: ita quoque mihi in hac beatitudine velut in propitiatorio, videre videor: cerno namque hodie homines

Tom. I. Bessai Quadrage.

simul Angelos, instar duorum Cherubim, stupore defixos, alis silentij sui splendorem gloriæ huius obtegentes.

Tanta porro beatitudinis huius magni-Beatitudo & dignitas est, vt Angelicus Doctor dinis ma-Thomas nihil Deum aut maius, aut excellens gnitudo. lentius posse condere affirmarit: & sane tanta est, vt iam à quinque annorum millibus Seraphin, atque omnes Angelicæ potestates præ admiratione suspensæ & stupore defixæ fuerint.

Cicero tantam esse pulchritudinem virtutis aiebat, vt si oculis conspici posset, omnes ad se mortales ex pulchritudine traheret, & amore sui incenderet. Si vero gloriam cælestem cognitam habuisses M. Tulli, de beatitudine id iure meritoq; dicere potuisses: tantus namq; eius splendor est & venustas, vt si oculis pateret, omnes omnino homines, licet immanes ac barbaros, ad se inuitaret. Iacob conspecta Rachelis venustate atq; oculorum pulchritudine inter omnes Mesopotamiæ filias, statim eius amore captus est, & inescarus, adeo vt, quò eius aliquando amplexibus fruere, seruum apud Laban septennio egerit: *Et videbatur illi pauci dies, præ amoris magnitudine.* Tu porro, homo, si vel oculis cælestis illius Rachelis pulchritudinem haurire tibi liceret, non dubito profecto, quin te eius amore, summo Patri Laban, in seruum & mancipium, idque non septennio, sed, si vita ferret, annis mille & amplius, traderes.

Tribuni ac centuriones Holofernis in fridione Betuliæ, visa eximia venustate ac formæ excellentia quæ in Iudith vidua effulgerebat, militibus hinc stimulos ad fortiter agendum subiecere, dicentes: *Quis contemnat populum Hebraeorum, qui tam decoras habet mulieres? vt non merito pro eis pugnare debeamus.* Hæc ipsa sunt verba, ijdem sunt stimuli, eadem orationes, militis Christiani, quibus nos Sancti alloquuntur, Prophetæ exstimulant, & Angeli, cælestis huius Iudith pulchritudinem quotidie conemplantes, nos in vita hac militante, ad fortiter agendum, & cælum, in quo tot eximiæ res & pulchræ reconditæ sunt, violentia quadam rapiendum, adhortantur.

P p Magnus

Num. 15. Magnus ille Israelitarum ductor Caleb, sexcenta virorum millia sub signis habens, & cum eis per desertum Sinai profectus; vt eos ad terram Chanaan gladio parandam incitaret, ingentem illis botrum, quem duo viri velut aliquod fertilitatis illius specimen in humeris veste portauerant, ostendit: vnde omnes ita ad bellum animati sunt, vt communis per castra clamor exauditus sit, *Ascendamus, & possideamus terram illam.* Millellæ animæ, quæ in hac Agypto à triplici Pharaone vincitæ velut mancipia, sub seruitute durissima gemitis, & exhaurimini, si vel exiguum aliquem botrum fertilis illius promissionis terre videretis; non est profecto dubitandum, quin statim rubrum huius mundi mare transiretis, ac mundi huius deserta relinquere- tis, quo ad terram viuentium, in qua tanta rerum copia affluit, ascendere possitis.

Id ipsum hic hodie videmus contingere. Petrus enim Apostolorum Princeps ac Christianorum omnium caput, visa in monte Thabor gloriæ huius exigua quadam scintilla, cruciatuum, tormentorum, ac rerum omnium oblitus, exclamat: *Domine, bonum est nos hic esse.* Historiam Euangelij in Luca legimus: *Assumpsit Iesus Petrum, Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & transfiguratus est ante eos, &c.* Primo de transfiguratione, ac deinde de beatitudine hac loquar.

Exod. 3.

Quod ad primum; cum attentius mecum rubrum illum ardentem, quem Moyses in deserto vidit, considero, ac sublimem illum Eliæ raptum in curru igneo; videre mihi figuræ & umbræ gloriosi huius corporis videor, quod hodierna die in monte Thabor transfiguratum est. Quid enim differt rubrum ardentem & non conflagentem, in monte Horeb videre, & gloriam & lumen corporis, quod tamen ipsum corpus non immutaret, in monte Thabor contemplari. Quid discriminis est inter Eliam curru igneo in caelum subuectum, & Iesum Christum corpore lucido & resplendente transfiguratum. O rubum! ô Eliam! ô mirabilia!

Verum, quo melius mysterium hoc intelligatis, aciem ingenij vestri exacuite, ac meminertis oportet, Christi animam à primo conceptionis momento beatam existisse; adeo

Anima Christi à primo conceptionis

inquam gloriosam, vt modo in caelis est! Verbum enim diuinum, cui per hypostaticam & personalem vniõnem coniuncta erat, videbat, atque eo perfecte fruebatur. Verum gloria illa, sublimi quodam & nouo miraculo, in parte nobiliori continebatur, ne se in corpus transfunderet; necesse namque erat, vt corpus supplicij, passioni, cruciatibus, morti deniq; ipsi tolerandæ aprum foret. nõ enim Christus in corpore glorioso quidquam pati potuisset;

Non est conueniens lucibus ille color.

Vultis huiusce rei figuram? David Goliath prostraturus, armis regijs grauarus nunquam id potuit efficere, ac necesse fuit, funda & lapidibus, armis pastorij, armatum, ac vestibus pastoralibus indutum in certamen & duellum descendere: *Et induit Saul David vestimentis suis, & imposuit galeam auream super caput eius, vestiuit eum lorica, dixitq; David ad Saul, Non possum sic incidere, & deposuit ea, & tulit baculum suum.* Quod euides & apertum signum fuit, verum nostrum David, Iesum Christum, Satanam, id est, vastum illum Goliath expugnare & debellare dum vellet, nunquam armis regijs, diuinitatis scilicet suæ, indutum, vincere potuisset; sed armis pastorij, id est, funda humanitatis nostræ, & lapidibus miseriarum nostrarum armatum, ac peregrini habitu assumpto, necesse habuisse cum eo congredi. Tertio quoque Regum libro legitur. Regem Israel mutato habitu ad bellum egressum esse. Ita Iesus Christus natura sua totius mundi rex constitutus, redemptionis nostræ certamen ingrediens, habitum mutauit, *Et homo factus est.*

Omne Sampsonis robur in crinibus capitis firum erat, *si rasum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea, & deficiam* eroque sicut ceteri homines. ad eundem etiam modum omne passionis & meriti fundamentum in Sampson nostro Iesu Christo, in crinibus & fragilitate humanitatis eius consistebat. Et quemadmodum, nisi Philistæi caput Sampsonis rasissent, nunquam eum perdere aut occidere potuissent: ita quoq; nisi corpus hoc nouacula passionis, ac gladium crucis, atq; aliquid pati potuisset, ac semper glorio-

2. Reg. 11

Cap. 11

Ioan. 1

Iudic. 16

gloriosum exstitisset; nunquam comprehendi, nunquam mori potuisset, & proinde nunquam saluari potuissimus. Necesse itaque fuit hanc gloriam abstrahere, ut corpus passibile efficeretur.

Figura.
10/4,3.

Audite figuras. Arca fœderis Jordanem intrante, ut Israëlita in terram promissionis descenderent: *steterunt aqua descendentes in loco uno, & ad instar montis intumescerent appa- rebant, qua autem inferiores erant, in mare descenderunt.* Ita quoque quo in terram promissionis, id est, in cœlum transire possumus; arca sacra illius humanitatis, non quidē Jordanem, at passionis mare intrante, vehementes illa ac violenta aqua gloriæ in superiore parte animæ hæserunt: inferiores vero defluerunt: siquidē omnes mundi delitias reiecit, atq; omnia pœnarum genera suscepit. Gloria ac sublimis illa gloriæ visio quieuerit, ac steterit; cruciatus vero, labores, ac ipsa mors semper ad ima solito ausu defluerunt.

1. Paral. 31.

Holofernes Bethuliam obsidens, quo citius & facilius eam expugnaret, constituit per gyrum centenarios per singulos fontes. *Et incidi præcepit aqua ductum eorum.* Ita quoq; Redemptor noster in redemptionis nostræ obsidio, ut corpus suum passionibus magis exponeret, à primo conceptionis suæ tempore gloriæ scaruriginem inuasit, ac magni illius fontis ductus occupavit, nihil ut in anteurbia humanitatis suæ redundaret, aut reflueret.

1. Paral. 31.

Potens ille Rex Ezechias obturavit superiorem fontem aquarum Gihon, & auertit eas subter ad Occidentem urbis David. Ad eundem plane modum Saluator ille orbis, scaruriginem torrentis gloriæ suæ, ne in corpus efflueret, obstruxit, & à primo incarnationis suæ tempore ad superiorem animæ partem eum traduxit. Atque omnia hæc non sine miraculo, non sine supernaturali quadam dispensatione peracta sunt; ita namque Ecclesiæ lumen loquitur Augustinus. Thomas item Aquinas: *Dispensatione quadam diuina factum est, quod gloria anima non redundaret in corpus, ut in corpore passibili nostra redemptionis expleretur mysterium?*

Epist. 36.

ad Dioscor.

3. p. 9. 43.

art. 7.

Verum verus hoc miraculum hodie alio quodam miraculo non nihil obscuratum est: cum scilicet gloria illa, quæ tanto temporis

spatio in intima animæ parte veluti captiua delituerat, ac conclusa fuerat, in libertatem restituta est. Hodie mare illud Rubrum, quod ad nos conseruandos, & ad peccata nostra, Ægyptios scilicet, demergenda seuinctum fuerat, ad primum situm ac pristinum locum reuersum est. Hodie sol ille gloriæ; qui in medio huiusce animæ: vel in orbe suo cœlesti, constiterat, cursum suum profecutus est, & ad vsque antipodes corporis descendit. Hodie diurna illa eclipsis, quæ triginta duobus annis durauerat, finem accepit, & sol ille gloriæ sese videndum præbuit.

Exod. 14.

10/10.

Cogitate igitur vobiscum, Auditores, Christi Iesu animam, à primo conceptionis momento, instar facis accensæ, aut potius instar solis fuisse, corpus vero eius instar vitri lucidissimi; & simul vobiscum perpendiculari, à solis radiis hæctenus vitrum illud, non sine continuo quodam miraculo, penetrari non potuisse: at hodierna die nouo miraculo eclipsim illam finiri, ut vno miraculo cessante, alterum subintret, atque hoc est, quod vulgo Transfiguratio appellatur.

Canta igitur iam David, & melodis crepe vobis: *Dominus regnauit, decorem indutus est.* videamus namque hic eum indutum lumine sicut vestimento. tuque sponsa exulta & iubila; *Ecco dilectus tuus, candidus, & rubicundus, electus ex millibus.* Nihil me vquam simile vidisse memini. ò noua paradoxa! ò metamorphoses admirabiles! *transformatus est, ait Catholicus.* O res penitus admirandas!

Psal. 103.

1. p. 9. 43.

Respicite, vos multarum rerum cognitionis auidi, diuinum illum Chamæleontem, ad Christum omnes sese colores variantem, & colorem diuinus gloriæ in cœlestibus, colorem paupertatis est Chamundo, colorem humilitatis induentem in cruce. Videant hic suum Proteum Poëta gestantem tot in vno corpore formas. Videte illum, qui in cœlis Deus est, in terris homo. Et homo factus est, qui modo Viator est, modo comprehensor, modo simul vtrunque, in natiuitate subtilis, in calcandis aquis agilis, in Eucharistiæ Sacramento impatibilis. ò verum igitur Proteon!

IOAN. 4.

*Aristot. 2.
Physic. 5.*

Dicunt Physici, materiam primam esse in potentia ad omnes formas. Hic quoque videmus primam materiam, sacram hanc humanitatem, principium scilicet redemptionis nostrae omnium esse formarum & figurarum capacem: in caelis quippe *figura substantia Patris est*; in terris *formam seruis accipiens*: in altari inuisibilis est, in monte Thabor gloriosus, in cruce patibilis, post resurrectionem impatibilis. hem quanam igitur haec forma, quanam figura!

Iris.

Demirantur naturalium rerum scriptores Iridem, eiusque pulchritudinem tantopere deprædicant: cum scilicet sol nubem, quæ ei ex aduerso est feriens, semicirculum hunc, quinque fucatis coloribus, fuluo nimirum, viridi, croceo, duobusque aliis intermediis, hiacynthino & luteo, distinctum, producit. Et sane si penitus rem considerare velimus, res ipsa digna est, quam omnes demirentur, quin & ipse Salomon omnes inuitat, *ye visa Iride, velut re eximia, in admirationem rapiantur. Vide arcem in caelo cum suo splendore mirabili, & benedic, qui illum fecit.* Vnde eam Plato admirationis matrem & ornamentum caeli appellare consuevit. Nihil hæc sunt & exigua; Ecce enim hic in monte Thabor Iridem aliis longe præstantiorem & pulchriorem. Videte hic colores longe alios, longe insigniores, & prioribus eminentiores. Videte hic solem diuinitatis, nube corporis percussa, egregiam hanc transfigurationis Iridem, viuis coloribus candoris, luminis ac gloriæ insignitam, hodie producentem.

*Transfigurationis
cum Iride
collata.*

*Christi
diuinitas
Lunæ comparatur.*

Quin etiam in hoc monte solem & lunam contemplerini: adeo ut montes in caelos, & caeli in montes commutari videantur. Imo videte hic solem diuinitatis, ac lunam humanitatis. Vt enim Luna, sicut noctis, suum lumen à sole mutuatur, ita quoque humanitatem à diuinitate hodie gloriam & lumen mutuari videmus; Luna inquam, quam angeli ita nominarunt, *Qua est ista, qua prodigitur quasi aurora, pulchra ut luna.* Et sane, o sacra humanitas, nos omnes lunam te consistemur; quippe quæ fluxus & refluxus in Sacramentorum mari causa existis: quæ plurimos in te influxus habes, quæ diuersos

nobis aspectus & formas exhibes. Luna quoque modo media est, modo crescens, & alias decrescens, modo eclipsim patitur, modo plena conspicitur: id ipsum & in sacra hac contingere humanitate videmus: paruam videmus & exiguam in præsepio, quando *paruulus natus est nobis*; nouam, post resurrectionem: eclipsi obscurari & offuscari in cruce: plenam vero hodierna die in monte Thabor, *& resplenduit facies eius sicut sol.*

Verum sublimius adhuc in sublimi hoc mysterio, & semper de luna loquentes euolemus. Solemus quoque è diuerso lunæ aspectu & variis eius coloribus diuersas temporum qualitates prælagire, nam teste Poëta:

Pallida luna pluit, rubicunda flat, alba serenat.

O Sacra Saluatoris nostri humanitatis luna, cum te pallentem in montem Oliueti intueor, statim pluuia & nimbos auguro, at nimbos sanguineos: cum te rubicundam & sanguine purpuratam in monte Caluarie contemplos, certum sum ventos, procellas & tempestates ærumnarum suppliciorumque impendere. Verum cum te modo in monte Thabor candidam & fulgidam video, gloriam felicitatemque agnosco, ac simili nos aliquando posituros prælagio.

Iesu bone, Iesu dulcissime, cum de monte Thabor loqui audio, venit mihi in mentem montis Caluarie: cum de tua transfiguratione loqui incipio, acerbissima tua passio statim mihi ante oculos versatur. Hic te gloria circumdatum intueor, illic te saturatum opprobriis videbo, hic tibi discipuli adherent, illic te ad vnum omnes derelinquunt; hic inter Prophetas te contemplos, illic inter latrones medius apparebis, hic nisi lumen & fulgorem conspicio, illic præter tenebras & ærumnas nihil erit. At relictis hisce antichristibus ad gloriam illam vela conuertamus: in die quippe adeo læta & iucunda, atque adeo gloriosa, non nisi de lætitia, beatitudine ac gloria loquendum est. Videas namque eadem Petrum extra se raptum, eadem captum & inebriatum, an non audis clamantem: *Bonum est nos hic esse?*

Porro, quod hodierna die in monte Thabor fieri

Beati- fieri videmus, quod Petrus hic degustat, non
do, Ocea- nisi specimen & vmbra, non nisi guttula est
nus deli- magni illius beatitudinis Oceani, quæ in
ciarũ est. cælis habebitur: ita namque Sacra eam Scri-
Psal. 35. ptura nominat: *Torrente voluptatis tua pota-
bis eos*. Ac vere quidem: quid enim est in cœ-
lis, nisi torrens quidam voluptatis, nisi deli-
ciarum profundum, quam diuitiarum O-
ceanus. Festem & suffragatorem habeo Va-
tem regium: *Inebriabuntur ab ubertate domus
sua.*

Psal. 10. O nouam loquendi metaphoram! quin &
de se ipso loquens, ait: *Satiabor cum apparue-
rit gloria tua*; quasi diceret: *Quanto plus de
aquis voluptatis deliciarumque mundi hu-
ius haurio, tanto mihi sitis augetur magis,
& eo animam interius turbatiorem sentio.*
Quid? anne ambitio animum tuum occupa-
uit, ô rex, an tua sorte & quidem adeo lauta
contentus non es? cum nimirum è pastoritia
casa, & ab ouili ad sceptrum & diadema sub-
limatum, tot populis & vrbibus dominari,
at tanti imperij habenas moderari te videas?
anne ad maiores etiam honores adspiras, vt
dicas, *Satiabor?* tot regna animum tuum nõ
satiatur? ferire potest, vt tanti tamque am-
pli honores te nondum repleant. Bene tamen
ait; quidquid enim in mundo est, imo totus
mundus, animam hominis saturare haud-
quaquam potest.

Insignes. Magnam illum Macedonum regem Ale-
historia: xandrum, ait Plutarchus, toto terrarũ orbe
Alexãder ab vno polo vsq; ad alterum subiugato, cum
ingemi- à Philolopho, non recte philosophante plu-
scit, vbi res esse mundos intellexisset, lacrymari cœ-
plures es- pisse, fortunamque suam præ interna animi
se mĩdos elatione deplorasse, quod è tot mundis non-
intellexit. dum vnum tantis laboribus sudoribusque
subiecisset: vt merito scripserit Poeta,

Sueton. *Vnus Pellaos inueni non sufficit orbis.*

Augusto. Videte igitur, num totus terrarum orbis
hominis mentem satiare queat. Idem pene
de Augusto tradit Suetonius: qui quamuis
vniuersi orbis foret Monarcha, ac pacem
per omnes mundi plagas confirmasset, noc-
tes tamẽ trahebat insomnes; adeo eum cu-
ræ & internæ animi anxietates diuexabant.
Ecce Deus bone totius mundi Imperator
quiescere non potest, tranquillus esse nequit

& plura concupiscit. Iudæus quidam regio Historia
prognatus stemmate, Adad nomine, cū reli- insignis.
Sta Ierusalem patria, in Ægyptum fugeret,
tam benigna fortunæ aura in aula Principis
Ægypti vius est, vt præ cæteris cum amore
prolequeretur, honores ei amplissimos con-
tulerit, & vxoris suæ sororem ei in vxorem
dederit. O vere benignum fortunæ flabrum,
& vere regios honores! Ipse tamẽ tantis ho-
noribus exornatus, quamuis maiorem insu-
per benevolentiam & fauorem Rex promit-
teret, dimitti à Rege petiit, ac veniam in pa-
triam suam redeundi postulauit. An non per
hunc Adad animam nostram ad vitium ex-
primi videmus? quæ ad mundi aulam, velut
in Ægyptum sese conferens, licet princeps
mundi huius honoribus, delitiis, diuitiisque
eam exornare queat, nunquam tamen adeo
benigne ab eo haberi potest, quin semper ad
cœlestem illam Ierusalem patriam suam &
naturalem habitationis locum penitus aspi-
rans, anhelet. Nihil enim eam præter hanc Anima
gloriam, satiare potest: nam quamdiu his in hominis
fluctibus iactatur, & procellis concutitur, sola bea-
titudine semper ad eternam illam beatitudinem aspi-
rat. illa, illa est, qua hodie Petrus Apostolus cœlesti
satiatus exclamat: *Bonum est nos hic esse*; ipse
iam satur sum Domine, sorte mea conten-
tus, aliam à te beatitudinem non requiram,
quia *Bonum est hic nos esse.*

Vos porro infelices daemones, qui in in-
fernali barathro cruciamini, quique miseras
animas in incendio, flammis, rotis, eculeis, tor-
mentisque grauissimis torquetis, quiq; hac
gloria cœlesti ac beatitudine in eternũ estis
priuari; nequaquam dicere potestis: *Bonum
est nos hic esse.* verum verbo mutato, & despe-
rabundĩ exclamare: *Malum est nos hic esse.*
Vos quoque infelices ac ter & amplius in-
fortunatæ animæ, quæ apud inferos conflag-
ratis, in Deum blasphemias euomitis, quæ
de salute vestra desperatis, ac rabie & furo-
re debacchamini, nunquam cum S. Petro di-
cere poteritis: *Bonum est nos hic esse*; at semper
& in perpetuum, sine vllò fine clamabitis:
Malum est nos hic esse.

At nos miseri viatores, afflictĩ exulẽs, li-
cet pœnitentiæ nobis adhuc tempus sit; atq;
ad hanc aliquando beatitudinem nos per-

Gen. 40.
Dan. 14.
Dan. 2.
Ion. 2.
Exo. 14.
Tob. 5.

uenturos speremus, nondum tamen dicere possimus: *Bonum est nos hic esse*. Nam Apostolus eo loci hæc verba dicens, quo nos iam hic sumus, *nesciebat quid diceret*. Quid cogitabas Petre? Nosne igitur, hoc in mundo, veluti Iosephi in carceribus Ægypti, vt Daniele inter leones Babylonios, vt pueri in fornace Chaldaica, vt Ionæ in ventre ceti, & fluctibus vndique iactati, vt Israëlita in medio maris Rubri, constituti dicere iure poterimus: *Bonum est nos hic esse? Quale gaudium mihi erit, qui lumen cæli non video*, acbat Tobias ille senior in cœcitatibus caligine vitam trahens? imo quale gaudium, qualem iucunditatem, quas delicias anima in hoc vitæ casu haberet, quæ lumen solis huius, beatitudinis inquam, non intueretur?

Vos vero animæ, quæ in purgatorij ergastulis adhuc detinemini, licet cruciatus & tormenta intoleranda ibidem sustineatis; dicere tamen securæ iam potestis: *Bonum est nos hic esse*, cum scilicet de vestra salute, ac de æterna aliquando beatitudine possidenda certæ iam sitis, & cum spes illa vobis ferendi & patiendi robur suppeditet.

Vos autem, Angeli, vos, inquam, beatorum animæ, merito iam dicere potestis: *Bonum est nos hic esse*, cum in eo versemini loco, in quo omne bonum reperire est, vbi omnia in illa Essentia diuina possidetis, omnia in illa velut in quodam speculo, tam præterita & præsentia quam futura, imo & ea quæ nunquam fient, aut erunt, fieri tamen & esse possunt, vt Theologi asserunt, contemplamini. Ipsa quidem regina Saba, visa palatii & domus Salomonis magnificentia & splendore, præ admiratione & stupore exclamauit: *Beati viri tui, & beati serui tui hi, qui stant coram te semper*. At idem omnino Dauid vates de beatis illis dixit animabus, quæ tuto positæ loco, ineptias & inanias hominum derident, *Beati qui habitant in domo tua Domine*. Hæc porro domus nihil est aliud, ð Theologi, quam diuina illa essentia: hæc est illa domus; in qua omnes sapientiæ & scientiæ Dei thesauri reconditi sunt: est repositorium, è quo tota mundi machina prodiit, & plures adhuc mundi prodirent, si, vt potest, ita & vellet producere: est de-

Beati in Dei essentia omnia velut in speculo contemplantur.
3. Reg. 10.

Psal. 37.

nique domus, de qua olim dictum est: *Gloria & diuina in domo eius*. Quomodo porro animas admirari eam par est, cum in illam intrauerint. Si enim Esther regina interius Assueri Regis cubiculum ingressa, præ timore & maiestatis splendore, quem in regis vultu contemplabatur, exanimis concidit? Si filij Israël, cœlesti illo manna imbri viso, quæ stupore exclamarint: *Quid est hoc?* Quid, non dico facient, ac dicent, animæ illæ, cum eas in diuinæ illius essentiæ penetralia intrare, ac secretum Dei receptaculum subire contigerit? quanto peius eas admirari par est, cum manna diuinæ consolationis sibi instar pluuiæ viderint influere?

In supernis igitur locis terra Peru inuenienda est, illic terræ nouæ quærendæ, illic argenti & auri venæ indagandæ, illic thesauri sapientiæ, illic abyssi perfectionum inquirendæ. Illic miraculum, in Cana Galilææ olim à Christo patratum, quotidie renouatur, vbi aqua tribulationis in dulcissimum consolationis vinum conuertitur. Illic generalis animarum fit transfiguratio, vbi corpora splendida, agilia, subtilia, impassibilia redduntur. O quænam illa voluptas erit, tor simul soles intueri? an non igitur ð anima mea, quæ ad huius gloriæ fruitionem nata, condita, destinata, ac prædestinata es, ad eandem contendes? an non montem illum Thabor conscendes? Christum sequeris, crucem portabis, legem & præcepta eius seruabis, vt in eodem hoc monte hæc ipsam gloriam valeas contemplari? Si vero vos, Auditores, eum conscendere, & gloriam illam consequi, ac beati esse cupitis? montem ascendite, poenitentiam agite, sanctificate ieiunium, ac bonis operibus sine vlla cessatione incumbite, quo gloriæ huius compotes reddi valeatis.

Tu verò Iesu gloriosissime, splendor & lumen admirabile, qui hodie totus admirabilis factus es, gratia nobis tua succurre, omnes animæ vires ac potentias ad id conuerte, facultates nostras illuc impelle & dirige: memoria te solū cogitet, ac tui solius reminiscatur, intellectus te solum agnoscat, te deniq;

solum

solum voluntas diligit. Et cum miserum hoc corpus vna cū anima, gloria illius particeps reddi debeat, (quandoquidem tantū quantum anima, laboravit, & sudavit) & cū id ipsum impassibile, immortale, & instar solis splendidum reddi necesse sit; obsecramus Domine, vt aptum velis id reddere & idoneum: fac vt pœnis & molestijs incumbat, ieiunia colat, austeritates & vitæ rigores sustineat, & in pœnitentia perseueret: fac vt genua te solum adorent, lingua te solum cōfiteatur, oculi in lacrymas tantum resoluantur, pectus singultus effundat, ac manus in corpus tantum indignant, & de præteritis delictis ab eo vindicta exigat: nec amplius corpus gula, & abdomini seruiat, genio nō amplius indulgeat, aut libidinibus impurisque voluptatibus se amplius transversum rapi patiat. Sed fac, vt tibi vna cum anima gratum hac in vita obsequium præstet: quod ambo posthanc vitam, non dico Transfigurationem in monte Thabor, sed in cœlestib. habitaculis diuinam tuam essentiam contēplari mereatur; ad quam nos Pater, & Filius, ac Spiritus S. perducere dignentur. Amen.

FERIA II. POST DOMIN. II.
QVADRAGESIMÆ.

Partitio.

- I. De Prædestinatione & reprobatione.
- II. De infelicitate anima in peccatis obdurata.
- III. Quærendum esse Deum.
- IV. Metuendum & cauendum istud, mori in peccatis.

Ego vado, & quæretis me, & in peccatis vestris moriemini. Ioan 8.

FIGVRA.

LEGIMVS in libris Paralipomenon, Azariam Prophetam, futuram Aſæ Regi Iuda calamitatem, & mala quæ passurus erat, prædixisse: Quamdiu, inquit, legem Domini secutus es, temp tibi beneficia plu-

rima contulit, atque omnibus in rebus tibi bene cessit: quoties eius opem in negotijs & rebus dubijs innocasti, semper tibi quam promptissime præsto affuit: & vix eum quærere incipiebas, quin statim tibi auxiliaturus occurrebat. At è contra, si semel te reluctari, & legem eius infringere, & cultum deferere contigerit; vix eum relinquere incipies, quin te magis adhuc relinquet & abominabitur; & venient forsitan tempora, quibus eum quæsiturus sis, & non reperturus, cum tu eum inuocaturus, & ille te neglecturus. O minas horrendas, ô præſagia Prophetica! omnia conſingebant eis in figuris. Eiusce rei figuram, Auditores, hodierno in Evangelio legimus. Audimus hic namque non quidem Prophetam, sed Prophetarum omnium principem Iesum, Pharisæis ac Scribis eadem plane interminantem. Reluctamini aduersus me popule rebellis ac pernicax, derelinquitis me, ego quoque vos omnes derelinquam; atque ex hoc iam tempore defero: & mihi credatis velim, ventura aliquando tempora, quibus me quæretis, & non inuenietis, & quib. in peccatis vestris moriemini. verba horrèda & terribilia: quæ vt vere ac plene intelligere possitis, Spiritus sancti auxiliū nobis adesse, intercessione Deiparæ, AVE MARIA dicentes, rogemus.

1. Cor. 10.

Sublimia illa de prædestinatione Sanctorum, & reprobatione impiorū mysteria, adeo obscura & inuoluta sunt, vt nulla vis ſtingenij quæ non cedat; nulla audacia & præſumptio, quæ non formidet; nullum peccatus; quod non pauceat, nulla mens ea concipere gestiens, quæ non horreat & præ metu contremiscat. An non enim terribile & horrendum est, aſſidere, nedū credere, Deum ab omni æternitate creaturas suas antequā quidq̄ meritorum vel demeritorū facerent, has ad æternam beatitudinē, illas ad æterna supplicia destinasse? Eſau odio habui. vide damnationem; Iacob autem dilexi, vide prædestinationem ad gloriam. O rem nouam & inanditam! è duobus in ventre matris conclusis, hunc ad gloriam & illum ad damnationē æternam, anteq̄ in lucem edantur, aut lumē solis intueantur, seligi, omnem admirationē superat. Video profunda illa iudicia etiam

I. Prædestinatio ad gloriā vel ad damnationem res est terribilis.

Mat. 1.

Prædesti-
natio-
nis figura.
eriam diluuij tempore locum habuisse: hic enim octo animæ arcæ inclusæ aquis diluuij supernatant, ecce prædestinationis figuram: illic vero reliqui omnes naufragium patiuntur, & vndis immerguntur; signum hoc reprobationis. Eius vero rei è veteri vobis testamento figuras depromam.

Dan. I.

Nabuchodonosor cum Ierosolymorum ciuitatem destruxisset, pulcherrimos quosque & forma decoros ex Hebræorum pueris seligi iussit, reliquos in captiuitatem abduci. *Et ait rex Assphanes præposito Eunuchorum, vt introduceret de filiis Israel, & de semine regis, pueros in quibus nulla esset macula, decoros forma, & eruditos omni sapientia, qui stare possent in palatio regis.* Ad eundem modum Nabuchonosor ille cælestis, numen illud æternum, cum ab omni temporum æternitate, generalem mundi ruinam & destructionem præuideret, ex omni hominū multitudine, pulcherrimos quosque selegit, vt coram facie sua, & in aula cælesti, beatitudine æterna fruerebantur, reliquam vero turbam repudiavit, atque infernalibus vinculis ac claustris mancipauit. Moses Hebræorum dux ac tutor, cum Ægypto egredere-

Deut. 27.

retur, omnem Israelitarum populum in duas turmas discrete; sex scilicet tribus, è nobilibus matribus, Rachele ac Lia, aliisque liberis mulieribus prognatas, in monte Garizin subsistere, ac castametari voluit, vt in eo populo Israelitico benedicerent: sex vero reliquas, ignobili scilicet prosapia oriundas, & quarum matres seruæ aut vernaculae fuerant, montem Hebal è regione ad maledicendum voluit conscendere. Eodem modo & magnus ille mundi rector Deus, cum vniuersos homines in mente sua præuideret, in duas eos partes distribuit, hos vt benedictionibus & gloria ab eo cumlarentur, prædestinatos nimirum; illos vero vt maledictionem subirent, videlicet reprobatos, & reiectos. *O altitudo diuitiarum sapientia & scientia Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius!*

Rom. II.

Gen. 49.

Eodem tempore & eodem carcere duo captiui in Ægypto egrediebantur, verū diuersa omnino sorte, vnus honorib. à Pharaone subuehendus, extremo alter supplicio affi-

ciendus. *Restituitque alterum in locum suum, vt porrigeret ei poculum, alterum suspendit in patibulo.* Ex æternæ illius præscientiæ latebris & abditis eodem momento duo captiui egrediuntur, improbi scilicet & electi, verum diuerso fine. Electi nimirum vt regni honoribus afficiantur, gloriaque participes reddantur: reprobi vero vt æternis supplicijs cruciatibusque mancipentur. An non eadem ex fornace ardentis prunas, & carbones attos educi videmus? non aliter quoque è diuinorum iudiciorum fornace eodem momento & prædestinati, velut candentes prunæ; & reprobi, velut atrii carbones, procedunt.

Simile,

Rom. 9.

Propius rem adhuc Paulus visus est tetigisse, eum sigulum ex eadem argilla vas vni in honorem, alterum in contumeliam ait effingere. Ita quoque summus ille sigulus, & omnium conditor Deus, ex eadem creaturarum suarum massa, hos in vasa honoris, vt gloriæ suæ aliquando participent, illos vero in vasa contumeliæ, vt in æternam damnationem æternaque supplicia præcipiatur, efformauit.

Atque hæc quidem omnia Auditores, vt hinc infinitam suam misericordiam, illinc vero iustitiæ suæ zelum declarer: non secus ac rex, qui bonis & benemeritis beneficia conferendo, bonitatem & clementiam: sceleratos vero castigando iustitiam atque æquitatem demonstrat. Verum cogitare vos velim, hanc quidem Electorum prædestinationem, absque vlla meritorum præuisione contingere: reprobatorum reprobationem sine peccatorum, quæ commissuri sunt, præuisione nequaquam fieri. itaque vt dicere liceat, non aliam prædestinationis causam esse, quam meram Dei voluntatem, eiusque beneplacitum & reprobationis non aliam quam peccata quæ ab hominibus perpetranda sunt. Vtrumque respectu Dei certissimum est, & necessarium: at non respectu hominum. Vtrumque contingens est, & non permutari potest: at liberum nostrum arbitrium ac voluntas efficiunt, vt vtrumque fieri necesse sit. Verum iam profunde nis abyssos istas rimari & scrutari sumus: non enim tendere datur ulterius: timenda potius

Prædesti-

natio

est

non per-

mutari

potest

at non

reprobi-

tio.

potius sunt Dei iudicia & admiranda, quam curiosius dicēdo enucleanda, & indaganda.

Euangelium quidem hodiernum paucis utrumque & non adeo seuerē perstringit: & non nisi exigua quādam hic reprobationis apparet interminatio: *Quæretis me & non inuenietis, & in peccatis vestris moriemini.* de his igitur minis iam loquamur, ac deinde de prædestinatione agemus.

Nihil est omnino quod maiorem animæ calamitatem aut detrimētum afferat, quam si à Deo derelictam gratiaque eius destitutā & penitus spoliatam se videat. Quemadmodum enim nihil acerbius aut funestius reginæ Vasthi potuit accidere, quā à marito suo, à rege, à Principe suo spretam & despectam esse: ita quoque nihil tristius aut calamitosius animæ euenire potest, quam à spōso suo, à rege suo, deniq; Deo esse derelictā. Sane si cœli influxus suos cœlestes vel ad modicū tempus denegarent, tota hæc mundi machina, ò Philosophi, non subsisteret, at omnia inter se cōfundērentur, ac veluti nouum chaos in rerū natura exoriretur. Quid igitur de anima fieri dicemus, à qua Deus supernaturalem gratiæ suæ influxum retrahit, & penitus denegat? Audite quid in hanc rem dicat David, *Anima mea sicut terra sine aqua tibi.* Eliæ precibus factum est, ut trium & dimidij annorum spatio Samariæ agros pluuia non irroraret, ita ut omnia circūquaque emorerentur: fluij exsiccarentur, herbe areferent, animalia languerent, atque ybique tristis mortis facies appareret. Quid igitur faciet anima, cum illi Deus pluuiam & cœlestem defluxum denegarit, quando catartas & orificia misericordiæ obstruxerit & obturarit.

Hinc factum est, ut quando Dominus Israelitis timorem incurrere velle, illis eos à se deserendos interminatus sit, utpote quo nihilius tristius aut acerbius posset accidere. *Va eis cū recessero ab eis, & Ieremiam: Erudite Ierusalem, ne forte recedat anima mea à te.* Nihil enim adeo David Rex metuebat, quam à Domino desereri: atque ideo lacrymans orabat, *Domine ne discesseris à me.* & cum cælum oculis tantum amisisset, exclamabat gemens, *Vi quid Domine recessisti longe.*

Tom. I. Bessai Quadrage.

get accede iterum, accede & lumine tuo illustra.

Helisæus cum Eliam magistrum sibi eripi, ac se ab eo destitui videret, lamenratur, ac gemebat tam insigni & tam sancto se magistro priuari, exclamans, *Pater mi, currus Israel, & auriga eius.* Quid igitur miseram animam facere par est, cum illam Deus relinquit, quando gratiarū influxum ei denegat, in primis vero, quādo eam odio prosequitur: *odisti namque omnes, qui operantur iniquitatem,* quibus illam lacrymis, quibus gemitibus ac suspirijs decessum hunc & orationem deplorare necesse est?

Hinc igitur discant Christiani, id ipsum gratiam in anima, quod anima in corpore, præstare: anima enim caduco & fragili huic corpusculo suum esse, vitam, sentiendi vim, in anima & cæteras omnes naturales operationes quod in subministrat. Gratia quoq; non minora animæ suppeditat, esse scilicet plane diuinum, anima vitam spiritualement, rerum cœlestium gustū, præstat. & ad omnia sancta & pia opera motum & agilitatē singularem. Nam quemadmodum corpus hoc nostrum anima erbarum & destitutum, non nisi exanime cadauer est: ita quoque anima, quam gratia destituit, penitus mortua est atque pabulum facta inferni, mors quippe peccatorum pessima.

Reducite quæso in memoriam Audio- Insignis res quod in passione Domini cōtigat prodigium: ut scilicet Christo in cruce moriente atque ex hac vita proficiscente tenebræ factæ sint super vniuersam tetram, ut terra contremuerit, sol deliquium passus fuerit, ac tota mūdi machina dissoluenda & in nihilum redigenda visa sit. Hoc ipsum quotidie in nobis accidere certissimum est: quando scilicet Christum, ut Paulus loquitur, peccatis nostris iterum cruci affigimus, cruci inquam animæ, & ille à nobis discedit: tunc tenebris vniuersam animæ essentiam cooperiri, solem rationis deliquiū pati, terram concupiscentiæ & affectuum contremiscere, peccatorum ac flagitiorum sepulchra referari, columnas gratiarum diffindi, deniq; omnia interius confundi ac pessum ire cernimus. Non igitur sine causa Pharisæis comminatur, dicens, *Ego vado.*

Q q Docuit

Simile,

Rom. 9.

Psal. 142.
3 Reg. 18.

Prædicatione
non pigrescit
is, at non
eprobatio.

Ose. 9.
Ier. 9.

Psal. 39.

Matt. 27.

*Lib. 8. de
caelo. 7.*

Docuit olim magnus ille Philosophus Aristoteles, & accessum & recessum solis corruptionis & generationis in hoc inferiori hemisphærio causam existere: verum multo maiori cum ratione dicere poterimus, gratiæ accessum & recessum, generationis & corruptionis in anima causam esse: eius enim accessus eam à vitiiis retrahit, recessus in ipsa obdurat: ea præsentem virtutes in anima vigent, merita ac bona opera efflorescunt, absente vero eadem, pœnæ & culpæ in animam ingruunt, eamque deprauant.

Rom. 9.

Dico igitur cum D. Paulo, *cu vult miseretur, ecce eius accessum, ecce conuersionem: Et quem vult indurat, ecce recessum, ecce obstinationem.* Illic de prædestinatione sermo est, hic minæ de reprobatione. Apertius adhuc in Exodo, vbi Dominus ad Moysen ait, *Ego indurabo cor Pharaonis.* vbi Augustinus exclamat, *Nisi cum abfuerit gratia mea, obdurabis eam nequitia sua:* atque hoc egregia similitudine declarat. Quemadmodum enim cum terra tota gelu constricta est, & obduruit, sole accedente ac radijs eam feriente, omne statim gelu dissoluitur, ac terra emollescit: ac sole occidente, ac radios subducente, ecce tibi iterum gelu omnia rigescere, & in primam duriciem conuerti. Ita quoque cum anima nostra fieri videmus, quæ cum congelata est: & peccati frigore, frigore inquam Boreali, cum quo Boreas noster non est comparandus, induruit, vbi primum gratiæ calor supernaturalis accedit, & eam radijs ferit, omnia statim dissoluntur, omnia emollescunt, ac prior illa durities abscedit. Verum vbi gratia iterum recessit, omnia nouo gelu incipiunt rigescere, & peruicacia obstinatioque animam inuadunt.

Calu. 1.

inst. c. 17.
Deus omnibus & singulis gratiam confert, qua sufficienter sal aut non ita magnam confert, vt quibusdam, vari possunt, non

Clementissimus igitur Dominus peccatores positine non obdurat, vt nefandus ille Caluinus blasphemans asserit, ac tantum per accidens, & permissiue: cum scilicet ijs gratiam & auxilium subtrahit. Et quamuis Deus nulli sufficientem, qua conuertatur & saluetur, gratiam neget: aliquibus tamen, iusto suo iudicio, eam haud ita liberaliter, idque propter grauissima, quæ prius commiserat delicta in quorum pœnâ & castigatio-

nem obstinationem illam & obdurationem in animam immittit, vnde illa profecta sunt. tamen efficacem

Similitudine porro & exemplo rem explicemus. Si medico diuersa & morbo consentanea medicamenta præscribenti, æger parere nolit, & in contrariam partem, venita & noxia comedendo, & a salubribus abhorrendo, annitatur, ægroto vero interea mori contingat, nulla culpa medico quasi minus petito aut minus diligenti imputanda est: at omnia in ægrum parere detrectantem refundenda sunt. Ita quoque de medico animarum dicendum est: qui cum peccatorem, veluti ægroto præscripto suo parere nolentem, & omnia contraria facientem, deserit: quid ei grauius, vel respectu obstinationis, vel perditionis, damnationis accidit, non Deo, sed ægroto refractario, qui proprii exitij causa existit, imputandum. Ieremias hinc à similitudine nostra non discedens ait, *Curauius Babylonem. Et non est sanata: relinquo eam, & hodie Euangelij nostri lectio, Ego vado. ac si diceret: iam triginta tribus annis in mundo vixi, tanto tempore vobis prædicauit, & vt ad me conuertamini, me agnoscat, & verba mea contemnit, Omnia vobis, quæ ad sanitatem vestram facere videbatur, remedia suggesti & proposui: præstiti quidquid in perito & diligenti medico desiderari posset: igitur iam dico vobis, Ego vado: Et si in peccatis vestris moriamini, non mihi, sed vobis ipsis ascribendum est.*

Ego vado. & quoniam Domine? quo tendis, quo proficisceris: Mane nobiscum Domine, quoniam aduersperasit, iam enim sero est, vita nostra in extremis est, ad vesperam ætatis iam ferme deuenimus, candelæ nostræ iam ad finem vergit, exiguus nobis vitæ superest terminus: ne igitur nos iam deserat: si tamen penitus tibi in animo abire infederit, nos saltem te sequamur. Sed quid pæis nos sequi non posse, iter in longinquas te regiones parare, quo sequi foret perdifficile, *Ego vado* quo, quoniam, & in quas regiones? *quo vos non potestis venire.*

O mysteria, & res admirabiles! vadit ad passionem, properat ad crucem, quo nos, tanta & tam graui supplicia, cruciatusque

tolera-

Heb. 1.

toleraturi, tam ignominiosam mortem subituri, sequi non possumus. Vadit peccatis totius mundi satisfactorius, quo creatura nulla poterat pertingere. Vadit ad dexteram Patris, ad quam nec Apostoli, nec ipsi Angeli aspirare poterant: *Cui enim aliquando dixit Angelorum, Sede à dextris meis?* nec ipsa quidem Virgo Deipara. Licet enim illa super omnes Angelorum choros sublimata sit, non ideo tamen ad dexteram Patris in regno cœlorum confidet.

III.

Relinquamus igitur iter hoc incognitum, & viam inuiam nobis & inaccessam: ac nostræ potius viæ instamus, textum Euangelij proficundo. *Et queritis me*, est hoc stromachantis animi indicium, quasi dixisset: Generatio prava ac viperarum genimina, ego è cœlo descendi ut te quæram: non aginta nouem oues in deserto reliqui, omnes, inquam, Angelorum turmas & legiones, ut te miseram ouiculam, errantem & scabie putidam quærerem. Tanto iam te quæro tempore, per decliua & accliuia, per deserta, per agros te indago, ut ad ouile redcam, & venire renuis. Vado igitur, & scio venturos aliquando dies, misella, quibus me quæras, sed dico tibi, *non me inuenies.*

Iudæi

Messiam

quærun,

& inueni-

renesciūt.

Isai. 55.

Sane quæsiuistis illum, ô Iudæi, in sepulchro, & minime reperire potuistis: quæsiuistis tum cum Roman. Imperatores Titus ac Vespasianus vallo vos cinxerunt. quin etiam nunc hodierna die, in vestro Thalmud, in Rabinorum scriptis, in Prophetiarum vestrarum serutis eum scrutamini, idque ipsis mille & sexcentis annis, *non inuenietis* amplius, abiit, decessit, euasit. *Querite*, igitur Christiani Christum *Dominum dum inueniri potest, inuocato eum dum prope est.* & *Dum tempus habemus, operemur bonum*: dum sol in nostro adhuc horizonte est, operibus incumbamus: nec expectandum est, donec luna surgat, & ruat Oceano nox. Non est ad vesperam quærendus Deus, vsq; ad noctem non est expectandum, nec in vitæ sinem & senium conuersio differenda est. O nos miseris, & frigidis! nos Deum festis sacrisque diebus solum quærimus, quærimus in periculis, necessitatibus, morbis, constituti in extremo mortis articulo: at cum fortuna ar-

ridet, & omnia nobis ad votū fluunt, illū negligimus, & è manibus nostris elabi patimur.

At in hac vita quærendus est, ut peccatorum veniā consequamur, non vero in altera; tunc enim quæremus, & non inueniemus. *Serius illū inuocasti ô epulo: serius venistis & clausâ ianuâ insensatæ virgines: nimis diu ô Esau venatus es. Vos vero apud inferos damnatæ animæ frustra Dei misericordiâ amplius inuocatis: & vos purgatorij incolæ, nolite de Deo loqui amplius, ne eum quæritis amplius, non enim inuenietis: cum, dum inueniri potuit, eum quætere distulistis: sed tandem adhuc inuenietis, at prius negligentia vestrâ supplicia perfoluenda sunt.*

Dicitur Alexander Macedo, cum urbem Alexandræ aliquam obsidione cinxisset facem accendere consueuisse, ac publica præconis voce e- in urbem dicere omnes qui sese, dum fax maneret accensione, victoris potestati tradissent, incolu- facem ac- mes fore: verum nullam extincta facespem cendebat, salutis reliquam superesse. Sane ad eundem & quam nobiscū agere modum videtur Deus, quando nimirum conscientias nostras inuadit. An non auditis, ut quotidie iam in Quadregesima auribus nostris per Prophetas tubâ suâ insonet: *Conuertimini ad me*, tradite vos vestraq; omnia, aperite mihi portas vestras; & alibi: *Querite Dominum dum inueniri potest*, quam diu vitæ huius fax ardet: nam vbi illa extincta erit, post mortem scilicet; nullus indulgentiæ aut misericordiæ locus est.

Prudenter sane magnus ille Ægypti Rex Insignis Pharaon fecisse videtur, cum fertilitatis tempore, & aureo sæculo durate, horrea condidit, in quibus frumentū reconderet. quod famis tempore in populi vsum cederet, & quod exteris ac vicinis liberaliter erogaret. Ita mihi non minus sapienter illi facere videntur, qui huius vitæ tempore, tempore inquam fertilitatis, cum tantillo labore tantaq; facilitate misericordia acquiri potest (audite enim scripturâ dicentem: *Miseris cordia Domini plena est terra.*) thesauros meritorum condunt, animæ horrea bonis operibus replēt & constipant, ut tempore calamitatis & siccitatis à fame spiritali immunes esse possint, quæ non septem annis, ut illa famis Ægyptiaca, verum in æternū duratura sit. Infelices por-

Luc. 16.

Matth. 25.

Gen. 22.

Ioel. 2.

Isai. 55.

Gen. 14.

Psal. 37.

ro illi insipientes, qui tempore messis in horrea frumentum negligunt inuehere; cum enim eos hyems æternitatis improvisos adorata fuerit, famem patientur ut canes.

Alius conceptus.
Leuit. 32.

Inter cæteras, quas Deus sibi offerri volebat aues erat & cygnus. Quamobrem potissimum bone Deus? Est enim auis pulcherrima, instar niuis candida, & cantus suauissimi. Verum quidem, sed non cantat, nisi ubi fata vocant. Est igitur cygnus reproborum figura, eorum scilicet, qui vitæ emendationem, morumque correctionem vsque ad extremum vitæ terminum differunt, & prius pœnitentiæ threnos & palinodiam non cantant, quam iam iam ex hac vita emigraturi.

Deus non inuenitur quam primum ut eum perdidistis, miseram inquam animam, animam à ministris, nouotodiorum, in errorem ductam, & à recto veritatis tramite seductam. Inuenietis eum in medio Doctorum, in medio veterum Patrum, non vero inter Nouatores. Hic eum inuenit Deipara, hic eum reperit anima; alibi vero non inuenitur.

Matth. 27. Vos vero mulieres, surgite tempestiuus, estote diligentiores: surgite saltem *orto iam sole.* exite e vitiorum Ierusalem, emite pretiosa bonorum operum aromata, Christum

Insignis conceptus.

quærite, & videte num in animabus vestris surrexerit. Vos autem Reges & Principes relinquitte Orientem, pacem cum sociis cõponite, ambitionem extinguite, mundum deserite, & ductu stellæ fidei, cum tribus regibus, pauperem Iesum Regem vestrum in stabulo iacentem in presepio reclinatû quærite, *ibi eum inuenietis.*

Luc. 1.

Philosophi Deum quærant in Eucharistia.

Vos porro Philosophi, qui Deum ubique & in omnibus quæritis, in inanibus imaginibus, in ideis, in natura, in æternitate, in terris categoriarum vestrarum indagatis, relinquitte vanitates illas, deserite curiositates, & eum in Eucharistia, magna cum humilitate, idque fide Catholica, potius quærite. Vos quoque Theologi, qui Deum in abditissimis etiam locis quæritis: modo sc. in duabus naturis in vna hypostasi subsistentibus, & in rubo illo ardenti incarnationis: modo alia quadam ratione, in trib. scilicet personis & vna eademque natura, in profundo SS. Trinitatis

mysterio: relictis sublimibus hisce mysteriis, & præruptis præcipitiis, in quibus non paruum erroris periculum est, venite, quærite, adorare, conspiciate eum in cruce, illic enim reperietur, *ibi eum inuenietis.*

Hem auditores, si Deum quætere differitis, cum tam facile inueniri potest, si pœnitentiam non feceritis: venturum mihi credite, aliquando tempus quo eum quæsituri estis & non inuenturi, imo in peccatis vestris morituri. In vos hoc quadrat, hæresiarchæ, Hæresiarum de vobis conuerso nomine hæc fabula narratur, pestes & furia infernales, quæ quotidie animas in exitiale periculum trahitis, ac contra veritatem, cõtra conscientiam, contra Dei timorem pugnant, vobiscum in æternam damnationem deuoluitis. Reducite vobis in mentem, tragicam & funestam prædecessorum vestrorum catastropham: tristitem inquam exitum gigantum illorum, Arii, Manichæi, Pelagij. Reuocate in memoriam horrendum illum finem ac miserum vitæ Epilogum maiorum vestrorum Lutheri & Caluini. An non omnes hi in peccato mortui sunt? an non in extremis de venia impetranda desperantes hinc discesserunt? Cauete igitur vobis, o sacrilegi ministri, nefariorum parentum nefariæ proles, caute, inquam, ne in peccatis vestris moriamini. In vos etiam, o obdurati peccatores & pertinaces, hæc dicta sunt. Ita namque cum omnibus tuis copiis in mari rubro mortuus & submersus es Pharao. Ita rebellis Absalon qui aduersus patrem clementissimum collecto exercitu insurgens, & nunquam peccatum volens agnoscere, exspirasti. Ita vos Sodomitæ, verbis Angelorum & Loti minimo credentes, estis extincti. Ita denique vos primi mundi incolæ, qui Noë monenti ac tanto tempore prænuntianti auscultare nolulistis in peccatis vestris mortui, diluuij vndis estis suffocati. At melius & prudentius, vos Niniitæ, egistis, qui Deum, dum inueniri potuit, quæstulistis, & ad primam Prophetæ prædicationem, à vita vestra pessima ad Deum toto corde estis conuersi.

In peccatis vestris moriemini, id est, con- *Ioan. 3.*
demnabimini. anne igitur Deus alicui dam- *Deus non*
natio-

potest peccatori damnationem suam reuelare. nationem suam reuelare potest? an peccatori sententiam mortis irrevocabilem potest suggerere & manifestare? Non equidem existimo. hac enim ratione fieret, vt anima in desperationis barathrū præcipitarentur. Hoc saltem constat, Domine, atque etiam credo, quod licet mihi me damnandum reuelasses, humiliter responderem. Bene quidem clementissime Domine, si in peccato perseverem, non vero, si facta pœnitentia me ad te conuertero. Iustitiam tuam quidem pertimesco, hoc tamen mihi de te confusus arrogare audeam, ac dicere, quod, quamuis nomen meum in libro reprobatorum & damnandorum consignasses; si in hac vita pœnitentiam egero, te, (ignosce, si loquar audacius) nomen meum delere, atque in electorum me numerum cogam ascribere.

Quid vero impedit, quo minus hoc liceat dicere: Dauid mihi præiuit, ac viam monstravit dicens: *Deleantur de libro viventium, & cum iustis non scribantur.* Deniq; benignissime Domine, condidisti me quidem sine me, at me sine me damnare non vales. Hoc enim bonitati tuæ aduersatur, & libertati meæ patrocinatur.

Est igitur sententia hæc comminatoria, & interlocutoria, appelletur prout libitum fuerit, non vero definitiua & certa. Nolite itaque o anima pauidæ & meticulosæ ad hanc prædestinationem & reprobationem consternari, nolite credere quidquid ministri vobis & heretici insurrerent. Verum credite & quidem firmiter, nunquam vos damnandas, quod damnadas præiuderit Deus: verum, quod ipse ab omni æternitate nunquam vos pœnitentiam de peccatis acturas, & in iisdem morituras præiuderit: Ita vt dicere liceat, vestram vobis periuicaciam & obdurationem, non vero Dei præscientiam, damnationis causam futuram.

Quamobrem clementissime ac benignissime Domine, qui hominem ad damnationem minime creasti, & non vis mortem peccatoris: sed magis vt conuertatur & viuat, quiq; cum quotidie vt pœniteat expectas: Concede nobis, obsecro, tempus, gratiam & animum, vt dignam pro peccatis pœnitentiam agamus, & quamdiu vitæ fax

ardebit, bonis operibus incumbamus. Ante omnia vero mane nobiscum, noli nos derelinquere, noli nos gratia tua destituere: nihil enim nobis aut funestius, aut acerbius accidere queat. Quod vero omnium est miserimum, cum te iam amiserimus, periculum est, ne te quærentes vniquam amplius deinde inuenire possimus, & peccatis nostris moriamur. Auerte hoc igitur à nobis, aufer calamitatem hanc ab animis, ac triste hoc infortunium certicibus nostris imminens procul repelle. At largire nobis gratiam, tuorum nobis aperi donorum thesauros, ac semper nobiscum permaneto: illa namque vera est ratio, qua in librum electorum tuorum, quo ad præsentem quidem iustitiam in hac vita & quo ad gloriam in altera spectat, referamur. Amen.

FERIA III. POST DOMIN. II. QVADRAGESIMÆ.

Partitio.

- I. De fide & obedientia Ecclesie prestanda.
- II. De Cathedra.
- III. De Scribis.
- IV. De Pharisæis.

Super Cathedram Moysi sederunt Scribae & Pharisæi. Omnia quaecunque dixerint vobis, seruate & facite. Matth. 23.

FIGVRA.

POTENS ille Persarum Monarcha Darius super omnes regni provincias ac regiones eentum ac viginti satrapas, veluti regni custodes & Episcopos constituit: ac super omnes hos Principes tres ex quorum numero Daniel omnibus negotiis superintendentes simulque decreuit, vt priores satrapæ tribus illis rationem redderent, simulque obedientiam præstarent: atque illos veluti maiestatis regie vicarios, omnes regni subditi agnoscerent. Id vero, quod olim Darius in suæ reip. statu, ad regni regimen & gubernationem, præstitit, Deus regum

Qq 3 Rex.

Rex & dominantium Dominus, in causa religionis, in lege Mosaica, propter legitimam & rectam synagoge administrationem, semper obseruauit. Constituit enim Scribas & Phariseos veluti satrapas & duces populi; & summum Sacerdotem ac Pontificem: veluti vicarium suum generalem, in iis quæ ad rectam legis obseruationem, & cultum Dei verum ac legitimum pertinerent, præesse voluit. Itaque hodie populo persuadet, vt eorum voluntati in omnibus obtemperet, eorum monitis auscultet, & perfectam obedientiam præstent, *Omnia quæcunque dixerint vobis, seruate & facite.* Ecce præceptum. Cætera, vbi Virginem salutatione Angelica salutauerimus, dicam:

A V E M A R I A .

Apopht. Platonis.

LUC. 12.

Considerationes de S. Petro.

Princeps ille ingenij ac doctrinæ Plato, tum demum beatas res pub. fore dicebat, cum aut Philosophi eas regerent, aut qui regerent, philosopharentur. Quam beata igitur ac felix Christiana resp. Ecclesia, inquam, Christi, quæ à tot iam retro annis & sæculis, semper à S. Petris, Greg. Urbanis, Sixtis, Innocentiis, Clementibus aliisque summis Pontificibus, viris tum sapientia, tum prudentia rerum singulari, & tanta è cælo gratia dotatis vt nunquam in gubernatione ac regimine ne minimum errare potuerint, fuit gubernata. An non meministis, quod olim Petro adeoque in illo Successoribus eius à Christo dictum sit? *Ego pro te rogaui, vt non deficiat fides tua.* Nunquam illa dies illucescet Petre, quæ refractum & quassatum videbit, nunquam illa quæ te sub persecutionum pondere ac mole videbit fatiscentem. Eris, eris ille Atlas, qui humeris potentia tuæ non cæli machinam orbiumque cælestium pondus, sed omnium fidelium necessitates & negotia sustinebis. Eris rupes illa, illa petra innuincibilis, quæ in mediis vndis sita omnem ventorum, fluctuum, ac procellarum rabiem exhibebit: *Et porta inferni non proualebunt aduersus eam.* Eris denique vallum illud æreum ac columna ferrea, de qua Ierem. vallum, in quâ, quod aduersus omnes Tartari incurfus & impetus, aduersus omnes mundi insidias & op-

pugnationes infractum & inconcussum permanebit: *Dabo te, in columnam ferream, & in murum æreum super vniuersam terram.* Felicem igitur ac vere beatam temp. à tam eximiiis ducibus administratam. Quocirca mirandum non est, si tanto tempore imperterrita perseueraueris, ac modo perseueres, cum te tot inuicti Cæsares, tot infracti Hercules, tot insuperabiles Alexandri, tam sapienter, tantaque prudentia, tam longa annorum serie, gubernarint.

Referunt Atheniensem quendam Regi Theopompo olim dixisse: Mirum non esse, si Resp. Lacedæmoniorum tanto tempore floret, cum Principes & Reges eam tanta gubernent prudentia & sapientia. ac Regem deinde respondisse, Tum etiam, quod populus tam prompte Regum legibus obtemperet. Id ipsum de Ecclesiastica republ. dicere merito possim, mirum sc. non esse, si Christiana illa Monarchia tanto tempore vigeat, cum rectores eius & moderatores tam sapienter ac prudenter eam gubernent, & subditi eorum legibus tam libenter ac prompte pareant, & iussis auscultent.

Ipsa namque subditorum obedientia & parentia, regni & imperij, ipsius quoque Ecclesiæ, robora sunt ac nerui, ac balistæ fortissimæ quibus sese contra omnes insultus defendat: quippe *omne regnum in se diuisum desolabitur;* vnica enim seditio, vnicum dissidium, vnica pernicia & refractaria voluntas, temp. funditus euertunt ac demoluntur.

Hinc nihil vnquam Deus aut efficacius aut diligentius nobis præcepit, Auditores, nos Deum quam vt Prælati, Pastores, Episcopi, Ecclesiæque suæ Doctoribus pareamus: *Qui Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus,* ait ipsa veritas. & in Euangelio Luca: *Qui vos audit, me audit.* quasi diceret: Magnificite, ô Pastores, commissum vobis negotium, magnitudinem eius & splendorem perpendite, cogitate vobiscum, quo in gradu honoris constituti sitis. Quicumque enim vos audit, & paret, paret & mihi: & contra, qui vos spernit, me spernit. Paulus quoque; Apostolus eodem eos inuitat, dicens: *Obedite præpositis vestris: qui enim potestati resistit, Dei ordinationi resistit.* Ecce quoque nouum

uum in Euangelio hodierno præceptum : *Super cathedram Moysis sederunt Scribæ & Phariſæi. Omnia quæcunque dixerint vobis ſeruate & facite.* Cum igitur ipſe iam cathedram conſcenderim, primo vobis de cathedra hac verba faciam, ac deinde de ijs qui ſuper hanc ſederunt.

II. Quod ad cathedram igitur ſpectat, per cathedram Moysis, Petri cathedram: id eſt, ſummi imperij ac poteſtatis locum, ac doctrinæ certiffimæ, quæque falli non poteſt, auctoritatem, intelligimus. Ita porro id explicat magnus ille Ierofolymorum antiſtes Cyrillus: *Non hic, inquit, ligneam cathedram, ſed doctrina ſignificat poteſtatem.* Illa ſcilicet eſt cathedra quæ duabus clauibus clauditur & aperitur. *Tibi dabo clauis regni cælorum. vna earum auctoritas eſt, & quæ ad præfulles populi curam habentes ſpectat. altera vero doctrina, quæ ad doctores pertinet, qui poteſtatem legitimam ad ſcripturæ arcana reuelanda & explicanda acceperunt.*

Hæc eſt cathedra ſalutis, cathedra veritatis; cathedra benedictionis, extra quam & ſine qua nihil præter mædacia, errores, præſtigias, & impoſturas reperitur. Ita namque Cyprianus Cornelio ſcribit: *Qui cathedram Petri, ſupra quam fundata eſt Eccleſia, deſerit, in Eccleſia ſe eſſe non conſidat.* Eodem quoque modo Hieronymus epistoſa ad Damafum Papam: *Beatiſſimæ tuæ, id eſt, cathedra Petri, communionem conſocior, ſuper illam petram adificatam Eccleſiam ſcio.* O dignam tanto viro ſententiam! *ô verba niueo ſignanda lapidibus egregiam, regiam; ac Pontificiam cathedram! cathedram non Anthiochiæ, non Ierofolymis, non Alexandria, non Conſtantinopoli, ſed in medio Romanæ ciuitatis, in qua ad finem vſque mundi permanſura eſt, collocatam! Hoc eſt, quod doctiffimus ille Britannus Nicolaus Sanderus doctiffime ac diuine docuit: *Sicut, inquit, ſacerdotium legale per Leuitas inchoatum, & Deo volente, in templo Salomonis inſtitutum, ad primum vſque Chriſti aduentum ſemper durauit: ſic in nouo Teſtamento Pontificatus à Petro inceptus, & Dei voluntate Roma inſtitutus ad ſeculum vſque Chriſti aduentum perſeuerabit.* Quid dici his aut elegantius, aut doctius*

poteſt: an non argumentum hoc validum & plane efficax.

Hæc eſt denique illa cathedra, thronus ille regius, in quo poſt Apoſtolorum Principem Petrum ad noſtra tempora, quibus Clemens VIII. Eccleſiæ clauum moderatur, ducenti quadraginta Pontifices ſederunt, & præſederunt. Cathedra, inquam, triginta trium Pontificum, qui eam initio naſcentis Eccleſiæ tenuerunt, pretioſo purpurata ſanguine. Lucas Euangelifta, vt ſplendorem & magnificentiam generationis Ieſu Chriſti declararet à Iofepho, velut à montis pede ducens exordium per cõtinuam ſucceſſionem aſcendens, per Reges, Prophetas, Patriarchas progrediens, in Abraham eam inchoatã demonſtrat. Non aliter Sacra Romana Eccleſia, vt antiquitatem & maietatem cathedrae ſuæ ac throni oſtenderet, à Clemente VIII. (quem dominus conſeruet & viuificet, & inter beatas illas Vrbanorum, Sixtorum, Benedictorum, Piorum, Gregoriorum, & Alexandrorum animas faciat aliquando commorari) ducto initio, ad ſanctum vſque Petrum, continua ferie, & ſucceſſione imperturbata, & inde ad Ieſum Chriſtum, primam ſuam originem lapidemque fundamentalem, in quo ædificium hoc ædificatum eſt pertingit.

Propheta regius dignitatem ſedis huius, & cathedrae præſagens, tres alias ei cathedras peſte & abominatione infames oppoſuit, atque ab iſdem Pſalmorum ſuorum exordium ducit: *Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentia non ſedit.* Prima peſtilentiæ cathedra, eſt Mahometi, in Alcorano fundata: altera perfidorum Iudæorum, in Thalmudicis libris ædificata: tertia infelicis ac peſtilentis Caluini; cathedra inquam peſtilentiæ, cathedra falſitatis, cathedra erroris & blaſphemia. At in cathedra Romana ſunt miracula, de ea, & in ea prophetæ veteres vaticinati ſunt; in ea dona linguarum intelliguntur, in ea exorcismi pollent ac poteſtatem habent, Cathedra, è qua fulgura excommunicationum, cenſurarum, tonitruum, peccatorum remiſſio; contra-

340. Pontifices poſt S. Petrum. 33. martyrio affecti.

Pſal. 1.

Romanæ cathedrae priuilegia

controuersiarum decisio, hæreticorumque dogmatum declaratio proficiuntur. Cathedra, quæ totum mundum iudicat, quæ tamen ipsa à nemine iudicari potest, vt Imper. Constant. olim dixit.

Sola veritas in Ecclesia est. Paucis vt dicam, hic est cathedra veritatis: nam veluti Phœnix, cui similem reperire non est, non per omnes aeris regiones volitat, sed in solis Arabiæ petris reperitur; Ita quoque veritas, quæ instar Phœnicis vnica est, nusquam nisi in Ecclesia, nisi in petra Ecclesiæ comparet; hinc eam Paulus Colum-

1. Tim. 2. *nam veritatis*, quasi petram, in qua vnica illa auis veritatis nidificat, appellauit. Margarita illa Euangelica, si forte meministis, non nisi in domo potuit reperiri, quo edocemur, adamantem illum veritatis non alibi, quam in domo Iesu Christi, in hac scilicet cathedra, posse reperiri. Noli eam amplius Democrite in puteo submersam quærere; non enim nisi in hac cathedra reperitur: cathedra inquam non lignea, sed marmorea, sed petrosa, *Et supra hanc petram adificabo Ecclesiam meam, & porta inferi, fulgura, venti, turbines, & procellæ non præualent aduersus eam.* Cathedra bene fundata, cuius fundamentum Christus est, cuius columnæ, bases, & sustentacula Apostoli.

3. Reg. 10. An non audire vos aliquãdo meministis, Thronum illũ Salomonis, duodecim leuinculis suffultũ fuisse? *Fecit etiam Salomon thronum de ebore grandem, & vestiuit eum auro fuluo nimis, & duodecim leuinculi stantes super sex gradus hinc atque inde, non est factum tale opus in vniuersis regnis.* Videbitis hic rem plane similem: videbitis hic thronum pontificalem; duodecim Apostolorum fide subnixum, fundamenta eius in montibus sanctis. Per sanctos hosce montes Propheta Apostolos intelligit, super quos Ecclesia velut super Caucaſum vel Athon fundata est.

Psal. 88. Hæc illa est fides, hæretice, quam tam nefarie, tam iniure, tanta calumnia, tantaque iniuria, blasphemio ore cathedram pestilentiæ, cathedram Babylonicam, cathedram idololatriæ, denique cathedram Antichristi aude nominare. Scisne miser & infelix, quis sit Antichristus ille futurus? no-

v. Theſſ. 2. stine quid sacra Scriptura dicat? *Homo pec-*

cati, filius perditionis, qui extolletur supra omne quod dicitur Deus. Anne vnquam audiisti summum Pontificem, summum illud Ecclesiæ caput, Papam Romanum, (eo eum appelles nomine, quo lubuerit, modo fidelium omnium caput esse dicatur) eum inquam, qui Ecclesiæ præſidet, quique in hac cathedra sedet, eo vnquam impudentiæ processisse, vt sese vel Deum, vel Christum vel Angelum nominarit: Nequaquam Auditores, eo enim amentariæ nondum venit, nondum tanta eius fuit ambitio. Verum enim vero ea semper Christi Vicariorum fuit humilitas, vt etiam vilissimis & abiectissimis sese nominibus voluerint appellari, omnium sese pedibus subiiciendo, ac seruos seruorum Dei & nudos Christi vicarios sibi titulos, maiores sibi dignitates arrogaturus est.

Verum hæc est illa sedes & cathedra, quæ Antichristum, & omnes eius socios & alle- oppug-
clas oppugnat & pessundat: hæc est illa, quæ nat, &
vitia omnia, & hæreses imprimis, castigat hæreses
& arguit. Illa, illa cathedra est, quæ sub Sil- expugnat
uestro Pontifice in Concil. Niceno Aria- Anno 325
nam hæresim, Iesum solum esse hominem, non vero simul Deum, asserentem, con- Anno 381
demnauit. Hæc illa est, quæ sub Damaso, in Concilio Constantinopolitano Macedonium & Eunomium, in Spiritum sanctum blasphemos & iniquos profligauit. Hæc illa est, quæ sub Cælestino in concilio Anno 430
Ephesino Nestorij impietate, duas in Christo Personas asserentem, confutauit. Hæc est deinde illa sedes, quæ sub Leone primo in concilio Chalcedonensi, Eutychetem, vnicam in Christo naturam promulgantem, Anno 451
redarguit & confregit. Hæc est etiam cathedra illa, vt Euangelij nostri verbis credamus, supra quam Scribæ & Pharisei sederunt. *Super cathedram Moysis sederunt Scribæ & Pharisei.*

Porro Scribæ, qui super hanc cathedram III. Scribe Do-
sedet, ipsi sunt Doctores, quos Deus in Ec- ctiores Ec-
clesia sua esse voluit. *Alios autē dedit doctores,* cleſiæ do-
ait Paulus: & his obediendum est, horum do- ctina de-
ctrina sequenda, atque omnia quæcunque notant.
docuerint præſtanda: *Omnia quæcunque dixero- Ephes. 4.
vint*

rint vobis, servate & facite. Hi enim sunt nuntii, & legati cœlitus missi quibus in omnibus credendum est: sunt pædagogii & magistri populi Dei: nam *Labia sacerdotis custodiunt scientiam & legem requirunt ex ore eius.*

Malach. 2. Sunt tubæ & præcones verbi Dei: sunt voces clamantium in deserto. Ieiunate, Eleemofynis peccata vestra redimite, & facite fructus dignos pœnitentię: hi sunt Iona: qui in civitatibus & urbibus magna voce inelamant,

Concionatores. *Ion. 3.* *Adhuc quadraginta dies & Luetia subvertetur.* Hoc triste tibi nuntium afferre possum

Iuan. 8. Luetia: nunquam enim tanta fuit Niniues, Assyriæ Metropolis, sex mille passuum latitudine sua complectentis, dissolutio & luxus, quantus tuus modo est: quæ scilicet Sodomam & Gomorrham flagitijs, & abominationibus longe antecelset: *Omnia quæcumque dixerint vobis servate & facite.* Parisienses, Auditores Catholici, facite quidquid Concionatores faciendum præceperunt, auscultate voci Evangelicæ, obedite veri Evangelij præconibus. Hi namque sunt illi Nathanes, qui Regibus & Principibus iram Dei denuntiant, eorumque vitam nefariam corripiunt: hi sunt Iocles, Jeremiæ, Isaia, Ezechielis, quorum vocibus quotidie suggestus contrepant; quorum interminationibus & adhortationibus cathedræ pedestrepunt. *Conuertimini ad me in toto corde vestro.* Relinquitte fucum, exiite hypocritam: *Frange e, urient panem tuum:* date eleemofynas indigentibus, subleuate inopiam pauperum.

Isai. 58. Vere igitur vos, ô prædicatores, tubas Evangelicas appellabo; de quibus dicitur, *quasi tubæ alta vocem tuam,* tubas inquam, quæ muros Ierichuntinos ad terram deiiciunt, hoc est quæ obduratos & pernicaces animos concutunt, & tremore percellunt. Intonate igitur, exaltate vocem, date sonitum, vt omnes ad vocem vestram aures & mentem arrigant. Ecquæ vero vos patrat miracula? Lazaros ad vitam reuocatis, peccatores inquam, in peccatis mortuos, è sepulchris malarum consuetudinum exire cogitis. & ad Danielis Prophetæ exemplum, diuinitatis, somnia & conceptus, volupta-

Isai. 58. *Isai. 58.* *Isai. 58.*

Isai. 58. *Isai. 58.* *Isai. 58.*

Isai. 58. *Isai. 58.* *Isai. 58.*

Isai. 58. *Isai. 58.* *Isai. 58.*

Isai. 58. *Isai. 58.* *Isai. 58.*

Isai. 58. *Isai. 58.* *Isai. 58.*

Isai. 58. *Isai. 58.* *Isai. 58.*

Isai. 58. *Isai. 58.* *Isai. 58.*

Isai. 58. *Isai. 58.* *Isai. 58.*

Isai. 58. *Isai. 58.* *Isai. 58.*

Isai. 58. *Isai. 58.* *Isai. 58.*

Isai. 58. *Isai. 58.* *Isai. 58.*

Isai. 58. *Isai. 58.* *Isai. 58.*

Isai. 58. *Isai. 58.* *Isai. 58.*

Isai. 58. *Isai. 58.* *Isai. 58.*

Isai. 58. *Isai. 58.* *Isai. 58.*

Isai. 58. *Isai. 58.* *Isai. 58.*

Isai. 58. *Isai. 58.* *Isai. 58.*

Isai. 58. *Isai. 58.* *Isai. 58.*

Isai. 58. *Isai. 58.* *Isai. 58.*

Isai. 58. *Isai. 58.* *Isai. 58.*

Isai. 58. *Isai. 58.* *Isai. 58.*

Isai. 58. *Isai. 58.* *Isai. 58.*

tes quoque cœlestis illius Nabuchodonosor exponitis, atq; idola peccati & hareseos in mundi huius Babylone, penitus comminuitis & demolimini. Vos hoc in mundo facitis, *Gen. 41.* quod olim in Ægypto fecit Ioseph: explicatis enim somnia, id est, desideria & voluntates æterni illius Pharaonis. Adhæc similes vos Angelis esse dixero, nam quemadmodum illi quidquid in terris agitur, in cœlum celeriter deferunt; ita vos, quidquid supra cœlestes orbis procul ab hominum conspectu geritur, hominibus in hoc mundo denuntiat. Docet hoc me Propheta Malachias, qui hoc vos nomine condecorat. *Quia Angelus Domini exercituum est,* O nomen & dignitatem vere diuinam. *Mal. 2.*

Recordor, tercio in passione Domini gallum cantasse, tertio quoque periurum Petrum exiuisse foras, & lacrymas pœnitentię effudisse. Cum penitus gallum hunc considero, verum Evangelij præconum exemplum, & figuram in eo videre videor. Excitat namque dormientes gallus, & stertentes cogit surgere: ita quoque concinatores peccatores graui lethargo ac veterino sopitos excitant, eque vitijs, in quibus alium dormiunt, cogunt surgere, atque ad laborem pœnitentię adhortantur. Ad galli cantum Petrus peccato liberatur, & in lacrymas penitus resolutur. Concionatores quoque ad galli similitudinem singulis diebus mane in hac cathedra cantant, peccata vobis in memoriam reducunt, atq; ad vocem eorum, ad eorum exhortationem omnes, modo sapiat, cum S. Petro peccata deserunt, & pœnitentia salutari eadem emaculant. O igitur gallos admirabiles!

Matt. 27.

Matt. 27.

Matt. 27.

Matt. 27.

Matt. 27.

Matt. 27.

Matt. 27.

Matt. 27.

Matt. 27.

Matt. 27.

Matt. 27.

Matt. 27.

Matt. 27.

Matt. 27.

Matt. 27.

Matt. 27.

Matt. 27.

Matt. 27.

Matt. 27.

Matt. 27.

Matt. 27.

Matt. 27.

Matt. 27.

Gm. 41. ris. Vos estis illi domus custodes & œconomi, quibus in palatio Salomonis omnia commissa sunt. Vos estis limpidi illi fontes Helin, qui salubres & dulces doctrinæ aquas effunditis, quibus stricte animas reficitis, terram irrigatis, solitudinem & deserta, quæ prius præ virtutum inopia exarescebant, sæcunda redditis. Vos estis illi tribuum Principes, quibus præcepta & monita salutaria populo denunciare incumbit, quibusque regimen ac gubernaculum commissum est. Vos estis portæ illæ templi, quas describit, Ezechiel; per vos enim infinita hominum multitudo ad Ecclesiam tum militantem, tum triumphantem debet ingredi. Vos denique estis Pharisei illi, super Cathedram Romanam sedentes, idque tanta auctoritate & maiestate, ut omnia quæ dixeritis credenda, & quæ iusseritis, præstanda sint.

Verum quanta dignitatis & auctoritatis vestræ maiestas est, & amplitudo, tantum quoque in eis periculum situm est: quippe qui magno vos discrimini exponitis, si non excubetis, & diligenter in omnem partem vigiletis. Quemadmodum enim Eleazarus Iudæus, cum Elephantis molem corpore sustinere vellet suo, sub pondere oppressus est: ita quoque, tantum vobis aliquando onus & molem imponitis, ut vobis sub pondere fatiscantibus, anima iuxta & corpus in extremum discrimen adducantur.

Quemadmodum enim cum cœlum terra minatur, fulmina ei aculatur, & iisdem summæ montium iuga percutit: ad eundem planctum Deus, cum populi peccatis ad iracundiam excitatur, Præsules & ipsos Ecclesiæ vertices ferit, in eosque iræ suæ fulmina, veluti in montes locaque eminentiora, ei aculatur. Sit vobis hic in exemplum Heli, qui cum summum Pontificatus esset apicem consecutus, & non ex ratione & æquo dignitatem suam administraret, graui morte multatus fuit.

Egregium Refert summus ille morum magister Plutarchus Periclem reipubl. Atheniensis Principem, cum eiusdem ei reipub. gubernacula commissa essent quoties vestem dignitatis suæ insigne, ad senatum iturus indueret, dicere solitum: *Attende tibi Pericles, Græci sunt,*

quos regis liberi sunt, ciues Athenienses sunt: id est, seditiosi & tumultus auidi; non tamen barbari, sed libertatis cupidi; Athenienses sunt omnium scilicet mortalium ingratiissimi, qui Socratem, Phocionem, Aristidem, aliosque infinitos meritis & honore summos, turpiter, aut in exilium pepulerunt, aut morte ignominiosissima, magna sua infamia probroque affecerunt. Id vobis dictum puteris & Præsules, ut quando nimirum vestes Pontificias & Episcopales induitis, cum mitras capiti templum adituri imponitis, oneris vestri periculum consideretis. Perpendite vobiscum discrimina quæ vobis subeunda sunt, ac cum magno illo Pericle dicitur: Attende tibi o Episcopo: anima sunt quas regis, Christiana sunt, pretioso Salvatoris sanguine redempta sunt. Aperi oculos Episcopo, ac tecum dignitatis tuæ onus perpende: considera, tibi animas esse regendas, animas inquam tam pretiosas, thesaurum ad eo seruari difficilem, rem, cui tam multi infidientur. Christianæ sunt, non barbaræ, aut pagana, ac pretioso Christi redemptæ sanguine; tantis doloribus, difficultatibus, molestiis acquisitæ, ut mortem, sanguinem, & passionem filii Dei vniueris iis necesse fuerit impendi.

Itaque vobis ipsis attendite, & in omnem partem circumspicite, ne quid grex vester detrimenti capiat: ideo namque Episcopi, id est, inspectores, estis nominati. Exhibete vos Argos vndique oculos, imitemini illa quatuor Ezechielis animalia, quæ plena erant oculis intus ac foris. Circuite gregem, diocesim vestram obambulate vigilando, excubando, adhortando, muneri vestro satisfacite, ac deinde aulis Regum ac Principum exite.

Prò dolor! quam vitis coloribus Euan-
gelij nostri Epilogus Præsules hos describit, corrupte-
& quam bene tempora nostra id edocent? la-
tanta quippe in Prælati superbia, ambitio,
tantaque vanitas est. dicunt enim, *non faciunt.* Ieiunia indicunt, & quotidie splendide epulantur, adeoque regifice, opipare ac laute, ut nulli hodie laudentur Apicii, nisi qui ex Episcopio prodierint. S. Pontifex Gregorius vitia sæculi sui, & corrupte-

lam fugillans, dicebat non esse proprium Episcopo, sed aulae regia, exotica piscium & altitium nomina nolle. Euangelium plura addit, & ait: *Volunt vocari Rabbi*, salutationibus vulgi inuigilant, ac captant susurros plebeculae, honorari & salutari gestiunt. Neque enim iam amplius *Dominus Episcopus*, sed *Dominus meus*, inualuit.

O vanitas vanitatum, o tempora infelicia, o calamitatem & infortunium inauditum! ac tuum, praesertim, o Gallia, quae plena es huiusmodi Episcopis, quin & pueris, ut sic dicam Episcopantibus. Vere igitur lacrymans ac suspirans de te Propheta illud dixerit: *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii*. Loco Martinorum, Hilarionum, Martialium, Dionysiorum, Remigiorum, qui dicebant & faciebant, iam pueros consecuta es, qui nec dicunt, nec faciunt: nec enim concionari, aut bene operari norunt.

Quamobrem, Deus aeternae, pastorum omnium Pastor, Episcoporum omnium Deus, & summum Ecclesiae caput, fideles Ecclesiae tuae ac probatos pastores procura, praeciores ei Doctores elargire, concionatores & operarios strenuos in eam mitte, concionatores, inquam, qui vitia & flagitia coarguant; Doctores, qui haereses & prauarum opinionum pullulantes propagines eradicent; Praefules & Antistites, qui commisso sibi gregi eum laude sciant praesse. Quin etiam Domine, concede, ne pastores illi, quos super Ecclesiam tuam constitues, Pharisaeis hisce similes reperiantur, qui dicunt, & non faciunt; verum ut incipiant & facere, & docere, ut doctrina doceant, & operibus alios edificent. Porro, quando ingens felicitas illa affulserit, ut tales in cathedra Petri confideant, facientes scilicet & docentes; nos, quod nostrum erit, Omnia quaecunque dixerint, seruabimus & faciemus. In quo summa Euangelij nostri perfectio, & aeterna salutis exordium positum est: ad quam nos sanctissima Trinitatis membra, Pater, & Filius, ac Spiritus Sanctus perducere dignentur.

AMEN.

† † †

FERIA IV. POST DOMIN.
II. QUADRAGESIMAE.

Partitio.

- I. De ambitione perniciofa.
II. De tempore & genere petitionis.
III. De animo talis petitionis.
IV. De responso Christi negatiuo.

Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedaei, cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo. Matth. 20.

FIGURA.

BETHSABEE illa Davidis vxor, superba, Regis, quam quae maxime, & honoris sitientissima, coniugem suum ac Regem lecto defixum, ac sub graui aegritudine fatiscentem, extremosque trahentem spiritus, contemplata, genibus in terram prostratis, coram illo supplex proccidit, cum lacrymis & magna animi demissione supplicans, hanc ut ei viuens gratiam concedat, ut filius eius Salomon a morte patris in regnum & sceptrum paternum possit succedere. Hoc in nostro mihi Euangelio videor ad oculum expressum cernere, aut aliqua saltem ratione adumbratum. Contemplor enim hic non vxorem Davidis, sed Zebedaei: quae inani typo superbiae, & ambitione inflata, ut filios ad honorem sublimatos videret, cernens Christum ad mortem sese praeparantem, ac non nisi de morte verba facientem, eum accedit, ac genibus in terram prostratis eum adorans, suppliciter ab eo oratione postulat, ut filios suos commendatos habeat, & iam ad coronam euectus, vnum a dextris, alterum a sinistris collocet. Hoc ambitionis exemplar in matre hac expressum, hodierna vobis die ob oculos proponere, & spectandum praebere decreui: si Paraclerus nobis Spiritus sua gratia, & Deipara Virgo suis ad Deum precibus adesse dignentur. Recitemus itaque.

Ave MARIA.

Timon Philosophus, cum de vitiis & praedictis animi affectibus ageret, dicere solebat,

ambitio- bat, omnium malorum originem ac fontem,
 ac omniu & veluti elementum vnicam ambitionem
 malorum esse. Quod gentilis ille Philosophus, naturæ
 fontem tantum lumine illustratus olim dixit, idip-
 esse. sum & Bernardus Christianus, & fidem edo-
 Bernard. in cius, iisdem pene verbis: *Radix iniquitatis*
 Psal. Qui *ambitio, subtile malum, pestis occulta, vitiiorum*
 habitat. *origo, virtutum arugo, tinea sanctitatis, excu-*
 Sener. ap. 95 *catæ & cordium.* Diuine plane & erudite.
 Seneca quoque Philosophus, iisdem vesti-
 giis insilens, ambitionem vehementi tur-
 bini, ac procelloso comparauit: *Ambitiosus*
instar turbinis est, qui capra conuoluit, sed ipse
antea voluitur. Equidem diabolo eam com-
 parauero, qui Iesum in deserto aggressus,
 cum modo ad templi pinnaculum, modo ad
 sublimia montium cacumina subuexit, vnde
 omnia ei mundi regna ostēdebat dicens:
 Matt. 4. *Mittete deorsum.* Ambitio enim nihil profecto
 est aliud, quam furia quædam infernalis,
 aut furens quidam diabolus, qui homines in
 deserto mundi huius commorantes, versute
 & subdole aggrediens, modo eos ad templo-
 rum pinnacula, ad dignitates Ecclesiasticas
 obtinendas; modo ad fastigia & montes di-
 gnitatum, munioremque subleuat; è quibus
 pompas velut ante oculos positas ostendit;
 simulq; auribus insusurrat, ac suggerit: *Mitte*
te deorsum. Subleua te, extolle te, fortunam
 tuam constitue, rem tuam confirma, hinc te
 dato præcipitem, & profundo huic, & abyssis
 te immerge.

Ambitiosi Fabulantur Poëta, & non nisi fabulan-
 eū gigan- tur, gigantes illos olim, immania illa cor-
 ubus col- pora, Pelion Ossæ, ac Taurum Olympo, vt
 laci. hac ratione superis Iovem detruderent reg-
 nis, imposuisse, sed fulmine cœlitus vibra-
 to omnes ad terram prostratos captis desti-
 tisse. Verum hoc temerario gigantum ausu,
 & impio conatu, ambitiosorum mihi natu-
 ram optime expressisse videntur: Ambitio-
 sos enim vere gigantes esse dixerō, quippe
 quibus nihil in rerum ordine extet, aut de-
 formius, aut monstruosius. Hi sunt scilicet
 portentosi illi Briarei; centum manus habē-
 tes, vt rapiant & comprehendant. Hi sunt
 oculati illi Argi centum corpore oculos ge-
 stantes, vt omnib. visis omnia cōcupiscant.

Hi sunt spiritus illi mobiles, & omnia mo-
 uentes, qui dignitatem dignitati, munus
 muneri, diuitias diuitiis instar montium su-
 perimponentes, cœlo oblectari præsumunt.
 Hi sunt nefandi illi posteri Cain, in sacris li-
 Gen. 6. teris gigantes appellati, qui propter vita-
 morumq; peruerfionem, infortuniorum, ca-
 lamitarumque diluuium, regnis & impe-
 riis subinferunt. Hi sunt superbi illi Nem-
 roth, qui fortunarum suarum molem, veluti
 turrim Babel construere inchoantes, mille
 Respubl. confusionibus replent, ac totum
 terrarum orbem perturbant.

O rem inauditam! Gigantes solum ad- Ambitiosi
 uerfus cœlum arma mouerunt: at ambitiosi vbiq; ar-
 in cœlum, simul & in paradysum terrestrem, ma conci-
 in Iesu Christi sodalitatē, demique in tot-
 rum mundum arma sua tulerunt. Vix nam-
 deterioris que conditum erat cœlum, quin ecce statim ipfis giga-
 tantum princeps, & ambitiosorum cory-
 tibus. phæus Lucifer, montes illos cœlestes concu-
 tit, & exclamat: *Ascendam in altum, & ero sicut*
Isai. 14. milis altissimo. Adam vix in paradiso substi-
 Gen. 3. terat, quin statim turgere & superbire cœ-
 perit, ambitioniq; auscultarit dicenti: *Eritis*
sicut Dij. Vix Christus in mundum venerat,
 quin duos eius discipulos ambitio occupet,
 similes ei esse gestientes, ad dexteram, scili-
 cet eius hinc, & ad sinistram illinc in regno
 eius sedes affectando.

O infelix ac detestanda ambitio, quid nō
 mortalia pectora cogis! quo miseros mor-
 tales non præcipites agis? Per te factum est,
 vt Abimelech Gedeonis filius 70. fratres su-
 Iud. 7. os interfecerit, vt hac ratione ad regnum
 perueniret; & vt seipsum deinde etiam pari-
 ratione interemerit: *Et venit in domum pa-*
 4. Reg. 15. *tris sui in Ephra, & cecidit fratres suos Ieroboam*
 70. viros super lapidem vnum. Per te factum
 est; vt Athalia Ochosiæ mater, ambitione
 tumens, omnem regiam posteritatem dele-
 re & exstindere parauerit, vt hac via regnum
 ad se deuolueretur: sed paulo post Ioiadam
 suscitasti, qui ei quoque vitam auferret:
Athalia vero mater Ochosiæ, videns filium suum
mortuum, surrexit, & interfecit omne semen
regium. Per te factum est, vt superbus ille
 Aman, in Iudæorum omnium salutem ac
 vitam conspiraret; at deinde ope & auxilio
 Ri. 3. Iudææ

Iudææ mulieris vita simul & regis fauore exueretur: *suspensus est itaq; Aman in patibulo, quod parauerat Mardocheo.* An non igitur merito exclamem, O ambitionem infelicem ac detestandam! Vt pote quæ ad hoc nos incitat, ad quod perfidus ille Achitophel Absolonem olim incitauit. Persuasit nefarius ille confutor Principi adolecenti, vt aduersus patrem insurgeret, ac regnum attentaret, in quam rem duodecim ei hominum millia ad bellum delegit: vnde factum est, vt Absolon è bello fugiens ex quercu suspensus interfectus sit. Ita quoque perfida illa nos incitat, impellit & in aciem cogit descendere, vt honores consectemur: verum sæpenumero contingit, vt nobis exitium adferat, ac suspensi ex ingenti illa mundi arbore miserum in modum vitam amittamus.

2. Reg. 16.

Hoc ipsa quoque nobis, quod Pharao exercitui suo fecit: nam cum ille copias suas armatas in aciem produxisset, vt iniqua iniustaque expeditione populum Dei prosequerentur, in medio maris Rubri gurgite omnes amisit: *Reuersa sunt aqua & operuerunt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerant mare, nec vnus quidem superstit ex eis.* Sic nos quoque ambitio in aciem producit, omnibus nos honoribus armat, præter fas & æquum alterius nos facit dignitatibus inuidere, ac subito in diuinorum iudiciorum voraginem & abyssum nos demergit.

E. iud. 14.

Huius adumbratam similitudinem in demonibus intueor, qui, *exeuntes abierunt in poros: & ecce magno impetu abijt totus grex per præceps in mare, & mortui sunt in aquis.* An non hic edocemur, diabolum ambitionis, vbi semel animas nostras inuaserit, & iis dominatus fuerit, eas in mare æternæ damnationis præcipites dare? Ambitio denique est *mulier illa, de qua in Apocalypsi, circumdata purpura, & cocco, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, habens poculum aureum in manu sua, plenum abominatione, & immunditia fornicationis eius.* Illa namque non nisi ostro & purpura induitur, auro onusta est, aurea vasa manu gestat, omnibus plane mortalibus honores, diuitias, dignitates ac beneficia offert: verum perfida illa meretrix

Matth. 8.

. ioc. 17.

quidquid periculi, discriminis, & damnationis sub auro latitat, occultat.

Vidit in fomnis Nabuchodonosor Rex stauam, *cuius caput ex auro optimo erat, pedes autem & brachia de argento:* ideo vero noctu apparuit, ne deformitatem eius sol detegeret, nam *venter & femora ex ære, brachia autem ferrea, pedum quædam pars erat ferrea, quædam autem fæculis.* Eisdem quoque technis vititur ambitio: est namque staua, quæ non nisi magnatibus in vitis suis alcum stertentibus se manifestat: frontem auro ac diuitiis habet renidentem, coronis vndique redimitam, brachia argento grauata; de die ad virtutis lucem se detegere, & inter eos, qui procul a vanitatibus his vigilant, apparere non audet, ne aneum pectus ac stomachus æruginis vitiorum offuscatus, & pedes terrei, qui præter meram vanitatem nihil sunt aliud, hominum oculis paterent: in quos si minimus fortuna fragor ac lapillus incidere, omnia in cineres ac puluerem redigerentur.

Hic poro in Euangelio veram eius imaginem, ac typum viuis coloribus adumbratum videbitis. Matrem inquam filiorum Zebedæi: quam Euangelista, vt verum ambitionis exemplar nobis proponit, cui par fortasse nulla vnquam in mundo existit. *Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi, cum filiis suis.* De hac igitur hodierna die muliere loquamur, eiusdemque ambitionem paulo curiosius inuestigemus.

Mulier hæc quæ ambitione exæcata Matrem Christum accedit, ac filiis honorem & dignitatem petit, fuit Maria Salome vna earum, quæ passionis tempore in monte Caluarie Domino adhæserunt: vna quoq; earum, quæ summo mane Ierosolymis egredientes amara tulerunt, quibus Christum sepultum vngent: Vxor scilicet Zebedæi, duorum Apostolorum Iacobi Maioris, ac Ioannis Euangelistæ mater, quos Dominus præ cæteris Apostolis caros habuit, utpote qui illos testes Transfigurationis in monte Thabor, ac passionis socios in Oliueti monte habuerit. Hæc igitur fœmina cæca quadam ambitione incitata, vt filios suos ad honores & dignitates subiectos videret, hodie ad Christum accessit, vt

hæc filia
rum Zebedæi
Maria Salome
Marc. 16.

fit, vt eidem de meliore nota eos commendarer: *Tunc accessit mater filiorum Zebeda.*

II. *Matth. 20.* Euangelista, vt nobis mulieris huius importunitatem euidentius declararet, & ambitionis eius ardorem exaggeraret. *Tunc ait: vt cum seil. ad Christum accesserit, quando de passione sua iam iam instanti loquebatur. Cum enim iam Apostolis diceret, Ecce ascēdimus ierosolymam, & filius hominis tradetur: tunc mater filiorum Zebedaē ei supplicatum venit pro filijs. Tunc, cum Iesus de passione loquitur, mulier hęc de ambitione loqui incipit: cum Christus de humilitate, supplicii, ac tormentis, deq̄e morte sua ageret: mulier hęc non nisi honores, dignitates, ac quietem spirat. O foeminam excacatam, foeminam imprudentem! non est sermo, nisi de cruce, & sermonem de mundo importuna ingeris.*

2 Reg. 11. An non insignis Dauidi fuit contumelia, Vriam Hethæum ad delicias inuitare, cum hęc cum oratione generosus ille miles adorsus est: *Arca Dei & Israel habitat in papilionibus, & Dominus meus ioab & serus Domini mei super faciem terra manent, & ego ingrediar domum meam vt comedam & bibam:* Ego in delicijs vitam, & Ioab in armis: Ego in lecto suauiter stertam, & Ioab ad tubæ sonitum excubabit? An nō tibi miles hic, mulier ambitiosa, pudorem incuit? vides hic Arcā illam fœderis, sacram illam Christi humanitatem, inter ipsos inimicos iam pœnē versari: audis magnum illum ducem non Ioab quidem, sed CHRISTVM IESVM, non nisi de morte, de cruce, traditionib. passione, doloribus, ac cruciatib. agere: & tu honores somniabis tu ambitionem tibi finges.

III. *3 Reg. 1.* Magna sane Bethsabæ reginæ fuit importunitas, & non paruum impudentiæ signum, quod cum coniugem suum ac Regē lecto grauiter laborantem decumbere, atq; extremos trahere spiritus videret, nō instar prudentis alicuius matronæ solam ei aliquid attulerit, sed de ambitione eum interpellat. Maior adhuc Zebedaæ huius fuit importunitas. nam cum Deum, Redemptorē ac Messiam suum, passionis instantis imaginatione angi videret, cum illum ad passionē properare, ac morti appropinquare cer-

neret, tantum abfuit vt ei solatium aliquod attulerit & ægritudinem aliquam animi eius causam demonstrarit: vt præter inanis honores, dignitatesq; nihil meditaretur.

An non, o mulier vana, carnem hanc nostram, carnem, inquam, inanem ac superbi-entem designas? ita sane. Video enim cum animus ac mens de passione Iesu Christi, de ieiunijs, de pœnitentia, loqui aut cogitari incipit, *tunc* carnem hanc superbā & elatam non nisi honores, voluptates, delicias ac iucunditates spirare. Cum spiritus de morte gestit meditari, tunc carnem hanc, non nisi de tripudijs, gaudijs ac iocis cogitare. Stulta siquidem caro id ipsum plane spiritui facit, q̄ nefariæ filia: Lotho patri Loth enim ē Sodomiæ ac Gomorthæ incendijs liberatus cum pauidus ac tremebundus per agros fugiens, horrenda Dei iudicia secum volueret, rationemq̄e eadem declinandi excogitaret, filia non nisi incestum spirant, aliud non somniantes, q̄ cum dispēdio honoris voluptatibus operam dare, vnicam sibi ebrietatē proponendo. *Dixit t̄q; maior ad minorem, veni, inebriemus eū vino dormiamusq; cum eo.* Ita quoque cum miser ille spiritus ē Sodoma peccati, instar Loth, liberatus, diuinam iustitiam secum voluit, ac pœnas quas Deus peccatoribus destinauit sibi proponit, *Tunc, eodem seil. momento, nefandæ illæ filia, caro, inq̄,*

Gen. 19. & concupiscentia, omni eam ratione vino voluptatis inebriare conantur, & cum eo in tartareo peccati lecto adulterium committere: Tunc te o spiritus, o anima titillanti carni respondere decet, *nescitis quid petatis;* Ac imitare magnum illū ducem Iephte, atq; vt ille cum nefaria tua carne agere par est, Reuersus enim à cæde Ammonitarum, domumque voti quod in bello Deo vouerat. soluendi ergo profectus, filiam gaudio & lætitia exultantem, patrique tam prosperum belli euentum gratulantem, ac choros virginum ducentem, obuiam habuit: quam vt conspexit, quamprimum destinat aræ ac Deo immolare constituit. O anima, o Iephte, quando de peccatis, quæ veluti hostes te circumdant, triumphum agis post luculentam scilicet ac legitimam confessionem, vbi eadem subacta vidisti, teque ad pœnitentiam

Allegoria.

Gen. 19.

Allegoria.

Iudic. 11.

tentiam

rentiam pro ijs agendam conuertis, satisfactionis vota completura, si caro filia illa tua ouans præfultet, nõnisi risum, voluptatem, iocum, tripudia, aliaque inanes delicias quærens & ambiens, occide, vre, seca ac Deo immola, nam *sacrificium Deo spiritum contri- bulatum.*

Psal. 50.

Tum importuna igitur hora accessit ad eum mater filiorum Zebedæi, adorans & petens aliquid ab eo. Quid ais, mulier, quid postulas. Fare, age, eloquere ambitionis tuæ conceptum: Quid vis? Die ut sedent hi duo filii mei, vnus ad dextram & alter ad sinistram.

Oratio
matris fi-
liorum
Zebedæi.

Impetrata igitur loquendi facultate, genib. in terram prostratis, & adorans, hanc ei petitionem declarauit: Scio Domine potentem te Regem esse. Sæpe enim id ipsum declarasti, merita tua satis insinuant. Hinc est quod duos hosce filios tibi quam diligentissime commendem: sunt enim vnicum fenestris meæ solatium, ac longo iam tempore tuo eos obsequio destinavi: hoc eis honori est, quod tui sint ac propinquiorem habeas neminem: quamobrem alienis & externis eos præpone, ac præcipuas eis dignitates in regno tuo impetire: Iacobus maior à dextris, Ioannes vero nati minor à sinistris cõfideat. Notate arrogantiam & ambitionem illam non vulgarem. Fierine potest, vt huiusmodi in muliebri pectore dominetur: ita sane, ac sæpius quam in virili & heroico. An non Eua prima fuit quam terra hæc ambitionis pestis inuasit: quippe quæ diuinitatem affectabat?

Ambitio
semper in
reb. abie-
ctissimis.Gen. 3.
Ambitio
hederæ cõ-
paratur.

Quare non multum aberrauero, si ambitionem hederæ similem esse dixerò: quæ quamuis semper virens, parietibus tamen vetustate oblitis ac contractis maceris vt plurimum adherescit: ad quarum fastigium & summitatem cum paulatim serpat, sensim quoque parietes exedit ac tandem penitus diffrigit. Ad eundem quoque modum ambitio humiles vt plurimum aggreditur, animas inquam in fordibus ac peccatis putrescentes, ac prauis affectib. in muliebrenaturam degenerantes; quas vbi semel inuasit, sensim erodit ac deterit: donec tandem cum ad apicem ac principem earum partem peruenerit, penitus vno impetu diffricat ac de-

struat. Est & aliud vile arbuti genus, quod Ambitio viscum appellatur, quod humi nunquam similis ubi visco, q. in arboribus b. cretat. crescit, verum in aliarum arborum summitatibus: quoque magis illa senio aut annis obsoletæ sunt ac quodammodo euanescentes quo illud latius proueniat. & magis luxuriatur. Huius naturæ ipsa est ambitio: quæ nunquam in locis humilibus animoq; humilia sapiente radicem figit; sed in summis illis superbientium & elatorum animorum iugis, qui quo magis obsolet, ac peccatis corrupti sunt, quo illa sublimius exurgat ac radices agat profundius.

Ecce egregiam huiusce rei in sacris literis parabolam. Cum olim arbores comitijs indictis Regem qui eas tunc regeret, tum tueretur creare constituisent: nullo ex tanto arborum numero quæ regno sese parem & onerib. sustinendis iudicaret, præter rhamnũ reperta fuit: oliua, ficus, vicia, & reliquæ arborum principes honorem illi à se reiecerunt, & vnica rhamnus sese regno dignissimam iudicauit: *Dixeruntque omnia ligna ad rhamnũ, Veni & impera super nos: quæ respondit, Si vere me regem vobis constituitis, venite & sub umbra mea requiescite.* An non hic figura est in generosas illas & heroicas mentes ambitionem nihil posse, viles vero & plebeias vt plurimum inuadere ita vt vbi merita virtutesq; desunt, ambitio locum occupet. Referunt moderni scriptores qui Indiæ Occidentalis miracula describere herbam in Brasilia esse quæ in arenosis locis plantata crescat & vireat: in sæcundo solo ac frugifero exarescat. Eiusdem mihi ambitio conditionis esse videtur, quæ in arena peccati constituta crescat, inter deserta virtutibus carentia vireat & effloreat, ac in fertili solo, in anima sc. virtutibus exornata, deficiat & exarescat. Videte modo eam in muliebri pectore, in fœmina nautica, in piscatoris coniuge, exerentem cornua: quæ adeo vehementer eam exagitat, adeoq; sublime subleuat, vt regna & dignitates regias filijs suis audeat postulare. Quam importunam mulieris petitione Redemptor noster admiratus grauitur commotus, ac veluti iratus respondet, *Quid vis mulier?*

O dulcissime & clementissime Iesu, vnde cau-

de tanta in verbis tuis modo acrimonia, qui tanta haecenus semper benignitate interrogantibus respondisti? qui sit, ut ita rigide supplicem tibi mulierem, affinem, ac materem tuam alloquaris? An non meministi eius, quod olim toties inculcasti. *Quid*

Matt. 16.

quid orantes petitis, credite quia accipietis: Herodes Herodiadis filiae olim cum iuramento promisit; omnia sese illi, quidquid demum petisset donaturum. *Et iuravit ei, Quidquid petieris, dabo tibi licet dimidium regni mei.* Salomon Rex Bethsabeæ matri palatium ingressæ iuravit, omnibus eius sese petitionibus satisfacturum, eamque ad latus suum in solio collocavit: *Et dixit ei Rex, pete mater mea, neque enim fas est, ut auertam faciem tuam.*

Marc. 6.

Et tu Domine supplicem tibi mulierem repellis, cum tamen affinitate coniuncta sit, tanto te amore & honore prosequatur, teque supplicem adoret. Sciebat nimirum Dominus, petitionem eius nullius omnino momenti ac friuolam esse, ac proinde ait illi: *Quid petis?* Videt, & cognoscit, supplicationem inanem esse, atque ambitione plenam; hinc factum est, ut aures ab ea auerterit, eamque à se ablegarit.

3. Reg. 2.

Succinum omnes ad se festucas trahit præter basilicū
Succinum eius esse naturæ perhibetur, ut omnes ad se festucas & herbas attrahat præter basilicum, quod naturali quadam antipathia à se reicit, ac cui penitus resistit: Porro huiusce rei, naturalium rerum scriptores hanc esse causam aiunt, quod basilicum capitosa sit herba, quæ noxiis cerebrum vaporibus ac fumosis exhalationibus oppleat, atque ideo à succino eam reicit ac repellit. Iesus Christus, ut Paulus ait, *Lapis est, Petra autem erat Christus:* verum succinum est, nos vero omnes ac reliquæ creaturæ instar festucarum, has cœlestes illud succinum ad se trahit, omnibus gratiam elargitur, ad omnes misericordia sua se extendit: præterquam ad ambiciosos, quos Basilicum designare videtur, quemadmodum enim herba illa cerebrum fumosis opplet exhalationibus; ita quoque ambitio mentem phrenesi, inaniis, superbia, chimæris, ac furis complere consuevit. Succinum nostrum Christus, omnes alias ad se creaturas alliciens & inuitans; his solum resistit; ambiciosos solos

1. Cor. 10.

Tom. 1. Bessai Quadrang.

& non alios, à se reicit, ut hodie etiam cognatos suos ambitione laborantes ablegant, dicens: *Nescitis quid petatis.*

Non est igitur, quod amplius inclames & mulier, *Dic ut sedent hi duo filij mei.* Audierat nempe stulta mater dicentem sapius Dominum tertiam sese resuscitandum die, atque ab eo tum tempore regnum suum inchoandum. Sciebat etiam duas in regno Israel dignitates esse, in quas proxime scepterum ipsum deberet descendere: vnam quidem sacram, dignitatem videlicet summi Pontificatus, qui ea tempestate à Caipha tenebatur; cuius erat de sacrificiis, de legibus deq; cultu diuino prospicere, quiq; in omnia hæc potestatem habebat: alteram vero temporalem, ad reip. & regni gubernationem spectantem, quæ Herodes per Iudæam, Tiberii Cæsaris auctoritate adiuuabat. Intellexerat deinde à filiis Christum Petro Ecclesiæ primatum pollicitum fuisse. His omnibus igitur probe cognitis & perpenis, Christum præsumpsit accedere, atq; ab eo, ut filii eum præcederent, enixè contendere, dicens: *Dic ut sedent hi duo filij mei,* quasi dicere voluisset. Scio te Domine propediem ad regnum Israel sublimandum, & quoniam dignitates in aula tua conferendæ sunt, ecce accedo ad te cum filiis, ut eorum aliquam rationem habeas: æquum namque est te cognatos & affines aliis non postponere. Utinam dies illa aliquando eluceat Domine, ut te in regem constituto, vnum filiorum meorum in locum Caiphae in Pontificatu succedentem videam, & alterum in Herodis, Rempubl. scilicet & sacra, caeremoniasque tuis auspiciis, sub imperio tuo moderantes.

IV.

Matt. 8.

O stulta mater, & stultiores filii; nescitis quid petatis. De quo regno loqueris mulier? an de temporali ac terreno; an audies propediem, me dicentem, regnum meum non esse de hoc mundo. An vero de cœlesti: an non meministi olim me dixisse: *Quo ego vado, vos non potestis venire.* Creaturæ, Seraphini ac Cherubini eò nequeunt peruenire: locus ille soli mundi Redemptori referuatus est, *Qui sedet ad dextram Patris.* An non tibi sufficit arrogans mulier, filios tuos, piscatu vitam tolerantibus, plebeios, & nauticam ex-

Ioan. 2.

Psal. 44.

Ss

ercen-

Malach. 2. ercentes, in Apostolos, in mundi Principes ac capita Ecclesie esse constitutos? *Confite- rous eos Principes super omnem terram.* an ma- iori adhuc eos in dignitate positos videre ge- stis? Meminisse te oportet votorum & pro- fessionis olim ab iis factae, *Eccē nos reliquimus omnia & secuti sumus te:* & ecce iam eos ite- rum in mundo vis immergere, eosque ambi- tionem, quam ignorabant edocere. ane i- gnoras venenata illam pestem Angelis exiti- um attulisse, primos mundi incolas perdi- disse, Absolonem deniq; & Adoniam, Abi- melech, Amanum, ac plures alios, hac mi- sere inescatos, miserum in modum perisse? Idē profecto filiis tuis scias imminere, quos ambitione tua excæcare iam satagis, dicens: *Dic ut sedeant, &c.*

Sueton.
Nerone.

Iisdem sane ambitionis furis exagitata fuit Agrippina Neronis mater: quæ cum cō- sulto oraculo filium ad imperium quidem peruenturum didicisset; verum in Imperio matri necem allaturum, ambitione excæca- ta respondit: *Occidat modo imperet.* Eius nā- que ambitiosus genii ac nature est, vt se sua- que perdere non reformidet, modo desidera- tam dignitatem nanciscatur.

Ambitio-
sus draco-
ni compa-
ratur.
Solinus.

Tradunt naturalium rerū scriptores, tam calidæ tam feruidæ omniaq; digerentis na- turæ draconem esse, vt cum potu sese fatiare nequeat, apertis semper faucibus ventos cap- ret! vti hac ratione inclusum intrinsecus ardorem, æstumque intus adurentem extin- guat ac temperet: quin etiam si in mari ple- nis velis ac vento secundo exspatiantes na- ues videat, magno imperu eas præuertat, quo hac ratione aliquem ventum capret, vt sese vna cum nauibus sæpenuero perdat ac col- lidat. Huiusmodi quoq; draco ipse ambitio- sus est; adeo quidem cupidus & insatiabi- lis, vt nulla in mundo dignitas, quæ eius cu- piditatem expleat, reperitur: hinc semper apertis & hiantib. faucibus ventos captat, ad omnes nouas occasiones exultat, & anhe- lat: ita vt aliorum qui felici fortunæ vento in mundi æquore feruntur, felicitati inui- dens, eosque adoriens & inuadens, sese cum iis non raro in exitium & interitum pertra- hat. Vti in hac matre videmus, quæ fortunā salutemq; propriam negligit, ac perdere sata-

git modo Petri fortunam euertat, & filios in eius locū subroget. *Dic ergo,* fieri iube, fac vt filii mei sint veluti Iosephi sub Pharaone in Ægypto, Daniele sub Dario in Babylone, Mardochei sub Assuero in omnib. regnis ei?

Nescitis quid petatis: cum sc. honores filiiis tuis petis o mater, quid petas nescis. Tale o- lim responsum Salomon Bethsabeæ dedit, quando nempe illa palatium ingressa, Abisag Sunamitidem filio suo Adoniæ in vxorem petiit, *Quare postulas Abisag Sunamitidem v- xorem, postula ei & regnum?* Ita quoque & vos Zebediæ, *Nescitis quid petatis:* cum inanes mundi dignitates ambicis, misellos honores petitis, verè nescitis quid petatis: cur non potius cœlestem illam gloriam reg- niq; sempiterni beatitudinem postulatis.

Superba hæc discipulorum postulatio re- uocat mihi in memoriam, non minus arro- gans Iulii Cæsaris dictum. Hic cum quodam tempore Alpes transiens oppidulum quod- dam prætergrederetur, & centuriones tri- buniq; ab eo per iocum peterent, num & il- linc contentiones æmulationesque de prin- cipatu essent, respondit: *Mallet hic primus esse, quam Roma secundus.* O intolerandum ca- lati animi iudicium! Badem profus horum discipulorum fuit ambitio, quippe qui pri- mi esse maluerunt in mundo, quam in cœ- lorum regno secundi. O cæcos! *Nescitis quid petatis,* cum mundi honores & inanes titu- los ambicis. Laudat Maximus Valerius & merito sanè regem, cui cum diadema vna cum regno oblatum esset, prius quam capiti imponeret, manu id accipiens dixit: *O no- bilem magis quam felicem pannum! si tē homi- nes cognoscerent, ne humi quidem iacentem tol- lere vellent.*

Ad eundem ferme modum olim Antigo- nus Rex vetulæ eius felicitatem ac beatitu- dinem deprædicanti respōdit: *Si nosset, o ma- ter, quantis malu hic panniculus est plenus,* (diadema regium ostendens) *ne in sterquilio quidem iacentem tolleres.*

Vere, inquam, *Nescitis quid petatis:* cum ibid. 7. a quietem ante laborem postularis, pacem an- te bellum, mercedem ante opera, trium- phum deniq; ante victoriam, *Nonne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam:*
ac tum

Gen. 47.

Dan. 1.

Esb. 6.

3. Reg. 1.

Iulii Cæs.

ambitio.

Plutar. in

Apopth.

Roman.

Stob. serm.

49.

ac tum demum quiete frui? nescitis igitur quid petatis, cum super Christum extolli vultis, cum prærogatiuas, cum exemptiones petitis, quas Christus nunquam habuit, aut quæsiuit: *Non est enim discipulus supra magistrum.*

Quamobrem non est meum dare vobis. Hanc vobis postulationem annuere nequeo, nisi prius pugnetis: *non est meum*, id est, *non debeo*: non est par vobis gloriam dare prius, quam aliquid sustinueritis: illa enim veluti debita merces & remuneratio non nisi bene pugnantibus confertur.

Narrat in Apophthegmatis Plutarchus, Antigonum secundum Demetrii filium, adolecenti cuidam, nobilis quidem ac generosi patris filio, sed ignaui alioquin ac inertis, stipendium ac remunerationem laborum quos pater in regis olim gratiam subierat, postulanti, regium ac sefe dignum responsum dedisse: *Ego, mi adolecens, mercedem & munera dare propria non paterna virtutis causa digni soleo.* Eodem profus modo, licet tacite, Christus Rex noster Zebediadis hisce mihi visus est respondisse: Remunerari non soleo eos, quorum nulla sunt merita: & cum vos 6 Apostoli, nondum tale quid promerueritis, *non est meum dare vobis.*

Quamobrem Christiani nihil vnquam huiusmodi postulate, talibus amplius nolite cælum votis ac precibus fatigare: nolite in hoc discipulos hosce ambitiosos imitari: aut inaniter efferri, nec honores aut vanos dignitatum titulos affectare, nihilque amplius postulare, quam quod ad hanc vitam tolerandam necessarium sit: cætera enim quid obsecro sunt aliud quam vanitas, liquidum nihil, ac fumi vapor? quæ cum petitis, nescitis quid petatis.

Verè, inquam, Domine Iesu, nescimus quid petamus, quædo ipsum Nihil petimus, & Omne reiicimus, quando punctum rogamus, & infinitum contempnimus: quando temporalia querimus, & æterna amittimus: quando terram desideramus, & cælum cælestiaque negligimus: denique quædo ad mundi honorem aspiramus, & de æternæ beatitudinis gloria ne minimum quidem solliciti sumus: nos velut in tenebris ambulare ac

cæcutire ostendimus. Hanc igitur nobis gratiam concede, vt ambitiones has, infernales illos appetitus, inexplebiles illas cupiditates ex animo euellamus & penitus contempnamus. Hæc porro vnica nobis sit gloria & ambitio, quam Apostolo Paulo præ cæteris constat placuisse, qui in sola eruce gloriam collocabat, *Abstine mihi gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.* Vnica hæc nostra sit gloria, quam regius vates ambiit, cuius omnis ambitio in te solo diligendo sita erat, dicens: *Et à te quid volui super terram?* Maior nostra non sit ambitio, quam fuit illa Salomonis regum omnium sapientissimi, qui omnem mundi gloriam ludibrio habens, ait: *Vanitas vanitatum & omnia vanitas.* Denique omnis nostra ambitio sit integrum tibi obsequium deferre, perfectum amorem exhibere, ac fideliter in hoc mundo adorare, ac demum in altera vita te oculo ad oculum contemplari. Amen.

FERIA V. POST DOMIN. II. QVADRAGESIMÆ.

Partitio.

- I. De noxa diuitiarum.
- II. De diuitis purpurato.
- III. De epulone.
- IV. Quales sint diuites erga Lazaros.
- V. De viri usque morte.

Homo quidam erat diues, & induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Luc. 16.

FIGVRA.

PRÆCIPIT in Leuitico DEVS vt summus Pontifex duos in templum hircos coram Domino, ad ostium tabernaculi adduceret: quorum vnum Domino immolaret, alterum iniquitatibus totius populi & imprecationibus variis grauatim in desertum emitteret. Quo quid aliud, quàm diuersæ sortes, quibus duo illi, quos in Euangelio hodierno descriptos habemus expositi fuere, significantur. Videmus hic enim, non iam duos hircos, sed animalia duo rationis vsum habentia: vnū sc. diuitiis abundantem, quætorum vitæ

Ss 2 sua

Matt. 11.

Plutarch.
Apophth.
Reg.

Leuit. 16.

suæ tempus in deliciis & voluptatibus traduxerat, alterum vero pauperrimum & mendicum, scilicet Lazarum, qui toto vitæ suæ spatio inopiam tolerauerat, eodem tempore simul corâ Domino fuit. Vnus eorum, nempe Lazarus, ei oblatu fuit & benedictionibus completur: alter vero, diues scilicet epulo, peccatis & imprecationibus grauat, instar fatentis hirci, non in desertum, sed in tartari barathrum, sempiterna supplicia toleraturus detruditur. O diuersos rerum casus! ô dissona in vtroque iudicia! Vt vero aliquid, quod vobis omnibus prodesse salutique vestræ queat conducere, proponere possimus, Spiritus sancti opem & auxilium imploremus, in eamque rem Virginem matrem vt mediatricem adhibeamus, A V E M A R I A dicentes.

*Plutarch.
Lycurgo.*

Præclarus ille Græcorum legislator Lycurgus, à Lacedæmoniiis quondam rogatus, quam potissimum re sese ab inimicorum impetu & viribus defenderent, libere respondit, si paupertatem perpetuam colatis, ac diuitias malorum irritamenta procul à vestra republica dispellatis. Id ipsum mihi hodierna die liceat Christiano more dicere, Auditores, & affirmare: vt scilicet animas nostras à dæmonum impetu atque armis tutas reddamus, nullum aut melius aut præstantius medium dici vel fingi posse, quam mundi splendorem ac luxum, ipsas etiam diuitias relinquere, ac procul ab animæ nostræ penetrabilibus easdem ablegare. Ita namque & ipse Gentium Doctor Paul. nos admonet, dicens: *Qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueos diaboli.* Sunt etenim diuitiæ veri dæmonum laquei, ac pedicæ, quibus nos captant, sunt vitiorum fomenta, virtutum omnium venenum ac internecio, animarum denique nostrarum sepulchrum.

1. Tim. 2.

Cóferuntur diuitiæ bombycibus.

Quemadmodum enim bombyces magna sane difficultate ac labore, vt subtilia illa filamenta ore educat, se ipsos euiscerant & quodammodo emedullant; cumque selectum texere honoris ac locum quietis cõponere arbitrantur, sibi se carcerem ac sepulchrum, in quo emoriantur, struere non vident. Non secus, vos mundani, vos inquam qui diuitiis coaceruandis incumbi-

tis, cum splendidum aliquod ædificium construere, cum dignitate in aliquam auro redimere, census ac facultates coemere constitutis: carcerem vos vobis ædificare, eique vos includere, ac sepulchrum viuos intrare, non animaduertitis, numquam, nisi vt ad inferos deuoluamini, liberari vos contingeret.

Potens ille Nemroth cum excelsam illam Babylonis molem construeret, non putabat tantam inde sibi confusionem imminere. Ita quoque, tu Cosmophile, cum diuitiarum tuarum turrim sustollere moliris, non existimas hinc æternam tibi damnationem posse euenire.

Auarus ille Giezi, Elizæi Prophetae puer cū dona & munera vestesque pretiosas à Naaman accepisset, numquam existimauit fore, vt inde sibi lepram acquireret. Tu vero mundane, cum diuitias, quæ à mundo tibi offeruntur, accipis, nescis, ah nescis miser, illas te peccati lepra posse inficere.

Quamobrem hoc vobiscum cogiteris velim, à diuitiis non mediocre animæ periculum imminere, easque vt plurimum arma esse quibus iuratus hostis vester Satan eandem oppugnat & expugnat; mundumque iisdem veluti laqueis vti, quibus miseros mortales illaqueet & constringat.

Audite egregiam in hanc rem allegoriam. Allegoriam Pellex illa & impudica Putipharis vxor, vt castum Iosephi animum peruerteret, adulterioque fœdaret, palliū eius arripuit; quo relicto nisi castus adolescens sese pronipisset, magnum pudor eius, & integritas periculum incurrisset. Nō secus infernalis illa furia Satan, ille angelus adulterii, cum animabus hominum agit, quas in extremum discrimen adducere ac perdere machinatur. vt illas igitur in vitiorum gurgitem ac voraginem precipites agat, diuitiarum pallio eas conatur comprehendere, quas diuitias nisi relinquunt, ac nudæ profugiant, extremò sese discrimini, ne salutem ac pristinam dignitatem amittant exponunt.

Refert Plutarchus Alexandrum Macedonem militibus suis barbam radere præcepisse, ne quis hac in bello apprehensa eos abreptos abduceret. hac enim parte virum compre-

Gen. 11.

4. Reg. 1.

Allegoriam.

Alexander

præcepit

militibus

suis barbam

radere.

compre-

comprehendere facilitum est. Summus quoque militum Dux, Deus, sapius nos, qui sub eius nomine & signis in Ecclesia militati meremur, barbani, crines, superfluas illas diuitias refecare & tollere iubet; nulla enim parte facilius nos hostis noster diabolus, quam diuitiarum crinibus, potest comprehendere. Quemadmodum enim crines Samsoni, in quibus tamen omne eius robur situm erat, exitio fuere: ita quoque rutilans illa diuitiarum caesaries, in qua tamen omnis nostra vis ac facultas consistit, infelicitatis nostrae & exitii vt plurimum fons est & origo. Ac veluti crines Absoloni (quorum tantus decor fuit ac splendor, vt Ierosolymitanae virgines eos quotannis magno pretio redimerent: erat quippe illi flaua ac veluti aurea caesaries) mortem pepererunt, quibus scilicet ad ramos arborum adhærescentibus cōfossus est. Non aliter cum diuitiis agi videmus, quæ instar aureorum crinium cum sint, in quibus & fortitudinem & voluptatem omnem ponimus, sæpenumero animas in æternam damnationem præcipites agunt, cuius hodierno in Euangelio clarissimum exemplum videmus: illæ namque sunt, quæ diuitem illum epulonem in tartari barathrum demerferunt. *Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide: & erat quidam mendiculus nomine Lazarus, &c.* Ecce duas hic sortes, duasque contrarias vias, ac duo mortis genera penitus discrepantia. Quorum ille paradisum hoc in mundo collocat & in altero tartarum acquirit: hic vero hoc in mundo infernum miseriam sibi constituit; & in altero cælum & cœlica gaudia lucratur. Verum hanc mihi veniam concedite, vt vtriusque vobis fortunam ob oculos ponam, ac primum miseram illam diuitis epulonis, ac deinde lætam illam mendicantis Lazari.

II. Historia de diuite hoc vera est.

Quod ad primum quidem attinet, sciendum est, historiam de diuite hoc non confictam, aut parabola loco à Domino in Euangelio propositam; sed veram esse, ac rem vere cōtingisse. Sententiæ huius suffragatores habeo omnes pœne SS. Romanæ Ecclesiæ Doctores ac Patres, Augustinum, Ambrosium, Chrysostomum, Gregorium, in cap. 16. Luc. tres

quidem Episcopos doctrina ac sanctitate effulgentes, alterum Romanum Pontificem. Abdiam item Babylonium lib. 5. Irenæum lib. 4. contra hæreses. quos omnes Gallia nostræ decus, ac columen sequitur Bernardicus: *Ab his columnis difficile auellor.* Argumento est, quod in parabolis nulla propria poni nomina soleant, vt in hac historia fieri videmus: vbi de Lazaro, de Abrahamo, ac Moyse est sermo: quin & Euth. Græcus scriptor, ex traditione quorundam Hebræorum tradit, diuitis huius nomen, *Nimensis*, fuisse.

Homo igitur fuit, & homo diues, qui cum multas opes ac facultates possideret, tantum abfuit, vt in Dei cultum & honorem conuerteret, vt iisdem & Deum offenderit. Aranea paruum licet animalculum, adeo venenosum est, vt fluxum etiam suauissimorum substantiam in venenū letale cōuertat. Hic vero simile omnino, imo multo retrius ac nocentius animal videmus, quod in venenum, in virulentiam, in peccatum, quod nullum in mundo deterius virus inuenitur, dulcedinem diuitiarum, ac mella opum commutat, adeo vt vnde Deo honorem tribui oportuerit, inde eum potius offenderit, & ad iracundiam prouocauerit. *Omiferi mūdani, id ipsum & vos quotidie facitis: vos diuitem illum epulonem imitami, vos Israelitas sequimini. Quum enim illi ingentes Ægypto egressi thesauros, & immensas opes, quibus Ægyptum spoliauerant, asportassent, post Rubri maris transitum, omnes illas in idola confluxerunt. O impietatem non ferendam, o ingratitude post tot beneficia singularem! Eadem vestra impietas est, Cosmophili. nam cum tantas tamque amplas vobis ab incunabilis Deus opes, diuitias, ac facultates, quæ ad vos hæreditate deuoluuntur, contulerit; ea vestra est ingratitude, vt idolis eas, gulæ scilicet, luxuriæ, ludo, tripudiis, omni denique peccatorum generi, quæ instar idolorum sunt, teste Paulo, *quæ est idolorum seruitus*, consecratis.*

Ac veluti luna nunquam deliquium patitur, aut Eclipsim subit, nisi dum plena est: ita homines raro aut nunquam in amore Dei eiusque mandatorum obseruatione deficiunt, nisi diuitis turgeant, & oppletis sint. Aliud

adhuc in luna notandum est: quo enim illa plenior, eo à sole remotior & abest longius: homines quoque ad eundem modum, quando facultatibus abundant, atque circa eorum opes laxas flagellat, tum minus de Deo solliciti sunt, ac magis ab illo recedunt. Ita sese rem habere, scire vos non ignoro ò diuites, & opulenti: an non enim verissimum est, vos de ieiunio, audiendo sacro, restitutione facienda, elemosynis dandis, non esse sollicitos, ac de poenitentia facienda ne minimum cogitare?

Talis fuit diues ille epulo, qui tribus potissimum de causis condemnatus fuit. ac prima equidem, quia *induebatur purpura & bysso*. Non quod auro textas vestes indutus fuerit, quod torque aureo collum circumdatus, non quod gemmis incederet onustus, verum quod purpura & bysso fuerit vestitus: & nihilominus hoc ei damnationis eterne causa exstitit. altera, quod *epularetur quotidie splendide*, quod laure & opipare mensa eius instructa esset. Postremo vero, quod Lazarum negligeret, quod tenax esset, nec in pauperes profusior. *Et erat quidam Lazarus.* Hæc tria damnationis eius fuerunt capita. O delicatuli, & cincinnati aulae comites & assecræ qui singulis pæne diebus instar chameleontis colorem commutatis, qui que ut Protei in omnes vestitum formas vos transformatis; ne obsecro mirum vobis aut nouum videatur, si in infernale barathrum tandem aliquando sitis deuolendi, cum hic ob vnicum crimen, quod indueretur quotidie purpura & bysso, non vero stragulis auro intertextis supplicia ac tormenta æuiterna sustinere cogatur.

O stulta curiositas, ac curiosa stultitia, prohi quomodo miseros mundi amatores dementasti & fascinasti? Tanta Helio gabali Romanorum Imper. vanitas fuit ac superbia, ut singulas vestes semel tantum indueret; ac tanta in eo libido, ut si qua muliere usus fuisset, eadem non amplius vteretur; tantusque in eo splendor ac luxus, ut calceamenta gemmis, & vnionibus adornaret: quæ ramen Demetrius Rex etiam auro conuestiuit. Tanta in Aonio senatore Romano opulencia fuit & luxus, ut annulum gesta-

ret, quem certum erat vicies millibus festiuitis æstimatum, vel secundum nostram supputandi rationem, quinque coronatorum millibus. O stultos mortales! ò luxum superfluum! Hæc diuitis nostri quoque vita fuit, *Induebatur quotidie scilicet purpura & bysso*, atque ideo partim damnatus fuit.

Vos vero mulieres & virgines, quæ ita compræ & calamistratæ inceditis, & nouas quotidie vestium formas effingitis, quæ ita luxu diffultis, quæ turritæ, mitellatæ, fucatæ videri vultis, & superbia elatæ caput in aëra sustollitis, an non horrenda Dei iudicia pertimescitis? audite historiam & vindictam insignem, qua Deus superfluum illum foeminarum luxum castigauit, qua cognita, ut resipiscatis, efflagito.

Referunt Damianus & Sabellicus, in superba illa Venerorum republica olim feminam fuisse Dominici Siluii, Magni Veneriarum Ducis, uxorem, quæ Constantinopoli eodem commigrauerat: cuius tanta mollietates & luxus fuit, ut manus nunquam nisi molli rore lauaret; ac non nisi fuscinulis aureis in mensa ad cibum capiendum vteretur, ne candorem digitorum, manuumque venustatem commacularet. Cubiculum vero eius, & lectus exoricis semper odoribus perfundebatur, & suauissimis suffitibus adolebatur. Verum ò diuini iudicii abyssum! non tulit tantam mollietatem, aut luxum Deus, ac vindictam sumere decreuit. subito enim in grauem morbum incidit, vnde factum est, ut tam grauis fætor è toto eius corpore prodierit, nullus ut domesticorum ei adherere poterit, omnesque ad vnum eam deseruerint; itaque omnibus suis deliciis valedicere coacta, miserrime expirauit. Hoc igitur exemplo resipiscite vos omnes qui delicias & luxum consecretamini.

Vos vero fallaces huius mundi affectuæ, & Christus vanitatis amatores, prospicite vobis, ne eundem cum Epulone hoc sortem subeatis: sic cœcitate sed modestia Christiana in habitu vestro tus fuit eluceat, Christiano more induamini, atque toto vitæ omnem luxum & magnificentiam in vestibus & cultu vestro fugite. Imitemini potestius verum hoc paupertatis exemplar, ac typum

Triplici de causa diuites condemnatus est.

Sabellicus.

Plinius.

Scrupent
in Vener
muliere
mollietates

1.

D.

M.

I.

S.

V.

C.

&

T.

P.

typum illum modestæ Christum, qui toto vitæ suæ tempore vnica veste vixit contentus. Emulemini eius discipulos & Apostolos, qui nudipedes, ac vililacerna circumdati per agros, & vrbes Euangelium annuntiatu- ri discurrerant. Proponite vobis oculos miseris illos, ac pauperes religiosos humiles illos Capucinos, quos plena hyeme per imbres & frigora tenui veste induros, ante oculos vestros incedere videtis: qui nobiliori forsitan loco nati; atq; illustriori stemmate oriundi, quam vos, qui eos despici- tis. Quibus omnibus si ferreum vestrum pectus nequeam flectere, flectat saltem di- ues hic epulo, qui quod purpuram & byssum quotidie indurus fuerat, infernali barathro ac flammis perpetuis est sepultus.

Erat adhuc in epulis splendidus, atque in conuiuio exquisitus: *Epulabatur enim quotidie splendide*: quotidie conuiuia domi suæ agitabat, mensa ac domus eius omnibus patebat intrantibus ac semper in epulis versabatur. O infelices ac tristes epula! Quor vos in mundum mala & calamitates inuexistis? in conuiuio siquidem Absaloni incestuosus Amnon, fraternis manibus necatur. In conuiuio Baltasaris Regis sacra templi vasa profanantur, ac Rex ipse vita spoliatur. In conuiuio Herodis, Ioanni Baptistæ caput præciditur. In conuiuio filiorum Iob, domus corruit, quæ eos mensæ accumbentes ruina simul inuoluit. In conuiuio Hebræorum idola eriguntur, denique quæ non petulantia etiam modo in conuiuio hodiernis committuntur?

Epulabatur igitur quotidie splendide, omnia lux genera excogitabat, luxum ac conuiuia veterum illorum Romanorum imitabatur; quæ quam opipara & exquisita fuerint, meminisse vos putem. Lucullus magnus ille Roman. Imperator, verum in epulis adeo splendidus, vt communi populi prouerbio diceretur, *Loquitur ut Cato, viuit ut Lucullus*, cœnam extemporariam Pompeio & Ciceroni, qui eum nec opinantem opprime- re decreuerant condidit, in quam quinquaginta denariorum millia, id est, decem Ca- roleorum millia fuere impensa, an non hoc erat splendide epulari? Ægypti regina Cleo-

patra, Antonium delicias suas conuiuio ex- cipiens; vt regiam magnificentiam, aut im- mensam prodigalitatem potius, eidem testaram faceret, post exquisitissima fercula, ac lautissimos missus, gemmam centum co- ronatorum millibus æstimatam in mensam iussit inferri, eamque Antonio ministrari; cui ad insolitas lautitias, & nouum hoc fer- culi genus demiranti, similem ipsa ex auri- cula pendentem gemmam, ni Antonius ob- stitisset, ministrasset. Audite obsecro aliud adhuc in eadem regina luxus exemplum. Cû Philetas medicus eius quodam tempore cu- linam ingressus, octo vastissimos apros inte- gros in veiu suffixos, præter ingentem alia- rum ferarum altitiumque copiam vidisset; obstupescens à coquo quæsiuit, quis Rex aut Monarcha cum ingenti famulorum car- terua ad Reginam diuertisset, in cuius gra- tiam tantus ciborum apparatus destinatus foret? cui coquus submisit respondens, ne- minem præter Reginam, & Antonium cœ- natos, aiebat. Vere hoc erat, epulari splen- dide.

Narrat de Vitellio Suetonius, quod ma- gis adhuc forsitan demirabimini: ei scilicet cœnam aduenticiam à fratre datam fuisse: in qua dudò millia lectissimorum piscium, se- ptem autum apposita traduntur, qui etiam in medijs epulis dicere interdum solebat, aut Cæsarem, aut parcum esse oportere: an non hoc splendide epulari erat?

Ælius Lampridius Romanorum luxum exaggerans, de Heliogabalo refert, eum vna sibi cœna sexcenta struthionum capita ap- poni iussisse. O prodigiosam & immentam prodigalitatem! ô gulam intolerabilem! Le- gisse me etiam apud Athenæum memini; Sy- baritam quendam, Smindridem nomine, mille venatorum ac totidem pene coquorū numero stipatum, ad Dominæ suæ ædes a- moris ergo, venire solitum. Sufficiebat hoc credo, ad epulandum splendide. Similis pla- ne vita diuitis huius Epulonis, ac Lurco- nis fuit: vt verum Epicuri de grege porcum, & alterum Sardanapalum videre in eo lice- ret; sed

O diues, diues, non omni tempore viues.
Tu scilicet epularis splendide, mensaq; tua lectis-

Plut. in An- tonio.

Sueton. Vi- tell. cap. 13.

Athenæus lib. 12.

2. Reg. 17.

Dan. 5.

Marc. 6.

Iob. 3.

III.

Splendida veterum conuiuia & exquisi- ta.

Plut. Lucul.

lectissimis epulis referta est; at Lazarus missellus fame moritur.

Ad alterum iam concionis membrum veniamus, ac secundum tragediæ huius actum representemus. Prodeat igitur iam mendicus in scenam Lazarus. *Erat quidam mendicus.* Interea vero dum epulo ille duceret in bonis dies suos, quotidieq; laute ac splendide comestaretur, iacet ecce inops ac mendicus Lazarus, vlceribus plenus, miseris saturatus, opem efflagitans, stipemq; poscens ad ianuam palatii eius, & cheu diues ille immittis ad eius petitionem obstrudescit. Detonant licet cæli, ac tonitrua vnde quaque circumstrepant, non ideo tamen rupes concutiuntur aut percelluntur: clament & inclament ad diuitum fores pleno guttore pauperes, non minus quam Marpesia cautes illi commouentur. Ecce vobis hic exemplum Diues ille & inhumanus Nabal, cum quotidie cum suis epularetur, nunquam tamen copias Davidis, quæ in deserto & sterili solo commeatu inopia laborabant, cibariis iurare voluit. Vnde tantam aduersus inhumanum hunc ac tenacem indignationem concepit, vt eum misso exercitu delere parauerit: *Et ait David: Vere frustra seruauit ea, quæ huius arant in deserto, & nõ perijt quidquam de ijs, quæ ad eum pertinebant, & reddidit mihi malum pro bono. hac faciat Deus inimicis David. Si reliquero de omnibus quæ ad ipsum pertinent, vsq; mane, mingentem ad parietem. Qua ingratitude historiam hodiernam expressam videmus: cernimus enim hic stultum quemdam Nabal, quotidie medias inter epulas versantem, ac misero Iesu Christi athletæ, desertum mundi huius perambulanti, misericordiam exhibere detrectantem: vnde tanta aduersus eum Deus indignatione fuit commotus, vt armis iustitiæ in eum exsertis, in exitum, damnationemq; illius conspirauerit, & eum in profundum tartari deturbaret.*

lib. 2. Ait Plinius fluuium esse, in quem arbores Fluius in aut plantæ coniectæ quam primum lapide quæ si quid scant. De eius quidem rei veritate mihi non proficitur, constat; tamen hic rem haud multum absummum lapidem, torrentem rapidissimum, abyssumque descit.

ingluuici, quæ omnes diuitias, bonaq; temporalia, quæ Deus in domum eius cumulatiissime conicit, in lapidem peccati conuertat: omnia scilicet in lapidem transeunt, nihil in elemosynam commutatur, missellus Lazarus ne micam potis est elicere.

Quemadmodum etiam arbores, quæ in locis præruptis ac confragosis, inq; inaccessis præcipitiis, excrescunt, nullos nisi coruis auibusq; fructus ferunt, cum homines eo nequeant pertingere. Ad eundem quoq; modum de diuite hoc dicere possumus. Qui cum in præcipitiis superbiæ, gulæque consitus sit, omnes, quos fert, fructus, omnesq; facultates eius, in prædam coruis, id est peccatis, quæ animam deuorant, & non pauperibus, cedunt; Lazarus ad eas nequit pertingere.

Ipsi poro canes, ratione licet destituti, mendici huius miseri, eius vlcera lingunt; ac nefarius ille gurgis & helluo, ne minimū quidem commouetur. O crudelitatem inauditam! ò barbariem intolerabilem? Sume animos mendice, consolare inops Lazarus, noli contristari Iob, sedens in sterquilinio, Iob. 3. testa vlcera & saniem radens; omnia tibi tua duplicato fœnore tandem aliquando reddentur. Sustine adhuc paululum afflicte Mardocheæ, veniet aliquando tempus, cum superbus ille Aman, diues ille epulo subuertetur, & ad patibulum vsque, ad inferos vsque deprimeretur; tu vero ad honores & gloriam ab Angelis subueheris. Consolare, consolare Daniel, etsi modo famem in medio rabidorum leonum, diuitum horum epulonum, leones ipsos feritate & barbarie longe superantium, patiaris; veniet namque aliquando tempus, illa tandem dies elucescet, qua Deus Abacuc, qua Prophetas suscitabit, qui tibi cibum subministrabunt, & vltro deferent. Concipe spem & confide Elia, licet impia illa Iezabel te prosequatur, licet diues epulo in te insurgat, licet fame in deserto moriare; excitabit Deus non cornos, sed Angelos, qui te cõsolentur, pascant, & in Abrahamæ sinum deferant. Noli deiici animo David, si à mensa impii illius Saulis repulsus per solitudinem & loca inuia instar eronnis obambules, in deserto habites, licet sub dio & humi cubes, mille licet molestias

Solamen pro pauperibus.

Iob. 3.

Eph. 4.

Dan. 6.

1. Reg. 19.

1. Reg. 17.

lestias perferas? melior & serenior quondam fortuna affulgebit, ac tantarum amaritudinū loco segerem consolationum recipies. Spera igitur miselle Lazare, sustine, ac sume animos, *lacta super Dominum curam tuā, & ipse te enutriet.* Humeris diuinæ prouidentiae innitere, eisq; tribulationum, angustiarumque tuarum pōdus impone, ac senties proculdubio, consolationem propediem affuturā. Ne tibi mirum videatur, si diuitem hunc læta iā gaudentem fortuna videas, te vero aduersa premi: sed potius animum concipies: neque enim perpetuum hoc futurum est, fortunæ rota vertetur, ac tum quadrata rotundis cōmutata videbis: *factum est ut moreretur mendicus, mortuus est & diues.*

Hic finis est lusus, hæc lugubris illius Tragediæ catastrophe: Lazarus mortuus est, mortuus & diues: vterque mortuus est: ita namque æqua sorte moriuntur diues simul & pauper, opulentus & mendicus, *Nemini profus fera Parca parcat.* Adeo vt merito dicere poteris Flacce:

*Pallida mors æquo pulsat pede
Pauperum tabernas regumq; turres.*

Nam veluti sidera, quæ in oriente exoriuntur, post mille cursus & recursus, iterū tandem in Occidente occidunt. Ita etiam omnes in cunis, iostar minutarum quarundam stellarum, in vitæ huius horizonte æqualiter exorimur & surgimus: verum post varias ambulationes & motus, omnes in tumulo æqualiter tandem occidimus. At non satis est mori. Quanta vero Deus bone & iuste, in morte ipsa diuersitas est & discrepantia! Eodem simul vterq; momento moritur: ac Lazarus in sinu Abrahæ, in Prophetarū & Patriarcharum medio video confidentē: diuitem vero inter media dæmonum damnatorumque agmina, inter flammæ medium, in profundo Tartari sepultum contemplor, *Et sepultus est in inferno.*

O ferale sepulchrum! ô tristis exequias! ô vere pompam funebrem. Longe aliud hic monumentum videbitis, quam superbum illud Mausoli Carix Regis. Sepulchrū in quā, flammis candens, ignibus circum vndique accensum, tormentis variegatum, diabolis & monstris infernalibus vndiq; circumseptū.

Tom. 1. Bessai Quadrag.

Sepulchrum non marmoreum, aut æneum sed ex igne flammarumque spiris simul & glacie compactum quod nulla temporū ventustas, aut cæli iuina destrueret: dignum damnato sepulchrum, dignum, inquam, anima apud inferos crucianda, denique diuite dignum Epulone.

Mortuus est & diues. Epulo tandem etiam mortuus est, non secus ac mendicus Lazarus: verum non eandem vterq; calcatur viam: alter quippe ad gloriā, alter ad cruciatus secedit Cuius separationis egregium in Apoc. *Apoc. 12.*

exemplum legimus: in qua Diuus Ioannes olim duas mulieres vidit, vnam quidem saccis & ciliciis circumdatam, & extrema oppressa inopia: alteram vero meretricem, gemmis circum vndique effulgentem, purpura indutam & bysso, cui Reges & Principes terræ ministerium obsequiumque supplices exhibebant, quæq; non nisi luxum & splendorem spirabat. Cum vero Ioannes his visis obstupesceret: subito ecce vidit, meretricem hanc superbam, omnibus indumentis magnificis, & regio illo ornata spoliari, & in medios flammarum vortices præcipitem deiici: aitq; iudicem addidisse, *Quantum glorificauit se, & Apoc. 17.*

fuit in delitiis, tantum date illi & tormentum. Vidit quoque laceram illam vnde cunque mulierem, saccis & ciliciis suis deuadari, ac regis ornamentis condecoratam, ad pulchrā quandam ciuitatem deduci; vbi corona aurea coronata est. An non vobis Euangelium hodiernum hic ad verbum reperti, & in hac visione renouari videtur, Auditores? videtis hic enim, non dico duas, sed duos, diuerso habitu indutos, vnum quidem bysso & purpura amictum, alterum vero saccis, & miseriis, & paupertate tectum, quorum vterque cum vitæ cursum finiisset, vnus ab omnibus derelictus, diuitiis & pompa spoliatus est, & ad inferos, tormēta & cruciatus ibidem, pro mensura, qua in hoc mundo delicias, & voluptates habuerat, toleraturus, deturbatur. Alter vero paupertatem simul & viles illas laceras exuens, regio ornata indutus, ad sinum Abrahæ, velut ad ciuitatem iucundissimam, deductus est: in qua Reges, Prophetas ac Patriarchas ciues habet, vt gloriæ coronam tandem aliquādo adipiscatur. An nō igitur

Tt igitur

Esai. 4.

V.

Horat. li. I.
eod. 4.

Epulonis
sepulchrū

igitur eadem utrobique fors, & eadem rerum in utraque historia facies.

Dan. 4.

Hic igitur magnam illam arborem, quam Nabuchodonosor somnians vidit, in qua tot volucres nidificabant, ac sub qua tot bestiae, tot nempe peccata, & dissolutiones habitabant, excisam, deiectam, inque tartareas flamas deturbatam videmus. Videmus inquam, idolum Dagon in terram deiectum, & in mille partes comminutum ad pedes Lazari per Arcam foederis expressi (arca inquam, in quam manna patientiae, virga tribulationis, ac legis tabulae, id est, diuinorum mandatorum obseruatio, seruabantur) prostratum iacere.

Hebr. 9.

Consolamini igitur pauperes, consolamini inquam, inopes & mendici, qui hic a delictis vestris purgamini: consolamini, cum tam felicem paupertatis remunerationem, ac tam tristem deliciarum diuitiarumque finem perspiciatis. Libenter itaque, hac animati historia, afflictionum tribulationumque pondus, idque magno animo & patienter sustinere, Audite obsecro, quid socii vestri, iam in tuto positi ad Deum inclament. *Humiliasti nos in loco afflictionis.* Ac meminertis in huius vitae breuitate, ac veluti momentis tribulationum & afflictionum malleos esse perferendos.

Psal. 43.

Insignis conceptus. 3. Reg. 9.

Sacris litteris traditum est, toto illo quo templum Salomonis aedificabatur tempore, malleum aut ferramentum nullum fuisse audita. Quinam hoc fieri potuerit, saepissime mecum dubitavi, imo vero vix fieri potuisse videri queat, praesertim in tanta aedificii mole, in qua construenda triginta hominum millia, idque septennio, & quidem quotidie laborabant. Verum huiusce rei ratio ad capitis praecedentis finem legitur: quod scilicet lapides in Libano monte dolarentur & polirentur, qui Ierosolymis tantum suo quique loco erant digerendi. O mysterium diuinum & eximium! Templum hoc Ierusalem caelestis, de animabus nostris, veluti viuus lapidibus constructum est, in quo nullus, aut malleus, aut dolabra, aut lima auditur, nulla namque illi tribulatio reliqua est: cum omnis sonus & tumultus in Ecclesia hac militante audiatur: hic est, nempe officina & ergasterium, in quo animae nostrae dolantur, & contunduntur. In hoc igitur mundo, o pauperes, tribu-

Mundus hic tribulationum locus est.

lationum locus est, hic quippe afflictiones & angustiae tolerandae sunt.

Vos vero diuites, qui toto hoc Quadragesimae tempore epulamini & gulam exercetis, qui regio quotidie habitu induimini, qui nullas vnquam in pauperes elemosinas erogatis, an non pertimescitis, aut formidatis, ne apud inferos cum diuite hoc epulone sepeliamini? an non auditis, quomodo praenimi angustia ipse exclamet: *Pater Abraham miserere mei.* At nullus amplius misericordiae locus est, tempus miserendi effluxit, hic viget iustitiae rigor: cum enim hoc in mundo paradysum habueris, illic habeas & tartara necesse est: Lazaro in terra micas de mensa cadentes negasti, negetur tibi modo etiam minima aquae gutta. Corrigitur igitur o diuites vitam vestram, & vos o pauperes spera concipite. Tu vero Domine, peccatis nostris clementer ignosce, & nos a penis illis infernalibus praeterua, penis inquam aeternis, penis nullum vnquam terminum aut finem habituris, penis quibus diues hic apud inferos cruciatur. Cum vero harum omnium calamitarum origo & radix ipsa diuitiae exstiterint, cum illa damnationis eius fuerint fundamentum: hanc quae so nobis gratiam concede: ut nostrum desiderium ad illas appetendas nullum vnquam tempore feratur. Cum vero benignitati tuae profusissimae nobis eadem visum fuit elargiri, tibi ut eas offeramus, in honorem tuum eas penitus impendamus, denique ut in pauperes, in egenos, in mendicos, qui tuae membra & amici dilectissimi sunt, erogemus, elargire. Et quoniam vestium superbia, & epularum luxus miseram hanc animam in damnationem traxerunt, da obsecro, ut nos faccos, cilicia, vestesque viles induti, ac ieiunio inediaque carnem hanc nostram macerantes, aliam viam ingrediamur: ut in ipsa abstinentia nostrae sint epulae: cilicia, byssus: facci, purpura: ac flagella, nostrae deliciae. Hac enim via Lazarus ad sinum Abraham peruenit. eandem igitur & nos teneamus, ut eodem quo ille, peruenire valeamus, ad patriam inquam, caelestem: cuius nos participes reddat.

Pater ingenuus, Filius vnigenitus, ac Paraclerus Spiritus sanctus, Amen.

FERIA VI. POST DOMINICAM II. QVADRAGESIMÆ.

Partitio.

- I. Quod homo sit arbor.
- II. De vinea, quid sit.
- III. De cultura & partibus vineæ.
- IV. De Vinitoribus.

Homo erat Paterfamilias, qui plantavit vineam, & sepem circumdedit ei. Matt. 21.

FIGVRA.

2. Reg. 21. **H**abeat iustus ille & innocens Naboth, cui par in Israel vix vnquã fuit, vineam quæ successione hæreditaria ad ipsum deuenerat: verum quam impius Rex Achab omnium ratione totoq; conatu inuadere moliebatur: quod cum pro voto ei non succederet, fornicaticis Iezabel, quæ verus impietatis typus exstitit, opera eam in rem usus est, quæ falsis testimoniis miserum Naboth nefarie circumuentû, iussit trucidari. Idẽ ipsum sub vmbris insignis cuiusdam parabolæ in Euangelio nostro expressum videre videor. Cetas enim hic verum illum Naboth Christum Iesum, quo iustiore innocentioreq; mundus non tulit, egregiæ & fecundæ vineæ, Ecclesiæ sc. possessorem: quam non Achab, sed Satan inuadere satagit: quod tamẽ cum propriis vitibus efficere non posset: ad alterantem illam & fornicantem synagogam adhibuit, quæ iniquis testimoniis oppressum in monte Caluariz, nefanda morte in cruce mori coegit. Hęc communis & vulgatissima parabolæ est interpretatio: verum vt nouum quid & inauditum huc asserere possimus, Patreletti Spiritus opem, precibus sanctissimæ Virg. inclamemus.

AUE MARIA.

Cyrus Rex libenter fructus colligebat ex arboribus. **M**agnam illum Persarum Regem Cyrum maximæ voluptatis loco habuisse ferunt, si fructus ex arboribus, quas suis ipse manibus consequisset & inuenisset colligere posset, Evangelica quoque historia vnica Dei nostri

delicias, & voluptates esse refert, fructus ex bus, quas teneris illis arbusculis, animabus inquam rationalibus, quas per Baptismatis Sacramentum renatas in Ecclesia plantauit, productos Xenophon videre, & visos colligere. Ego posui vos vt edatis, & fructum afferatis. Quali diceret, Ego vos, Apostoli mei veluti impolitos truncos, & steriles stipites è deserto mundi huius extractos in fertile Ecclesiæ meæ solum traduxi, vt instar sublimenutantium cedrorum in altum excresecatis, fructusque deuotionis sanctificationis, ac prædicationis per totum mundum producat.

O Christiane, mutato nomine de te fabula narratur. Plantauit te nempe Deus in Ecclesiæ suæ viridario, proprio rigauit sanguine, gratiarumq; suarûm cœlestium influxus in te vberime & imbres immisit, verum vt fructus dignos & expectatos feras, fructus inquam pœnitentiæ, fructus scilicet ieiunii, misericordiæ, id est, elemosynarum. Audite obsecro vocem illam clamantis in deserto, facite fructus dignos pœnitentiæ: quasi diceret, Scribe & Pharisæi, ciues Ierosolymitani, vos scilicet steriles iuniperi, ac infrugiferæ pinus, in terra synagogæ plantatæ: appareat in vobis tandem aliquando fructus. Præiuit mihi hic vitam vates regius, qui cum de iustis loquitur, arbores eos appellare non dubitauit. Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo: & folium eius non defluet.

Omnes quoque quæ in paradiso terrestri creatæ erant arbores, fructus proferebant: ac nulla penitus erat quæ fructu careret: produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suauis quod etiam ex eo patet, quod Deus Adâ locutus dixit, De omni ligno paradisi comedes: vnde colligi potest, omnes frugiferas ac feraces fuisse. E quo cuiusdeter apparet, iam inde à mundi exordio Deum nullis infrugiferis arboribus nullumq; produentibus fructum delectari: ita vero fructibus capi nullam vnquam in agris suis sterilem arborẽ crescere fuerit, sed extirpari quamprimum iusserit: aperte testatus, Omnis arbor qua non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Quibus verbis dicere voluit: Numquam Ecclesiæ meæ agrum ab infrugiferis & sterilibus

bus plantis sinam occupari: omnes eas quæ fructum nullum produxerint, omnes illos peccatores, veluti fomentum & pabulum flammæ infernalis, mors excindet, & depascet.

Luc. 18.

An non meministis grauissimæ illius maledictionis, quæ in ficulneam illam sterilem placata est: *Venit paterfamilias quarens fructum in illa, & non inuenio, & dixit ad cultorẽ vineæ: Ecce anni tres sunt ex quo venio quarens fructus in ficulnea hac, & non inueni, succide ergo illam, ut quid enim terrã occupat?* Quid ad hæc peccator, mala inquam arbor, planta inutilis, ficulnea infrugifera, quid ad hæc obiicies? Tres tantum effluxerant animi ex quo misera hæc ficulnea fructum non tulerat, & ecce patremfamilias a deo indignatum, ut eã iufferit succidi: & viginti forsitan, ne dicam triginta, & quod excurrit, anni elapsi sunt ex quo nullus pœnitentiæ fructus in te natus est? Quid igitur tandem benignissimum illum Deum, qui tãto te tempore tam longanimiter expectauit, facturum tecum existimas?

Daniel. 4.

Vidit olim Nabuchodonosor Babylonis Rex, somnians arborem in medio orbis consistam, cuius tanta magnitudo & vastitas fuit, ut cælum vertice suo cõtingeret, & radice ad profundissimas vsq; terræ abyssos penetraret, rami vero ab vno ad alterum polum pertingeret: cuius folia pulcherrima, ac fructus iucundissimi erant, & in qua volucres cœli nidificarent, & sub qua multa animalium genera cõmorabatur. *Videbam ecce arbor in medio terra, & altitudo eius nimia, folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius, & esca vniuersorũ in ea, subter eã habitabat animalia, & bestie, & in ramis eius cõuersabantur volucres cœli, & ex ea vesebatur omnis caro.* O arbore longe pulcherrimã, fructibus refertã, cum omnes bestie sub ea pascantur: Ecquid huic vero tãdem euenturũ putatis? Cũ illã igitur Rex attentius contempleretur, ecce vox de cœlo venit, clamans: *succidite arbore, pracidite ramos eius, excutite folia, & dispergite fructus eius.* Eheu? quã obrem parua arbor hæc ita succiditur quare excinditur? Cum tã fructus vberimos produxerit, sed fructus in vsum animalium destinatos: non erat enim fructus Deo gratus, sed bestias, *Ex ea vesebatur omnis caro.* Deus namque fructus bonos, eosq; spirituales requirit.

Vo aut olim ad se Ezechielem Deus, vocatumq; ad regẽ Iuda ciuesq; Ierosalem destinauit, hoc vt iis enigma proponeret: *Aquila grandis magnarum alarum, plena plumis & varietate venit ad Libanũ, & tulit medullam cedri, summitatẽ frondẽ eius assumpsit, & transportauit eam in terram Chanaan.* Quid his verborum inuolueris, quid his, e ænigmatice & tropicis propositionibus denotas Domine, quas populo tuo in Iudea per Prophetam vis proponi? Per aquilã. Auditores, designabat Deus Regem Nabuchodonosor, & Ierosalem per Libanum, ciuitatem Ierosolymorum. O Libanus inuolutum mysterium! Mons Libani excel-
sissimus est, cedris vndique procerissimis vitur. suque iucundissimis, sed fructu penitus carentibus, confitus. Vnde significare conabatur Deus Ierosolymitanam ciuitatem monti huic esse quam similitam, ædificiis sitoque pulcherrimã, sed instar Libani, cedris infrugiferis, licet procerissimis, refertã: cum Rex, & Principes ac ciuitatis Optimates nullum, qui Deo gratus foret, fructum proferent: quos ideo in manum Nabuchodonosor Regis euellendos & destruendos traderet.

Anne igitur nobis figuræ desunt ad demonstrandum, quãtum Deus animas multis bonorum operũ fructibus ornatas, complectatur? contra vero quantum steriles detestatur? Est hoc subiectum parabole hodiernæ Euangelicæ, nostri sensus: in quo Dominus ænigmatice de Ecclesiæ suæ vinea aduersus Iudæos, qui instar arborum infrugiferarũ nullos fructus proferebant, agens, tandem interminans infert: *Auferetur arborũ regnum, & dabitur genti facienti fructus eius.* De vinea primo loquendum est, ac deinde ad vitatores, quorum curçea demandata est descendemus.

Quod ad primũ igitur spectat, omnes Ecclesiæ Patres & Doctores, qui parabole huius vniquam meminere, & vineam hanc ingressi fuere, singula diligentius considerantes, oculosq; modo in sepe circumseptentem, modo in torcular quod in medio eius conspicitur, modo in turrim, quæ eam communit, conicientes, diuersis eam rebus accommodarunt. Athanasius igitur in primis cum rem attentius perpenderit, per vineã mundũ intellexit: per turrim, fidem: per vitatores, Iudæos per

Per vineã
hanc vni
varia intel-
lexerunt.

Athenag.
Lib. abig.
per

Mystica vinea hu-
ius expli-
catio.

per seruos, Prophetas. S. Isidorus H. spalen-
sis aliud commentus est, atq; à communi ex-
plicandi ratione recessit longius: ait enim per
vineam, Ierusalem: per torcular, templum:
per turrim, altare: per sepe, legem: & per
filium, Messiam denotari.

O egregias & doctas commentationes!
alias vobis adhuc insinuabo. Quis neget per
vineam hanc, Religionem & Monasteria de-
signari: in quibus regulæ cõstitutionesq; in-
star sepi sunt: humilitas, turris instar: Reli-
giosi, vineatorũ: ipsẽ deniq; orationes, morti-
ficationes, austeritates, mundi q; cõtempus,
fructuum nomine appellari possunt. An non
etiam sub inuolucris hisce parabolicis intel-
ligi queant sacrosanctus Senatus: & tribuna-
lia Iustitiæ? Sunt sane illa instar vinearum à
Deo hoc in mundo constitutum, quas vndiq;
legibus, edictis, decretis, constitutionibus,
consuetudinibusq; velut sepius circũsepsit.
Torcular earum esse propriam vniuscuiusq;
conscientiam: turrim & arcem, iustitiã: cul-
tores earum Consiliarios, Senatores, Iudices
& Præsides: seruos qui ad easdẽ colẽdas missi
sunt, necessitates, clamores ac populi quere-
las esse, fructus vero, litũ determinationes,
oppressorum defensionem, orphanorum tu-
telam, delictorumq; admissorũ castigatio-
nem dici posse. O vineam incomparabilem!

Anima ho-
minis et-
iam dici
potest vi-
nea.

Psal. 90.
1. Ioan. 1.

Quid si & tu, ó anima, vinea dicereris? me-
rito quidem Plantauit te namq; Deus. crea-
uit scilicet, in hoc corpore gratiarũ suarum
imbrẽ in te immisit, crux eius tibi velut ful-
crum & sustentaculum est, sepi ipsi sunt An-
geli, nam *Angelis suis Deus mandauit de te.*
Torcular, ipsa est charitas: turris fides, & qui-
dem fortissima, *Hac est enim qua vincit mun-
dum fides nostra.* turris inquam, cuius funda-
mentum ad inferos vsq; pertingit, cum infe-
rorũ pœnã suppliciaq; credentibus timorem
incutiant: turris etiam altissima, quæ in cœ-
lum vsq; glorię consequendę spe ingreditur:
tor fenestris, quot virtutes possidet, circum
vndique decorata. Serui qui apte missi sunt,
ipsẽ sunt inspiraciones, exhortaciones, fra-
ternæ correptiones, omnes cælo oriundę di-
ci possint. Fructus vero quos te proferre o-
portet, ipsa sunt opera pietatis & charitatis,
& vineam iucundissimam.

O nefanda & execranda hæresis, an non & Vineam quo-
te vineam appellare audebimus: nõ quidem que sed
Dei, sed diaboli manu plantata: nõ quidem que sed
que es errorib. falsitatis, imposturis, men-
daciis, & blasphemis circumsepta. Torcular
reus.

tuum, perpetua cõscientię tortura & assiduus
interius cruciatus: arx tua ipsa est superbia:
cultores habes Lutheros, Zuinglios, Calui-
nos, diabolos simul & verbi reformati mini-
stros: serui qui ad te missi sunt, Episcopi, Do-
ctores & pastores, quibus credere noluiti:
fructus vero quos profers, sunt altarium de-
molitio, campanilium destructio, in Deum
blasphemiã, omnium sanctorum locorum
profanatio, animorũ exitium, regnorum e-
uersiones, ac turbæ per orbem terrarum con-
citata. De te, ó infernalis vinea Moysen Pro-
phetam locutum existimo, cum ait. *Vna eo-
rum, vna fellis, & bovis amarissimi: vinum eo-
rum sicut draconum, & venenum insanabile.*

Verũ hæc hæc haec, & quidem extra pro-
positum. Vineam igitur hæc quam Pater ille fa-
milias plantauit, Ecclesia Catholica est. testẽ
& vadem habeo Isaiam, *Vinea Domini exerci-
tuum domus Israel est, & vir luda germen eius
delectabile.* Quot porro sæculis vinea hæc plã-
tata fuit? ante tempora scil. Davidis, Moy-
sis, Abraham. Noe, ante dies Abelis, deniq;
antequam Adam formaretur, imo cum ipis
Angelis cõpit existere. Et sane si Ecclesia ni-
hil aliud est quam omnium Christi fidelium,
sub vno capite & duce Iesu Christo cõuẽtus
& congregatio: & constet Angelos ipsos fidẽ
olim habuisse, non est mihi credere, dubitan-
dum, quin Ecclesia ab Angelis exordiũ sum-
pserit, & ante homines natos florere & vigere
cõperit. Verum si Ecclesiam pro credentium
& vero Deo immolantium congrega-
tione & vnione accipiamus, constat eam non nisi ab
Abel, qui primõ Deo victimas mactauit, pri-
mus sacrificium obtulit, & primus Ecclesię &
mũdi martyr exstitit, duxisse principiũ. Atq;
hęc communis sanctorũ Patrum opinio est,
& vulgata parabolę huius explicatio. *Homo
erat pater familias qui plantauit vineam est Pa-
ter ille familias, Deus, est, pater inquam fa-
milias, quia Angelos & omnes omnino mor-
tales domesticos habet. ille Vineam planta-
uit, Ecclesiam, id est, Quando vero? ab ipso
T 3 mundi*

Deut. 12.

Isa. 5.

Ecclesia

Catholica

proprie lo-

quedo hæc

vine est.

Angelo-

rum Ec-

clesia cõ-

pit.

Psal. 88.

mundi primordio, iam ab ipso Abele, *Et ipse fundavit eam altissimus* Deus scilicet eius auctor est, eius fundator est, ac plantator: à torto retro sæculis, Ecclesiæ hæc vinea exstitit.

3. Reg. 21.

Hæc namq; est vinea illa Naboth, quam Achab tanto tempore inuadere conatus est: vinea inquam Christi Iesu, quæ Satan toties concupiuit, ita vt Christus eius causa vitam amittere fuerit coactus. Hæc est vinea illa Noe, quæ vuis suis plantatam inebriauit. Vt vero hoc per transfennam insinuem, quod in Genesi legitur, Noe primū vineę repertorem extitisse, non ita intelligendū est quasi nullę ante eum in orbe vites extiterint: sed forsitan, quod eas incultas & neglectas colere inceperit, vel dissipatas in vnum locum cōgregarit: atq; adeo vineę repertoris nomen inuenierit: cuius occasione sacrę litterę addūt, Noe vite plantata à vino inebriatum fuisse, ac tum nuditate eius detecta à filiis ludibrio habitum.

Psal. 19.

Verus hic Noe, Christus fuit, qui post peccati originalis diluuium, primus in Ecclesia vineam plantauit: non quod Ecclesia ante diluuium non exstiterit, verum quod eam incultam & desertā quodammodo, neue adeo late parentem, angustis Iudæę finibus circūscriptam, & terminis synagogę contentam, in aduētū suo ab vno polo vsque ad alterum extēderit. *In omnem enim terram exiuit sonus eorum.* Hæc igitur ratione eum vineam plantasse diximus. ac tum Noe accidit, vt vinea Ecclesiæ suæ plantata, vino amoris quo eam prosequeretur, in passione fuerit inebriatus: ac præ labore, quem in ea fossa circummuniendo insumpserat, defatigatus, in somnum incidit, idque in monte Caluarię: nuditateq; suam, humilitatem ac paupertatem in cruce detexerit ac demonstrarit. Vnde factū est vt Iudæi filii primogeniti ac dilectissimi eum subannarint. *Omnes videntes me deriserunt me, & factus sum opprobrium hominum, & abiectio plebis.*

Psal. 21.

Gen. 40.

Hæc scil. vinea est quę tres propagines habebat. q̄ pincerna Regis Pharaonis in somnis vidit. *Videbam corā me vitem, in qua tres erant propagines, crescere paulatim in gemmas, & post flores vuis maturefcere.* Habet nimirum Angelos in cœlo, animas in purgatorio, ac nos peregrinos & viatores in Ecclesia mi-

litati. O vere insignes propagines! ð vineam vberem & feracem! vineam inquam, q̄ Deus rā diuersis rationibus: modo pluias in eam, modo calorem immittendo, superflua reserendo, excoluit. Et sane immisit toties in eam pluias, & quadraginta dierum spatio diluuii aquis eam rigauit. Vberem profecto rigationem. Sed non minus ardua tum fuit, cum nimirum omnia eius septa destructa sunt, & octo tantum animæ per aquas seruata, quæ deinde post diluuium hanc iterum propagarunt.

Fuit & irrigata in deserto Sinai, quando aquæ ad Moisi imperium à petra durissima profuxerunt. *Percontisq; petram, & exibit ex ea aqua, vt bibat populus.* Rigauit eam deinde Elias, copiosam pluiam immittendo, cum scilicet triennio & amplius præ continuis caloribus & æstibus arfacta pœne exaruerat: *Eccc cœli cōturbati sunt, & nubes & ventus, & facta est pluuia grandis.* Fuit & amplius ð vinea, ac multo quidem præclarior vtilisq; irrigata sacra illa vnda Baptismatis: verum felicius adhuc pretioso Christi sanguine, quem ille ad te irrigandam vberime in crucis arbore effudit, ita vt tum vere completum illud Prophetæ dicere liceat, *Fluminis impetus latificat ciuitatem Dei.*

Verum præter abundantē illam irrigationem aquasq; quæ in eam immittebantur, calores & æstus in primis necessarii erāt. vt vix maturefcerent: quos adeo quidē vehementes Samarię incolę experti sunt, vt multi trā annorum spatio, præ calore & siccitate interierint, quin & adeo æstuates eos in Genesi legimus, vt Pentapolis calore & igne fuerit consumpta: adeo grādes quoq; & immēsos, vt omnia in terra eū lapides. imo aqua ipsa, ad Bilię preces deflagravit Deniq; ipse Christus, cum in hanc vineam venisset ac cruditate vuarum animaduertisset, quo citius multo maturefcerent, ignem secum detulit. *Ego veni ignem mittere: & quid volo nisi vt ardeat?*

Deinde vero post calores & pluias, adiungit & putationem, resecat eam, amputat, ac noxia & superflua demit: quod negotium primo ipsis Angelis cōmisit. *Eccc enim Angelus in vna nocte, miserabili amputatione omnes Ægyptiorum primogenitos resecat: ecce* *Exod. 12. & alium*

& alium in castris Sennacherib Regis Assyriorum vno tempore ceterum octoginta hominum millia diuina iustitia gladio excindentem. Quam tamen vehementem nimis incisionem, Angelis demandatam, reuocauit, & homines adhibere maluit, qui molliorem multo & leuiorem, Circumcisionem seque ad vsque Messia aduentum permanit.

Quo igitur laboribus exulta es o vinea! non restabat aliud, nisi vt ex vno loco in aliu transplantareris: quod toties tibi factu, quae tot diuersa sola & fundos habuisti, ac tam variis in terris fuisi constita. Primo namque in paradiso terrestri plantata es. Hinc quam ferax & fertile solum! inde in terram hanc miseram translata, o sterilem fundum! Traduxit te mox Abraham de Vr Chaldaeorum, inque terra Chanaan transtulit: Ioseph te in Aegyptum tulit, Moses vero videns te pessimo tunc loco sitam, in desertum migrare facit: vnde regius Psaltes: *Vineam de Aegypto transtulisti.* Cum ad quadraginta prope modum annos in deserta illa & inaquosa solitudine hessisses, in qua te Caleb & Iosue videbant arefcere, in terra promissionis te traduxerunt: in qua cum multis annorum milibus feliciter propagata esses & fructum vberissimum protulisses: ipse paterfamilias Christus, ac vinea Dominus, noua quadam ratione, in Gentili solo totam transplantauit, in quo tanta tua felicitas & augmentum fuit, vt quamprimum per ipsum terrarum orbem propagines & genimina extenderis.

Verum, vt profundius adhuc hanc vineam ingrediamur, dico eam valida & spissa sepe, id est, custodia & protectione Angelorum, esse circumseptam. Quid ni? Si n. Cherubini paradisi custodierint, si coelicae intelligentiae coelestes orbes ipsorumque motum moderentur & conseruent: quid obstat quo minus Ecclesiam ab Angelis protegi dicamus? sequamur in hoc vatem regium, eiusque verba huc trahamus: *Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis.* Scio quidem hoc de animarum protectione vulgo intelligi, quas Angeli custodiunt & protegunt: at non video, quo minus hoc & de Ecclesiae defensione intelligatur? Suffragatur hic mihi & Isaias: *Super muros Ierusalem constitui eu-*

stodes, tota die & tota nocte non tacebunt. Quin *Psalm. 124.* & ipse Deus huius vineae custodem agit: *Dominus in circuitu populi sui.* & alio loco: *Nisi Dominus custodierit ciuitatem frustra vigilat, qui custodit eam.* per hanc ciuitatem vinea & per vtrumque Ecclesia intelligenda est.

Ecce tibi praecipuum vineae vallum, ac primam custodiam: sunt autem & alia munita, quae eam protegant & ab incursu hostili tueantur. Ipsae scilicet Sanctorum preces & intercessio, an non sepes & murus validissimus dicenda sunt? An non Iudas ille Machabeus Israelitarum dux & decus, per omnes terrae angulos bellica laude ac rerum bene gestarum gloria nobilis, Prophetam Ieremiam, ac Summum Pontificem Oniam, extensis manibus Deo pro sancta ciuitate Ierusalem & omni Iudaeorum populo supplicantes, eumque velut sub alis protegentes, & custodientes vidit? Quin & ipsa doctrinae scientiaeque Doctorum vineae huic loco sepes est: lupos enim arceat, vulpes excludit, atque alia noxia animalia prohibet ne eam ingressa destruant ac demoliantur: quae nam scriptorum, & librorum sepes, quisnam disputationum, & praedicationum, Carechismorum murus & vallum hanc vineam ambit? At omnium fortissima sepes ipsa Conciliorum auctoritas dicenda est: hac enim semper haeretici eadem exclusi sunt: haec eos haecenus semper prohibuere ne Ecclesiae septa transilietes eam misere inuaderent, & destruerent.

Ecce, vix Atriana illa rabies, quam vere lupinam dicere possumus, per agros Ecclesiae grassari coepit: quin ecce Concilium Nicenum sepe ex tot Episcopis & sanctis Patribus constituit. Macedoniani vineam hanc parant inuadere: Ecce tibi Constantinopoli statim indictum Concilium, velut murum circumiectum & oppositum: succedunt his Nestoriani: & ecce magnum illud Ephesinum Concilium sese opponit. Eurychiani vineam nostram demoliri satagunt: at sepe ex Episcopis variis coactam, qui Chaledonem tamquam ad sacram aliquam expeditionem suscipiendam confluxerat, inueniunt, quae aditum prohibeat. Quin & parentum memoria, cum Lutherani, Zuingliani, Caluinistae, instar efferaescentium luporum, ex latebris

Explicatur vineae huius sepimentum

2. Mach. 15.

Conciliorum auctoritas Ecclesiae instar sepe sunt.

haere-

Gen. 7. Irrigatio vineae est Esau filia.

4. Reg. 18.

Exod. 11. 3. Reg. 11.

Psalm. 79.

Psalm. 4.

Reg. 11.

Angeli sunt Ecclesiae sepes.

En. 14.

Reg. 11.

Psalm. 90.

Psalm. 11.

Isa. 62.

hæreseos emergerent, & Germaniam ac miseram nostram Galliam vastare gestirent: an non etiam statim Concilium Tridēti indici vidimus, ad quod ex omnibus mundi partibus doctissimi quique, cum Episcopi & Præsules, cum Doctores & magnæ auctoritatis viri, velut ad sacram quandam panegyrem, vt hereticorum rabiem prohiberent confluerūt? quantam ergo Domine curam vineæ tuæ dilectissimæ geris? verum nondum hic tua diligentia & sollicitudo finem accipit.

Quid turris in vinea constructa denotet.

Videō hic quin etiam turrim, arcem, ac veluti propugnaculum. quid porro his omnibus innui putamus: Auditores? Quid si turrim hanc Pontificiam dignitatem & auctoritatem esse dixerō? nescio tamen an credituri sitis: erit forsitan ipsa sacerdotalis, in verum & mysticum Christi corpus potestas qua nihil in Ecclesia sublimius aut maius inueniri potest, turrim dico, quæ Angelorū dignitatem

Turris hæc diuersimodè explicatur.

potestatemque Seraphinorum multis interuallis antecedit. Quid si hanc turrim, ipsam Ecclesiæ Iurisdictionem interpretatus fuerō? quæ altissima fortissimaque est, à qua hinc centuræ & interdictiones, inde vero indulgentiæ gratiæ proficiuntur. Omnia hæc & quidem apposte dici possent: verū cum attentius turrim hanc specto, sacram Scripturam esse, non possum quin asseram: quæ nimirum turris est, Dauidicæ illi non absimilis, è qua mille clypei pendent: turris cum propugnaculis ædificata Scriptura igitur Ecclesiæ armamentarium est è quo dum tempus est, arma, machinæ bellicæ, & bombardæ maiores, ad hæreses oppugnandas, expugnandasque, ad Iudæorum perfidiam recundendam, ad tentationes deniq; superandas, proferuntur. Quin & Dominus noster Christus non aliunde arma ad Principem tenebrarum prosternendum accessit, quam ex sacra Scriptura: *Non in solo pane viuit homo, contra gulam: Non tentabis Dominum Deum tuum, aduersus superbiam.*

Cant. 4.

Matt. 4.

Torcular Ecclesiæ.

Restat adhuc torcular quod ubi inuenimus, nihil amplius restare puto. Quid igitur nobis ò præclarū torcular denotat? ausimne dicere martyrium & supplicia esse, quibus gloriosus ille martyrū sanguis expressus est: an vero ipsam pœnitentiam quæ vere admi-

rabile torcular est, ubi sub attritione & contritione, veluti sub duobus molaribus aut tabulis, peccata conuertuntur & inter se colliduntur, maxime ubi & iucundissimus ille lacrymarum riuulus accesserit? Verum haud penitus errauero, si Crucem Christi torcular hoc esse affirmauerō: ita namque eam ipse olim vocauit: *Torcular calcanei solui.* Ipsa namque est torcular illud regium, quod in monte Caluarie, in quo Redemptor ita expressus fuit, vt pretiosus sanguis eius copiose vndiq; effluerit, constitutum fuit.

O paterfamilias benignissime, quid ampli⁹ debuisti vineæ tuæ facere, & non fecisti? Tor Episcopi, tot Doctores, tot Prædicatores in hæc munimento constituti sunt: tot sacerdotes in sacrificii torculari, tot Papæ, tot Pontifices, Cardinales in turri eius positi. *Quid igitur debui ultra facere vinea mea? & non feci?* O vere igitur turrim admirabilem, ò vineam pulcherrimam, ornatissimam, & omnium aliarum vinearum fortissimam!

Iam tempus est auditores, vt ad alteram concionis partem accingamur. Vineam igitur tam valde communiam, magnus paterfamilias locauit eam agricolis & vinitoribus: summis inquam Sacerdotibus Leuitis, Scribis quoque & Phariseis in veteri Testamento: Pontificibus pastoribus & Episcopis in nouo. Ad Iudæos tria seruatorum genera missa sunt, ad fructus vineæ huius reperendos præmi, scilicet temporibus Iudicum, & hi fuere Propheta: secundi Samuel's & Regum tempore, & hi quoque Propheta, at plures longe quam prius: postremi fuere post transmigrationem Babylonicam, & hi quoque Propheta fuere, ac numero prioribus superiores. Verum ò crudelitatem inauditam, & ingratitude in incomparabilem! impii illi agricolæ omnes hos seruos, quos ad illos vineæ dominus destinauerat. interfecere: *Occiderunt nēpe Prophetas: Isaiam ferræ lignea secure medium: Amos lapidarunt: Michæ alapas impegerunt, ac carceri manciparunt: Ieremiam in puteū demerserunt: Ioanni Baptistæ caput præciderunt, Iesum Christū deniq; filium familias, hæredem vineæ, cruci affixerunt.* O inhumanitatem admirandam! quæ in nouo quoque testamento haud multo minor fuit. Misit namque pater-

Isai.

IV.

Prophetas

sunt serui

missi in

vineam

et

inter-

fecerunt

illos

et non

re-

per-

erunt

illos

et non

re-

per-

erunt

illos

et non

re-

per-

erunt

illos

et non

re-

per-

erunt

illos

et non

re-

per-

erunt

illos

et non

re-

per-

erunt

illos

et non

re-

per-

erunt

paterfamilias & alios seruos, quales Aposto-
li, qui omnes martyrio affecti sunt: misit Do-
ctores & præcones Euangelicos infinitos,
qui omnes aut neci traditi, aut ludibrio ha-
biti. ò nefarios & sacrilegos agricolas! ò in-
gratos cultores!

Hinc animaduertas oportet hæretice, cū
de vinea iam sermo incidit, strenui & seduli
agricolæ, qui veniam conductitiam possidet,
non esse eandem destruere & demoliri, aut
nouas turres & propugnacula constituere: a-
liatorcularia imponere, sepes eas noua qua-
dam ratione flectere, atq; ex hac vinea alias
vuas condere, quemadmodum te ruique si-
miles facere videmus: qui nouam Ecclesiam
creditis nouas disciplinae cæroniarumq;
interpretationes fingitis, noua Sacramenta
excogitatis & comminiscimini. Mihi credi-
te, nihil hic immutandum, at prima illa vinea
excolenda est, sacre Scripturæ sensus, quem
SS. Patres proposuerunt, retinendus, tradi-
tiones Ecclesiæ seruandæ, cuiusq; institutum
pceptaq; sine vlla deprauatione custodienda.

Verum ò Christiani, quid statis hic tota
die otiosi? quid ageris in vinea Domini? ecce
paterfamilias fructus in ea exigit: fructus in-
quam misericordiar, elemosynas quas in
pauperes & inopes profundatis, exigit cultū
latriæ, fidem, & reuerentiam erga venerabi-
le Eucharistiæ Sacramentum: fructum pa-
tientiar in afflictionibus, fructum obedi-
entiar erga Ecclesiæ Præsules. Fructus prædica-
tionis requirit ab Episcopis & vt in diocesi
sua commorentur: pacis denique fructum à
Christianis Principibus. Quos fructus si non
proferamus: timendum est, ne iratus vineam
nobis auferat. *Et auferetur à vobis regnum, &
dabitur genti facienti fructum eius.* Ecce pro-
ducam exempla. Abtulit vineam hanc ab A-
sia, quam sanctus Ioannes tanta pietate & sa-
lutaribus institutis excoluerat: abstulit ab A-
frica, in qua Augustinus tot miracula patra-
rat, abstulit denique ab Anglia, quæ tot viros
tum sanctitate tum doctrina scientiaq; exi-
mios progeniuit.

Quæ cum ita sint Auditores, vitant obse-
cro vestram corrigite, ac fructus dignos bo-
norū operum proferte, *Auferetur alioquin à
vobis vinea hæc, & dabitur genti facienti fru-*

Tom. 1. Bessai Quadrage.

ctum eius. Contulerat Sauli regnum Deus,
quo cum se indignū redderet: id auferens in
Dauidē trāstulit: Elegerat quoq; Ieroboam,
vt decem tribubus præset, cui beneficio cū
vita nequaquam responderet, tanto eum de-
iecit humiliss, quanto eum prius eleuaue-
rat sublimius Sodomam in terra fertili & fe-
raci condiderat, *erat enim terra illa sicut para-*
disus, quæ cum dignos non produceret fru-
ctus, eam perdidit & incendio deleuit. Decē
populos regionibus & vrbibus spoliavit, &
Israelitis tributum pendere coegit: eo quod
fructus bonos nequaquam proferrent. vnde
Psalmita: *Dedit illis regiones gentium, & labo-*
res populorum possederunt. faciamus igitur in
hac vinea fructus, sedulo in eadem elabore-
mus, ac fructus pœnitentiæ dignos produ-
camus.

Teque ò paterfamilias, qui nos magno sa-
ne nostro commodo in hac vinea constitu-
isti, qui nos à primis natiuitatis initis, An-
gelorum custodia veluti sede circumsepisti,
qui nos deinde semper sub excelsa & inex-
pugnabilis dignitatis Pontificiæ turris mu-
nimine protexisti, qui nobis quotidie pre-
tiosum regalis tui sanguinis vinum magno
impetu in crucis torculari expressum propi-
nas; denique qui nunquam Ecclesiæ tuæ vi-
neam excolere desinis, nobisque omnia, quæ
ad laborandum in ea necessaria sunt, abunde
suppeditas; supplices deprecamur, hæc vt no-
bis gratiam concedas, vt cum toto huius vi-
tæ tempore in hac vinea laborauerimus, fru-
ctus dignos pœnitentiæ, bonorumq; opetum
proferamus, tibiq; gratum hac in vita obse-
quiū exhibeamus, quo in altera deinde glo-
riam tuam contemplari mereamur. Amen.

SABBATO POST DOMINI-
CAM II. QVADRAG.

Partitio.

- I. De prodiga voluptate.
 - II. De filio prodigo.
 - III. De luxuria, & dissipatione.
 - IV. De regione longinqua.
- Homo quidam habuit duos filios: & dixit ad-
olescentior ex illis patri: Pater, da mihi
portionē substantiæ quæ me contingit, L. 13.

Vu FIGVRA

FIGVRA

HAbuit magnus ille Patriarcha Isaac, dilecti Deo Abrahami natus, duos filios moribus & vita admodum dissimiles, naturaq; penitus diuersa: vnus quippe, Iacob scilicet erat supra modum pulcher, prudens, parentibusque obediens, morum suavitate praestans, benedictionibus denique completus: alter vero deformis, pilosus vt vrsa, vorax; helluo, moribus dissolutis, crudelis, ac ferox, vindictaeque sitientissimus. Tales quoq; hodierna nobis parabola ob oculos ponit: videmus hic namq; duos vnus patris filios, sed moribus prorsus inter se discrepantes: eorum primus prudentissimus est, laudabiliter educatus, moribus optimis patrique parentissimus: alter autem stultus, & vanus, moribus dissolutis, lurco, ganeo, popinator, denique paucis vt absolua, prodigus: qui petita a patre haereditate, domoque paterna derelicta, agros pererrans, in regiones longinquas dudum euagatus secedit: in quibus cum substantiam cum seortis & meretricibus consumpsisset, tanta inopia pressus est, vt porcos pascere coactus, eorum siliquis & pabulo saturauerit. Reliquum eius itineris, & quamnam via ad patrem redierit scitis, cum Spiritus sancti auxilium precibus Matris exoptauerimus. Dicamus igitur vnanimis.

AVE MARIA

I. Architas ille Tarentinus, prudens & rerum tractandarum scientia celebris, quo melius in rebus civilibus versatum Graecia non vidit, de republ. seruanda ageret, dicere solebat: Nullam capitaliorem pestem, quam corporis voluptatem hominibus a natura datam; qua cum ciues infecti essent, de republ. salute, ac conseruatione penitus esse diffidendum. Hinc Dionysius Sophista iuuentutem Graecorum admonebat, ne plenis mellam manibus vorarent; sed extremis tantum digitis ea delibarent: quo apophthegmate docere volebat, non esse prodigalitate in feruida illa aetate permittendam, nec luxum dissolutionemque vsquequaque communes esse de-

Mel non esse plenis manibus comedendum.

bere: cum enim semel ab eis Respublicas contigit inquinari, penitus illas concidere & multas corruptionum sordes contrahere, necesse est.

Referunt sacra volumina, principem Ionatham post stragem Philistinorum, gustato tantum melle, ad mortem esse condemnatum: quae sententia durior cum in eum prolata esset, lachrymans fortunam suam ac tristementi casum deplorat *Gustans gustans in summitate virgae, quae erat in manu mea, paululum mellis, & ecce ego morior.* o vere insignem allegoriam! significat hocce mel, voluptates, quas vbi vel gustauerimus, sapenumero nobis mortem & exitium afferre solent.

Est enim verissimum, nihil esse voluptate, aut pestilentius, aut deterius, atque ex profusione omnem penitus voluptatem originum ducere. si enim verum illud est, *Propter quod vnusquisque tale, & illud magis tale:* etiam prodigalitas, quae a voluptate perniciofa, vna cum aliis innumeris vitiis originem trahit, perimiscenda erit, & fugienda.

Ipsi quoque Ethnici adeo a peste hac prodigalitate abhorruerunt, vt qui ea notati sunt, semper condemnauerint, & grauibus suppliciis castigandos censuerint. Erat apud Graecos singularis quaedam in prodigos & afortos lata lex: qua paterno cumulo inferretabantur, quicumque haereditatem paternam possessionesque a moribus relictas inutiliter consumpsissent, & in prohibitos vsus euer-

tissent. Consueuerant Romani teste Aelio Spartiano in Hadriano, prodigos in theatrum producere, vt omnium ludibrio expositi ad saniores mentem redirent.

Magnus ille ac celebris Legislator Solon inter ceteras leges, & hanc tulit, vt prodigi & patimoniorum gurgites toto vitae tempore infames forent: additque Pandulphus, inter ceteras veteres Atheniensium leges hanc quoque in archiuis reperiri: *Τὴν ἰσχυρὴν ἐστὶν ἀναμνήσασθαι ἀρετῆς.* In quere huius confirmationem scripsit Plutarchus, summi illius ac nobilis ducis Phocionis filium Phocum, omnibus opibus, quas tam egregius ei pater magna sua laude partas reliquerat, inutiliter consumptis, ignominiam infamiamque subiisse.

2. Reg. 19
Ethnici prodigalitate deterriti.
Ethnici prodigos punierunt.
Alex. in Alexand. li. 2. ca. 24.
Laert. in Solon.

omniumq; ludibrio, & cachinnis expositum
vixisse: adeo vt lupus voracissimus, de decus
& ruina familiae, maiorumque suorum infam-
ia ab omnibus vocaretur.

Lib. 1. l. 12. Tabul.
Iuriconsultorum princeps & coriphæus
Julius Paulus his omnibus suffragatus ait, Iu-
ra ciuilia seuerè admodum in prodigos an-
aduere, & eos à bonorum suorum admi-
nistratione prohibere: quibus Prætor olim
Romæ hac formula interdicebat: *Quando tibi
bona paterna habita, nequis iatus disperdis,
liberosque tuos ad egestatē perducis, ob eam rem
tibi ea re, commerciaque interdicto.* Recordemini
quæso iuriconsulti præclarè illius legis,
quæ à tæto tempore in prodigos lata est. *Pro-
digo bonis interdicitum esto.* O leges vere diui-
nas, & respublicas bene institutas!

Lib. 3. l. 12. Tabul.
II. Non sufficiebat porro Arcopagitis, qui
summus apud Athenienses magistratus erat,
prodigos infames reddere, verum eos & more
te veluti perduellionis, aut grauissimi in rep.
commissi criminis reos pledebant. Ne vero
me fabulas narrare putetis proferam vobis
præclarum ex Athenæo exemplum. Quidam

Athen. li. 4.
animi Democritus apud Arcopagitas prodig-
galitatis infimulatus, quæptimū ab iis morti
adiudicatus est: verum cum in defensionem
sui innocens adderet, prodige quidem sese
bona dissipasse aut parum frugaliter impen-
disse, verum non vt voluptati, sed vt philoso-
phiæ liberius operam daret, omnium suffra-
giis quam primum fuit absolutus.

Leu. 6.
Quamobrem Auditores, si tanto peccatū
id odio Ethnici persecuti, adeo execrati sint,
ac tam seuerè punierint, quanto odio Chri-
stianos id prosequi ac detestari par est? quod
ipse Dominus in Euangelio satis innuit. Cum
enim in deserto quinq; hominū milia quin-
que panibus; & duobus pisciculis non sine
miraculo cibasset, colligi reliquias iussit, di-
ces: *Colligite, quæ superauerūt fragmenta.* Quid
magne Princeps, an post tantam libera-
litatem ostensam in opem te & avarum ostē-
des? Nequaquam, sed nihil aliud designare
volebas, quam quemadmodum in rebus ne-
cessariis conferendis liberalis extitisti, ita in
rebus te superfluis prodigum dici noluisse: a-
liā huius rei figurā in Exodo habemus. No-
luit Deus filios Israel plus mannae colligere,

quam iis in diem necessarium erat: noluit
quoq; eos in multos id dies coaceruare, ve-
rum vt in singulos dies colligerent, quo hac
ratione nobis ingentis huius peccati turpitu-
dinē ob oculos poneret, & ab eadem nos pe-
nitus absterreret. Verum præter hæc, ecce vo-
bis aliud in hodierno Euangelio insignis pro-
digi exemplum, vt hinc quam hoc peccatum
execrandum detestandumq; sit, liquido ap-
pareat. Historiam Lucas Euangelista narrat.

Homo quidam habuit duos filios, &c. De hac
igitur parabola loqui incipiamus, videamus
quæ quid in inuolucris hæc obscuritatibusq;
lateat inclusum. Homo hic, duorum illorum
filiorum pater, quem parabola hodierna de-
signat, meo quidem iudicio, Pater æternus esse
videtur. Hac enim ratione eum quotidie
cōpellamus, *Pater noster qui es in caelis;* Duo-
rum inquam, filiorum pater, iusti sc. qui pri-
mogenitus est, & peccatoris, qui iunior ac
secundo genitus: primus frugi & prouidus, al-
ter prodigus & dilapidator. Ipse est magnus

Figura.

Gen. 2.

Gen. 12.

Gen. 7.

Matt. 13.

ille Pater Abraham, in cuius familia duo fra-
tres diuersis plane inter sese moribus cōmo-
rantur, Isaac nimirum obsequentissimus, &
Ismael idololatra. Ipse est senex ille Isaac, qui
domi geminos alit, natura penitus discrepā-
tes, Iacob quidem benignum & moribus suauis-
simis, per quem iustus designatus, & Esau
prophanum & agetstem, qui peccatoris fi-
guram gerit; ambos scilicet in eodem Ec-
clesiæ vtero educatos, quam nobis facunda
illa Rebecca representat. Ipse est magnus
ille Noe, qui in Ecclesiæ suæ arca, coruos,
peccatores nimirum; & columbas, iustos
scilicet, continet. Denique ipse est magnus
ille piseator, qui in reti prouidentia bo-
nos & malos pisces, homines inquam, pro-
bos & improbos, in mari mundi huius, in-
star piscium, natitantes concludit. Ipse de-
mum est hic: *Homo quidam qui habuit duos
filios.*

Videas hic, patrem variis doloribus affli-
ctum, duorum n. tantum filiorum pater est,
& pro dolor! eorum alter improbus est, ac
moribus contaminatissimis, bonorum pro-
fesor ac prodigus. Vere quidem olim sa-
piens dixisse vilis est, *Gloria parentis est in
Virtute & in filiorum:* ac vice versa mihi quoq; dicere honesta
Vu 2 liceat,

vita filiorum est patrum gloria.

Man. ho. 59.

Conceptus præclarus.

Gen. 4.

3. Reg. II.

2. Reg. 12.

liceat, vitia, dissolutiones, ac sceleratâ filiorum vitam, parentibus pudorem, amaritudinem, dolorem, ac denique mortem sæpenumero afferre. Considerate, igitur, Auditores, ac vobiscum perpendite, quam afflictione, quove dolore infelicem hunc patrem par sit affici, qui non nisi duos filios cum habeat, eorum alterum dissolutum nactus est. O primi nostri generis auctor Adam, cum domum ac familiam tuam diligentius excutis, patrem plane similem huic nostro te fuisse compertis: inuenio namque in familia tua iustum & innocuum, Abelem scilicet, & simul sicarium & prodigum Caina. Similis quoque tua fuit cõditio, Rex David, atque eadẽ plane fors: fuit tibi namque sapientissimus iuxta & prudentissimus filius, Salomon; & alter improbus & prodigus Absalon.

Verum quam multos deinde huiusmodi parentes vidisti, ô munde! quot filios etiam prodigos & prodigos inquam, qui luxu, dissolutionibus atque impuris vitæ voluptatibus, exiguo temporis spatio, perdunt & dissipant, quidquid miseri parentes tot annis tantoque labore ac difficultate, ac tanto sudore pepererunt: qui etiam in quibus nati sunt domos, ad gulæ abdomini satisfaciendum,

Dictum Diogenis in prodigũ.

Lib. 4. c. 20.

distrahunt ac diuendunt? Atque ecce egregium, quod huc facere videtur Diogenis Cynici dictum, Cum enim ille quadam die per urbem incederet, videretque signo appenso, ædes prodigi cuiusdam & aforti venales esse, cauillari incepit ac dicere: Sciebam te post tantam ebrietatem ad eas etiam has euomere debere. Athenæus autem & alii, priori non inferiorius, de Cetesippo quodam refert, qui adeo prodigus & nepos fuit, vt omnibus bonis facultatibusque dilapidatis, quo voluptatibus ac gulæ satisfaceret, etiam paterni sepulchri lapides vendiderit. O prodigalitate inauditam! Viderisne aleones, propinatores, lutrones, quo non vos vestra perducit ingluuias? viderisne ad quamnam inopiam egestatemque; luxus & abdomen miserum hunc nostrum prodigum redegerint, vt & porcos pascere fuerit coactus, & fame propemodum emortuus; illum inquam, qui tam honestis natus parentibus tam nobili oriundus erat profapia.

Non erunt, mihi crede, hæc tripudia, iustus, munera iactantiæ, ac quot diana comestrationes, perpetuæ aut diuturnæ ô prodige. Vide ne te tristior aliquando fortuna affigat, aut illa, quæ modo læta arridet, vultum a te auertat, & ad pauperiem egestatemque te miserum tãdem compellat. Philosophorum omnium columen Plato, cum adolescentem quendam bonis & honestis ortum parentibus ac generosa oriundum profapia, cum facultates bonaque omnia turpiter dilapidasset, quadam die frustum panis sicci in angelo platearum comedentem vidisset, ei illudens dixit: *Si moderate prouidisses melius iam conuulseres.* Innuere cupiens, quod si meliorem rerum suarum rationem habuisset, nunquam ad hanc calamitatem fuisset redactus.

Refert de alio quodam Philosopho factum & dictum non absumite. *Ælianus*: qui Philosophus dum Agrigentinos iudices superbas ædes extruere, & gulæ ventrique videret indulgere, iocans dixit: *Agrigentini adificant quasi semper victuri, & comedunt quasi semper morituri.*

At equidem longe meliori ratione hoc de vobis dixerim, ô prodigi, ventris gulæque mæcipia, vestrosque nati abdomini, atqui in dissolutam vestram viuendi rationem. Vos enim luditis, ineptitis, dissolutionibus euagaminis, & voratis quasi craftina. vobis die ex hoc mundo discedendum foret, cum plures vobis forsitan anni supersint.

Et nunc patres intelligite: miseri inquam patres enecatis vos ipsos laboribus, vt opes acquiratis, domos extruitis, pecunias & annua vectigalia coacervatis, ac sæpe cõtigit, hæc omnia prodigis hæreditibus relinquunt, qui vix biennii aut triennii spacio deuorant, dissipant ac dilapidant, quod vos quinquaginta vix annorum sudore, industriaque assidua parauistis. Huius rei ergo venit mihi in memoriam præclarum illud Cratetis Thebani Philosophi factum, qui cum, teste *Laertio*, mortu vicinus testamentum condidisset, omnia bona, quæ in prompta pecunia erant, numulariis Reipublice in manus tradi voluit, ea tamẽ lege, vt si filii futuri essent frugi, & rerum suarum satagentes, eadem illis cõsignaret, sin minus, denegarent, & in alios vitus eõuerterent.

Simile

Wron. li. 3. cap. 7. Simile propemodum refert Brutonius, de summo illo duce Phocione, qui cum magna vim auri, quæ ei offerebatur, repudiasset, aliis vero virginibus, ut si non in usum suum, filius saltem eam acciperet, dignum se responsum dedit. *Si filius vitam moresq; composuerit, viuet paterna hereditate contentus; si prodigum fuerit: nec hoc argentum suffecerit.*

Phocionis prodēs di-
cium.

At tu ô Pater Euangelice; non ita te cum filio gessisti, Phocionem hoc in genere non es imitatus: verum opib. & facultatibus, quas in sudore vultus tui, laborando assidue, teque ipsum exercendo paraueras, traditis, eidem dissolutionis & luxuriæ habenas laxasti: tantumque abfuit, ut tibi gratias ageret, ac obsecundaret, ut vltro defecerit, paterna domo profugerit, in regionem longinquam secesserit, in qua substantiam omnemque facultates, prodige & luxuriose viuendo, voluptatibusque indulgendo, haud ita longotēporis spatium dissipauit: eaq; te ignominia, contumeliaque, ac simul familiam vniuersam affecerit, ut fame extimulante stipem postulauerit ac subulcus factus fuerit.

III. *Dissipauit omnem substantiam suam viuendo luxuriose cum meretricibus.* Duabus potissimum rationibus filius hic prodigus ad tantam inopiam calamitatemque deuenit, gula scilicet & luxuria, ventri scilicet & Veneri indulgendo. De luxuria hic agamus. *Viuendo luxuriose cum meretricibus.* quot, eheu! prodigos perdidisti infelix luxuria? Fuiisti, quantum colligere quidem datur, & tu ô Sampson, de prodigiorum numero: paterna enim domo relicta, in nescio quam longinquam regionem profectus, in terram scilicet Philistinorum; vbi amore pellacis Dalilæ irretitus, luxurioseque cum illa viuendo, omnem substantiam, & ipsam deinde vitam consumpsisti, adeo ut eo miseria calamitatisque deuenieris, ut ad pistrinum bestia in morē fueris compactus: fuisse & tu prodigus ô Sichem, cum enim regali sanguine oriundus, & Dnæ amoribus incatus, eam constupratam abduxisses, simul & vitam & regnum amisisti.

Gula &
luxuria
prodigū
hunc per-
diderunt.
Iudic. 15.

Gen. 34.

2. Reg. 11.

At nullum magis prodigum, aut magis profusum, quam te, nuenio, ô rex Salomon. Timore enim Dei, nō secus ac domo paterna, relicto, atq; in regionem longinquam se-

cedens, summis in deliciis, luxu, voluptatibusque, tot meretricibus stipatus, septuaginta scilicet reginis, ac trecentis concubinis, vitam traduxisti, ac demum omnibus diuitiis donis perfectionibusque celestibus, quibus cumlatus eras, dissipatis & profusis, ad eum calamitatis gradum peruenisti, ut idolis vltimas immolares. *Cum meretricibus.*

Prou. 29.

O ingens iuuentutis exitium, ac pestem adolescentiæ! *Qui nutrit scortum, perdet substantiam suam;* ait Sapiens Ipsamque meretrix hirundinis instar, cum semel homini adherescere inceperit, omnem eius sanguinem exsugit, omnes opes facultatesque, exhaurit & elicit simulque pestis est, quæ sapientissimos sanctissimosque viros contagio suo corrumpit. *Reiuit mihi namque Salomon dicens: Vinum & mulieres faciunt Apostatari sapientes.* O sirenes, ô canes, ô lupæ, ô pellices, quot adolescentens optimo vatos loco perdidisti; quot domos exhaustisti; quot familias euertisti, & infames reddidisti?

Ecl. 19.

Refert in hanc rem Athenus, nobile illud Græciæ scortum Phrynem, tantas opes diuitiasque sui corporis euulgatione comparasse, propriis ut ciuitatis Thebanæ, quæ vna de numero magnarum Græciæ ciuitatum erat, muros, vrbis Thebaniæ ab Alexandro Magno dirutos, propriis sumptibus restaurare potuerit, quod à Maro voluit magistratu vltro, sibi ut liceret postulauit, modo restituere. hæc epigraphæ adiungeretur: *Alexander evertit, Phryne meretrix erexit.* O rem vere portentosam ac pene incredibilem: quot illam lupam domos oportuit evertisse; quot familias expilasse & exhaustisse, tantas ut opes coaceruaret; quo tantum tamque vastum opus ausa fuerit moliri?

Lib. 5 c. 12.

*Meretrix sumptib. banæ mu-
ros voluit restituere.*

Addit de eodem scorto Plutarchus, eo illam impudentiæ deuenisse, ut in templo Apollinis Delphici statuam Veneris ex auro solido dedicare non erubuerit, hac addita epigraphæ: *Ex Græcorum intemperantia.* idem & scribit Laetius; sed adiugit insup Plutarchi Cratem Philosophum cum quodam tempore hocce templum ingressus esset, hancque ingentem statuam esset intuitus, dicere cœpisset: *Græcorum de petulantiâ id trophaum erectum.* *Laet. li. 6.* est, ecce hic exuias de prodiga nostra iuuentute suffixa. Quando vero vos, ô Veneris sta-

Plut. lib. de fortuna Alexandri.

In meretricibus inuehitur.

ruę, vos meretricibus, vos Gallię nostrę Phryne & Laides superbiętes & circumadornatas inueimur, an nō dicere, imo exclamare multis cum lacrymis poterimus: *Gallorum de petulantia id trophæum erectum est.* Hę auro pictę vestes, hęc auro intertextę, s; ymata, gemmę illę, hęc pretiosa conchylię, luxus ille & totius corporis splendor, iuuentutis nostrę sunt spolia, de dissolutionibus adolescentum hoc fixum trophæum est. Et sane frontibus vestris inter adamantes, & reliquos capitibus vniones, hoc epigramma inscriptum geritis. *Ex Gallorum intemperantia:* Integra enim patrimonia, domus bene instructę, cubicula suppellectilib. referta, in sumenda forent, anteq; vestes hęc holoseicas, byssinos hęc finus quis compareret. O pestes! o vipera! vos primę prodigo huic exitii causę exitistis. *Dixit pauper omnem substantiam suam viuendo luxuriose.*

Insignes de prodigalitate conceptus. Insignes de profusione conceptus.

Verum præter luxuriam & intemperantiam Veneris, nepos hic & prodigus non nisi de epulis conuiuissq; loquebatur. O prodigalitas incomparabilis: id ipsum tu cū homine agis, quod cum Noacho olim vinum: cum enim ille vino inebriatus esset, factum est, vt verenda eius detecta fuerint, turpitu doq; toti mundo patuerit: ita & tu, cum hominem nescio quibus voluptatibus inescas & inebrias, nuditatem eius, calamitatem, paupertatemque omnibus omnino mortalibus patefacis. Quod olim Sampsoni Dalila, id tu homini: amplexibus enim illa suis cum stringens ad somnum inuitauit, & crines capitibus, in quibus omnis eius fortitudo consistebat, detondit. Tu quoque o infida Dalila, in sinu turpium voluptatum reclinatos hęc prodigos ad suauiter dormiendum cum inuitasti, crines & omnem cęsariem iis tondes, omniaq; in quibus eorū vis cōsistit, aufers & refecas.

Exod. 32.

Aaron cum vidisset filios Israel auro & opibus onustos ex Ægypto rediisse, omnes eis opes abstulit, & idola ex eis cōstravit. Eadem prorsus prodigalitatibus agendi ratio est: cum enim filios familias e pueritia excedentes, opibus onustos videt, caute & subdole eas extorquet, vt in idola cōsuetus, vt iis scilicet ad committenda peccata, ad idolatriam, & gulam, & in scorta, quę totidem ferme aurei

vituli & idola sunt, abutantur; quo in loquendi genere D. Paulum fecutus sum, cum ait: *Quorum Deus ventres est.*

Viuendo luxuriose. O profusio, omni supplicio digna, quoru tu, obsecro, in orbe superfluitates, & quę non luxū excitasti? Vltima Ægypti regina Cleopatra tam splendidi & dapale Antonio suo epulum parauit, vt in secundam mensam, referente Plinio, centies festertium impesum fuerit, id est, calculo nostro septingentę quinquaginta aurilibrę. O profusionem estusionemque inauditam! Ecce tibi & aliam nō minus admirandam. Vitellius proximus ab Othone Rom. Imp. epulas trifarię semper dispertiebat, in ientacula, & prandia, & cęnas: nec minus singuli apparatus quadringentis millibus nummūm constabant. At dignam ingluuie gulaque sua pœnam subiit: vix enim Vespasianus Imper. ab exetitu renunciatus fuit, quin, edacitatis hoc gulaque portentum, comestatorque ille infamis, iniecto ceruicibus laqueo, veste discissa seminudus in forum uenit, inter magna rerum verborumque ludibria, tractus sit.

Non grauior o Regum rex Salomō, post Ethnicos etiam te recensere, & nisi scirem omnia opera tua mysteriis fuisse plenissima libere ausim confiteri, nullum te vnquam in mundo profusorem exitisse: de te enim ita scriptura quasi de re inaudita locuta est: *Erat autem cibus Salomonis per dies singulos XXX. cori simila, & LX. cori farina, X. boues pingues, & XX. boues pascuales, & C. aristes, excepta venatione feruarum, caprearum, atq; bubalorum & autum alolum.* An non hoc vobis luxuriose viuere videtur?

Redeamus iterum ad profanos, & noua profusionū genera enarremus. Cum ad Lucullum Senatorem, Romanorum Prętor postulatum misisset, vt aliquor ei vestes in ludos & spectacula præberet: quamprimum centum millia eiusdem formę & coloris, purpurei scilicet, misit.

Tantus quoq; Heliogabali luxus & splendor fuit, vt balnea eius semper rosaceam aquam spirarent, in iisque lauaretur, lampades eius balsamo semper collucerent, in croceo sterteret strato, & vestes quotidie nouas indueret. Caligula vero nepotinis sumptibus omnium

omnium prodigorum ingenia superauit: qui pretiosissimas margaritas aceto liquefactas forberet, conuiuis ex auro panes & obsonia adponeret: de cedris Liburnicas fabricaret, gemmarum puppibus, versicoloribus velis, magna thermarum & porticum & tricliniorum laxitate, magnaque etiam vitium & pomiferarum arborum varietate: denique qui nihil tam efficere concupiscebat quam quod posse effici negaretur.

Porro profusiones has & effusiones effrenatas relinquit, & ad prodigum nostrum reuertatur, audiamus ut triste suū iter narrans singuliat: si me mea fallit opinio, veram tui hic, o peccator imaginem contempletur, hæc mutato domine de te fabula narratur: tu scilicet ille es prodigus, prodigus inquam, quo plures nemo vnquam ab hominum memoria opes gratiarum, donorumque celestium diuitias prodedit ac dissipauit. Fare age, casum nobis tuum enarra, imprimis ecquæ illa longinqua est regio, in quam paterna domo relicta, secessisti? peccatum scilicet longinqua regio est, & extra anni solisque vias posita, in quam peccator demens & imprudens secedit, & in qua omnes gratias, omnia merita dilapidat ac decoquit, cum voluptatibus adulteratur, & in qua vitiorum portos pascit. *Abijt in regionem longinquam.* O spiritualis prodige, o infelix peccator, cum Deum deseris, & in vitiorum regionem diuertis, quam longum iter ingredieris, in quam longinquas, prohi dolor! terras proficisceris? *Longe nempe à peccatoribus salus.* Quanta inter gratiam & peccatum, inter cælum ac terram, inter vitam ac mortem, inter capedo, quantaque distantia est? Ipsi Angeli, spiritus inquam, cælo turbati, licet adeo pernices sint & agiles, cum iam à sex annorum millibus iter hoc ingressi sint: nondum tamen ad domum paternam, reuersi sunt: aut vltimam quam tempore reuertentur. Cain quoque, Pharaon, diues Epulo infelix hoc iter assumpserunt, ac nondum redierunt. Eheu, quam longum hoc iter est, quam remota regio: Cui miser Adam eiusque coniux Eua cum tota sua familia hanc viam ingredi præsumpsissent, adeo aberrarunt & deuiarunt, ut quatuor aut quinque iam annorum millibus exitum re-

perire non potuerint: quin & ad hanc usque diem errantes & vagabundi hæssissent, nisi ipse clementissimus Deus eos eduxisset. Cogites igitur tecum peccator, vbi nam locorum te ille quaesierit? quaesuit te in præsepio, in Ægypto, in deserto, in cruce, in sepulchro, in ipsius denique inferorum sedibus prohi dolor! an non igitur te in longinquam regionem peccatum perduxit?

Quos porro casus in hac regione longinqua subiisti o peccator, o prodige! *Dissipauit animam omnem substantiam suam.* Hic status est, hic peccatum locus in quem te vnicum letale peccatum sauiat.

conijcit: omnibus te gratis quas cœlitus accepisti, denudat, mentis te exiit, omnemque tuam substantiam euertit. Tunc tristis ille tibi ingruit casus quem Christus plorans Ierosolymitanæ ciuitati euenturum prælagit.

Venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & coangustabunt te undique, & ad terram prosterment te, & non relinquent in te lapidem super lapidem. Sic quandoque animam à peccato contrigerit superati, non manet in ea lapis super lapidem, gratia super gratiam, domus super domum, omnia collabuntur, sola fundamenta restant, eaque etiam mutila & ruinam minitancia: fides inquam semimortua. Tum fit o Philosopho, *resolutio vsque ad materiam primam, vsque ad fidem, vsque ad naturalia.* Hoc nempe est illud, quod Dominus per parabolam de seruo multalientorum debitore, cuius omnia bona diuēdita sunt, designatum voluit: *Iussit eum Dominus eius venditari, & uxorem eius, & filios, & omnia qua habebat.* Ita quoque tecum agit o peccator, omnis animæ tuæ supellex eripitur, omnia subhastantur, nihil est quod crudeles illi ac nefarii lictores, dæmones scilicet infernales, peccato iam commisso, violenter non eripiant. *Dissipauit omnem substantiam suam* admiratione dignum est Auditores, ecquo modo D. Cyprian. hoc exaggeret, illudque explicando euagetur: *Hæc sunt, inquit peccata lapsis quod gratia frugibus, quod turbulentiū fidus arboribus, quod armētus pestilens vastitas, quod nautis saua tempestas.* Cum de nautis hic loquor, redit mihi in memoriam, quod olim pauidi illi nautæ Ionæ Prophetæ præstiteret: cum a. ingens eos tempestas inuaderet, vt se ab

Luc. 19.

Mat. 18.

Cyp. ser. 88. de lapsis.

Ioan. 2. Allegoria.

Peccatum regionem longinquam significat.

se ab immineñti periculo defenderent, nauem exonerarunt, & omnib. quas uehebant mercibus in mare turbidum coniectis, Ionam quoque Prophetam in undas precipitem dederunt. Ad eundem plane modum, cum scrua peccati procella anima ingruerit; ipsi dæmones nauem inanem & vacuam reddunt, ac primo omnes gratiarum, meritorū, omniumq; bene ac recte factorum merces ac thesauros in pelagus, pelagus inquam æternæ damnationis, coniciunt, ac deinde miseram animam eodem deturbant.

Quemadmodum vero magnus ille fluuius Hypanis, licet dulces secum aquas uehat, ubi cum paruo quodam amne commiscetur, dulcorem amittit; & amaritudinem quãdam contrahit: ita quoq; anima uirtutibus & meritis instar latissimi torrentis abundans: cum enim amara illa peccati uena ac scaturigo in eam sese exonerat, confestim aquæ eius dulcissimæ, in amaras conuertuntur. O infelix peccatum! quantum malitiæ & exitii tecum conuehis. At longe tu infelicio, ô peccator, dum tam benignum patrem deseris, ut in regionem longinquam, adeoq; tibi infortunatam, in qua extrema fame affigeris, in qua omnem tuam substantiam dissipas, in qua tanta tibi accidunt infortunia, secedis? Quã obrem expergiscere aliquãdo ô prodige, expergiscere, aperias tandem aliquando oculos: si ea tua fuit insania: eaq; stulticia, ut iter hoc fueris ingressus, iam reuertendi tempus est: ecce opportuna tedeundi occasio se præsentat: ecce, Deus ipse ultro te quærir, & te ad sese uocat. Egredere igitur, desere luluë, ros hosce fues, desere pellaces illas meretricis: ac patri tuo ad genua ac pedes procide: illi cum lacrymis, suspiriis ac singultibus: *Pater peccauit in cælum & coram te*; In cælum inquam, iucundissimam Angelorum societatem, ac suauem illud Beatorum cõsortium deserendo, ut me porcis adiungerem. Peccauit, fateor, coram te, & malum coram te feci: unde grauius supplicia sum commeritus: uerũ ad eam misericordiam tuam confido, ut certo sciam fore mihi ut ignoscas: tu enim es, qui non desideras mortem aut damnationem peccatoris: tu, inquam, qui adulteros renuis condemnare, tu qui misellæ Chanaanæ miserus es: tu

deniq; qui pœnitentes Magdalenas in gratiam admittis: itaq; non dubito, quin & mei, inquam, miseri prodigi sis miserurus. quãnam mea, proh dolor, fuit calamitas! heu miserum me! quomodo ita me seduci, & fascinari permisit: ita me decipi ac dementari: ut domo tua relicta in hocce infelix desertum secederem, desertum dico in quo omnes fame emoriuntur, fame sc gratiarum, quas nobis soles elargiri: mercenariis tuis & seruis familias (sanctis inquam & Angelis) in summa quiete ac tranquillitate interea uiuentibus? Miserere igitur mei Pater æternæ, respice prodigum hunc, conuerte misericordiam tuam oculos in hunc Christianorum cõterum, benignitatem tuam omnibus hominib. ostende: nosq; omnes, magna animi contritione ac pœnitentia, è regione illa longinqua peccati redeuntes in domũ tuam, ubi splendida illa ac festiua cõuiuia parata sunt, & ubi perfecta securitas, & secura tranquillitas est, dignanter admitte: in gloriam sc cœlestem, ac nullo unquam tempore terminandam: ad quam nos Pater æternus, Filiusq; eius, ac Paracliticus Spiritus sanctus perducere dignentur. Amen.

DOMINICA III. QUADRA- GESIMÆ.

Partitio.

- I. *Odia ac pralia Christi & Satana.*
- II. *De potentia ac malitia Satana.*
- III. *Cur Damon suos obcacet?*
- IV. *Cur elinguet?*
- V. *Cur surdus faciat dedititios suos Caco demon.*

Erat Iesus eiciens demonium, & illud erat mutum. Luc. II.

FIGURA.

Iucundum profecto spectaculum fuit. Auditores, pusillum illum pastorem David, qui in Iudææ montibus patris sui greges pascebat, continuo in leonem qui ouem diripuerat, insurgentem eumque prosternentem, & prædam iam raptam faucibus eripientem, ac baculo effugientem, intueri. At multo iucun-

incundius spectaculum hodierna die nobis in hoc Euangelio spectandum proponitur: cum sc. bonus ille pastor Christus, qui ad Patris sui æterni greges seruandos in mundum descenderat, leonem illum infernale, greges inuadentem, ac miseram ouiculam crudeliter diripientem, inuadit, prædam desideratam violenter extorquet, eumque procul à gregibus, ad vsque infernale barathrum, repellit *erat Iesus eiciens demonium, &c.* Vt igitur audacius & securius de expulso hoc deque expulsiōe loquamur Spiritus sancti auxiliū, precib. gloriosissimæ virginis nobis rogandum est. Angelorum igitur consueta salutatione eam salutemus.

Ave Maria.

Odiū A- Tantum tamque immortale Carthagi-
milcatis in nensium Dux Amilcar aduersus senatum po-
Romanos. pulumque Romanum odium conceperat: vt
filium suum Hannibalem, prima vix dum
verba balburientem, iurare coegerit, nullo
se vniquam tempore eum Romanis pacem
inirurum: sed implacabili odio, mille mole-
stis & bellis, vti parens fecerat, quacumque
ratione posset, terra marique, imperium eo-
rum se diuexaturum. an non hoc vere ingens
odium est? Verum si à profanis hisce historiis
ad diuinas conuerti volumus, maius sane &
loage implacabilius inter Deum & diabolum
reperimus. Vix enim Verbum illud æter-
num ad mundum redimendum destinatum
erat, quin Pater omnipotens ipsum iurare
cogat, nullo se vniquam æuo cum Principe
tenebrarum in gratiam rediturum. *Iurauit
Dominus & non pœnitebit eum.* O ingens &
immortale odium! *Odisti quidem Domine,
omnes qui operantur iniquitatem,* verum præ
cæteris, ipsum iniquitatis auctorem diabo-
lum. cuius odii sex cetera in diuinis litteris ex-
empla indicia; inuenimus

Figuræ
quibus o-
diū Dei
& diaboli
designatur
1. Reg. 5.

Numquam potuit Arca fœderis & simul
idolum Dagon in eodem loco subsistere: ad
eundem quoque modum, arca illa humanita-
tis filii Dei vix in altari incarnationis, in tem-
plo Virginis Deiparæ fuit collocata, quin sta-
tim Satan, idolum scil. Dagon, conciderit &
penitus fuerit comminutus. Hoc namque olim

Tom. 1. Bessai Quadrage.

in Paradiso tibi prænuntiatum erat, & Satan:
*Ponam inimicitias inter te & femine eius, & ipsa
conteret caput tuum.*

Vix Isaac in domo Abrahamæ natus fuit, quin
ecce statim inimicitia, quin Ismael eiicitur
foras, *Eijce ancillam & filium eius:* ita quoque
vix Verbum illud Dei in æternæ voluntatis
palatio prædestinatum fuit: quin ecce tibi
statim odia, ignes, & bella grauissima: quin
ecce Ismael, Satan ille eiicitur foras, cælo
expellatur, mundoque extorris factus ad vsque
infernale barathrum derurbetur.

Non potuit columba, simul & coruus, in
Arca diluuii aquis iam imminutis, subsiste-
re: ita etiam, diluuiō peccati originalis ces-
sante, Patreque æterno nobiscum in gratiam
reuerfo, hominumque redemptione iam certo
certius promissa: nō potuit Verbum illud æ-
ternum, per columbam designatum, & dia-
bolus per coruum denotatus, in magna illa
mundi arca, id est, Ecclesia, simul consistere.
Nobis ne igitur figuræ defunt?

Porro inimicitia illæ mūdo ipso antiqui-
ores sunt: vix enim orbis creatus erat, ipsæ
creaturæ vix dum è nihilo prodierant, quin
ecce tibi in ipso primordio certamina, pu-
gnas, & prælia in ipsis cælorum habitaculis,
Verbum inter & diabolus: quod prælium
ad vnum Ioan. in Apocalypsi oculis subiicit:
*factum est prælium magnum in cælo, Michael,
& Angeli eius pugnabant cum dracone, & dra-
co pugnabat, & Angeli eius.* Hinc quam crue-
rum certamen! Hinc nempe omnes Angeli
filium Dei ducem habentes, illine vero diabo-
li cum principe suo Satan, & dracone in acie
constituti sunt. Redintegratum porro fuit
hoc bellum in paradiso, cum nimirum Pater
ille æternus & Deus his Satanam verbis ag-
gressus est: *Ponam inimicitias & implacabi-
le odium inter te & semen Virginis, id est, in-
ter filium meum, quoad naturam & substan-
tiam, & redemptorem mundi, quoad gratiā
& misericordiam.* Toties quidem illos decer-
tates vidistis, modo in Dauid & Goliath, mo-
do in Iob & Satan, modo in Dauid & Saul,
modo in Iudith & Holoferne: denique in fini-
tis aliis rationib. & congressibus Verū aliam
vobis & inauditam figuram proferam, in qua
gemel-

gemellos fratres, Esau & Iacob in matris Re-
becca vtero video colluctantes, & calcibus se-
se mutuo collidentes: *collidebatur in vtero e-
tus parvuli.* Præclara profecto historia Iacob
tandem Esau fratrem expulit, & inimicitia
illa iam ab ipso vtero & concepta, & in vita
ipfius exordio exorta, toto vitæ tempore per-
durarunt: videmus namque in adolescentia
eos de primogenitis litigantes, in iuuentute
de benedictione paterna, in senectute de suc-
cessione in hæreditate, toto deniq; vitæ cur-
su inter se cõcertare & digladiari. Quid por-
to vos infelices fratres huicce vestris certami-
nib; præsignatis? quam, tu benigne quidem
Iacob, Verbum illud diuinũ: tuque agrestis
Esau, *litifferram*: fratres ambo, ambo eiusdẽ
parentis filii: verum vnus quidem natura, al-
ter vero creatione: vnus quidem genitus ab
æterno, alter creatus à principio. Conclufi
adhuc ambo in spheris cœlestibus, nõ secus
atq; illi in matris vtero continebantur, cum
certamen hoc inierunt: *factum est præliũ ma-
gnum in cœlo, & agrestis ille Esau, Satan scili-
cet, cœlo deturbatus est: ab eoque primum
tempore bellum hoc inter vtrumq; cœptũ,
hactenus perdurauit.* In deserto nepe de ad-
oratione decertat in cruce de redemptione:
deniq; ipse Christus nihil aliud toto vitæ sue
tempore spectauit, quã inimicum hunc per-
sequi: & penitus excindere. Ecce eum iterũ
in hodierni Euangelii area bellũ hoc instau-
rantem. *Erat Iesus eiciens demonium.* Verum
vt ex hoc regio congressu voluptatem aliquã
haurire possimus: primo de eo qui eiecit, ac
deinde de eiecto verba facimus.

Primo itaque eiector & expulsor ille dæ-
monum, filius Dei est, Verbum inquam car-
ne circumdatũ. Est infractus ille & indomi-
tus monstrorum debellator Hercules, qui
Chimæras expugnat, Hydras domat, apros
prosternit, leones Erimanthios suffocat. Est
celebris ille Theseus qui in Labyrintho Mi-
notauros fili ductu deceptos interficit. De-
niq; omiffis fabulis poetis est filius Dei, ille
furiarum, monstrorum, hydrarum, diabolo-
rum scilicet, in deserto mundi huius, expu-
gnator: *In hoc enim apparuit filius Dei vt dis-
soluat opera diaboli.* Moyses in Ægyptum de-
scendit, vt populum à captiuitate & seruitute

Apo. 12.

Luc. 11.

1. Ioan. 8.

Exod. 1.

Pharaonica eriperet, ereptosq; per mare ru-
brum in terrã promissionis deduceret. Iesus
Redemptor noster, ita quoq; e cœlo in mun-
di huius Ægyptum descendit, vt nos e iugo
Satanæ, quod subieramus infelices, eriperet,
ereptosq; per rubram Passionis mare tradu-
ceret, viamq; patefaceret, qua ad terram æ-
ternæ promissionis deueniremus.

Erat Iesus eiciens demonium. Talem Sci-
pionem requirebat cruentus hic Hannibal, Dan-
talem Vlysem informis hic Polyphemus ad
immemum illum gigantem expugnandum
parus hic Dauid desiderabatur. Fuit vere res
admiratione digna, in Babylone à lapillo de
monte deuoluto ingentẽ illam statuam dei-
ci & in cinerem redigi. Erat hoc præsagium.
Auditores, de Iesu Christo, qui toties in sacris
litteris petra appellatus est. *Petra autem erat*
Christus, e cœlestibus montib; descendere &
in infernalem hanc statuam hodierna die in-
gruente, illam deiectam & in cineres redactã
iri. Quid obsecro, significabar, ad sonitũ clã-
goremq; tubarum sacerdotium, muros Ie-
richuntinos, qui expugnari non posse puta-
bantur, corruiere, & collabi? nisi ad vocẽ ma-
gni illius sacerdotum Principis, meritorem-
que eius adiunctione, opera Satanæ, quæ in-
star muri valdissimæ & inaccessibleis erant,
solo tenus esse prosternenda.

Habitabat olim in Ægypti fluminis ingens
draco, qui postquam aquas omnes infecisset
& turbasset: tandem à Domino effugatus est,
& aquis pristinus surs color & nitor reddi-
tus: ita quoq; draco ille Acherontæus, qui in
Apocalypsi septem capita & decem cornua
habere scribitur, iam longo temporis spatio
mundi huius mari infederat, venenoque suo
ac tetra contagio omnes eiusdem aquas in-
fecerat: at videre hũc hodierna die à Christo
Domino expelli, & aquas pristino saporis ni-
torique restitui.

Inter omnia quoq; prodigiõsa, quæ in Ba-
bylone olim Daniel Propheta fecit opera,
hoc in præcipuis fuit, cum scil. idolum Bel,
quod omnes magno cultu adorabant, deie-
cit & penitus cõminuit. Torus olim proho-
lori orbis omnesq; adeo mortales, Satanã ve-
luti Deum adorabant, & ecce hodie noster
ille Daniel, Christus idolum hoc cõminuit,
& cõ-

& expellit: quod inter omnia eius opera non profecto postremum est.

Magnum sane Sampsonis facinus fuit, & masculi atq; robusti animi indicium, cum ad Philistham filiam, cuius amore captus erat, descenderat, in via leonem suffocatis faucibus dilacerasse. At nonne multo iucundior hic histotiam videmus? Sampson enim noster Iesus Christus cum è cælo, vilissimæ Philisthæ, humanæ scilicet naturæ amoribus tractus, eam sibi per incarnationem indissolubili vinculo copulaturus, descendisset: leonem hunc rugientem in via offendens, eum inuasit, ouem faucibus eius inhærentem eripuit, atq; eum tantum non manibus suffocauit: *Erat Iesus euiciens demonium.* Insignis profecto expulsor!

Qui expulsi sunt, iam redeamus, & simul quis ille qui expulsi sunt, dispiciamus: expulsus est diabolus, humani scilicet generis hostis infensissimus, atque omnis adeo mali fons & origo. Eiicitur ex hominibus, è corporibus, ex animabus, ex ipso denique mundo, ad infernales vsque abyssos & tenebras exteriores: *Erat Iesus euiciens demonium.* Nolo hic potentiam eius exponere, nolo commemorare robur, scio, quidquid naturaliter fieri potest, eum facere facillime, etsi non ea quæ ipsam naturam excedunt. Potest corpora assumere, tempestates & procellas cedere, sensus fallere, artes & scientias edocere, mōtes deniq; transferre. Quid ni? ab ipsis namque Angelis montes illos & orbes cælestes moueri tradit Aristoteles. Potest torquere corpora, testis est Iob: potis est mentem turbare, expertus est Saul: sensus fascinare, Nabuchodonosor testimonium dabit: potest præterea & homines interimere: exemplo sint septem illi mariti Saræ: verum omnia hæc permittente Deo. Satis itaq; mihi videtur malitiam eius, quam potentiam describere: cuius hic quoq; exemplum euidentissime expressum cernimus. Videte demoniacum, infelicem sane hominem, quod nescio quo fato in nefandas eius manus incidit, tribus ab eo grauiissimis vulneribus fasciatum: *Et illud erat mutum,* ait Lucas: *Et surdum,* ait Mattheus: *Et surdum,* vt addit Theophylactus.

O rabiem infernalem! ob crudelitatem vere Egregius diabolicam! Intueri hic datur tria illa antiqua vulnera quæ natura humana iam inde à primordio in paradiso secūdam caput acceperat, quorum etiamnum cicatrices in animo gestamus: occæationem scilicet in animo & mente, silentium in voluntate, surditatem in concupiscentia. Ecce hic tres illas hastas, quibus cruentus ille Ioab, Adami cor (veluti Absalom) ex arbore vitæ pendens, transfixit. Hinc discatis oportet, o infelicis anime, quonam in statu constituræ sitis, quonam in periculo versemini, cum cruenta illa bellua, vos sub potestate sua possideret: aures primum obrurat, linguam deinde impedit, oculos demum excæcat: imo vt nec audire, nec loqui, nec videre possitis: omnes namq; sensus penitus occupat.

Holofernes princeps militiae regis Nabuchodonosor, in obsidione Bethulie oēs aquæ canales foriumq; scaturigines aut obstruxit, aut alio deriuauit, vt hac ratione obsessi aquæ penuria laborarent. Eodē plane modo infernalis ille Holofernes in animarū nostrarum agit obsidione, eodem vitur stratagemate: sensus n. exteriores qui instar cōductuum & meatuū sunt, (nihil est enim in intellectu, quod prius non fuerit in sensu) occupat: atq; ita occupat, nullum vt auxilium afferri, nullus vt extrinsecus commeatus in miseris illas animas fame & inedia deficientes queat induci.

Incestuosus Amnon, Thamar sororem cōstuprare cupiens, ne quis conscius facinoris adesset, omnes cubiculo coegit exire, pessuloque ianue obdito, in conclaui infelicem virginē oppressit. Non secus nobiscum fornicatorum ille princeps Satan agit: omnes namq; gratias virtutesq; expellit, sensuūque nostrorum portis obferatis, sensus ipsos inuadit, rapit & violenter iis abutitur. Quē admodum etiam Noe Arcam ingressus, confestim fenestram post se occlusit, veritus ne diluuii aquæ per eandem penetrarent: ita & dæmon, vix namque animæ nostræ arcam intrauit, quin sensuum fenestras occludat: veretur namque, ne aquæ diluuii misericordię Dei in illam influant. Postquam Galaditæ Ephratæos debellassent, omnia statim vada & transitus Iordanis occupauerunt, ne qua

qua effugii spes superesset Idipsum & diaboli moliantur. Etenim cum semel animam ab iis profligari contigerit, sensus cōfestim aggreduuntur, quos velut portas quasdam & ingressus occupant, ne per eos anima ad cœlum confugere gestiens, aliqua possit ratione ascendere. An non præclara hæc figura videtur, Auditores, quibus tyranni huius sæuitia versutiaq; exprimitur. Verum enucleatius modo & singularim fraudes eius peruersitatemque detegamus.

III.
Prima, quam Damon animæ infligit plaga, excæcatio est.
*Judith. 14.
2. Reg. 25.*

*Mar. 14.
2. Reg. 11.*

Diabolus aequi cōscitus.

Psal. 41.

Primum itaque, quod anima letale vulnus accipit, est oculorum effusio, visusq; orbatio, atque id ideo, ne miseriam calamitatēq; in qua versatur, cernere queat. idipsum fecere olim Sampsoni Philistæi, & Sedechiæ Regi Babylonii, Iesu Christo Seruatori nostro impij Iudei: scriptum est enim, *Et ceperunt quidam conspuere in eum, & velare faciem eius.* Ammonitarum tyrannus Naas, à Gabonitis ad pacem fœdusq; ineundum sollicitatus: pacem prius sese initurum negavit, quā omnibus oculos, tragico sane exemplo, & inaudita immanitate, eruisset. Eadem est Satanæ impietas, eadem omnino crudelitas: numquam aliquā animæ pacem concedet & quietem, nisi prius eam penitus excæcauerit.

Naturalium rerum scriptores tradunt, auium reginam aquilam, dum ceruum, qui mirabili pernicitate pedum est, comprehendere parat, in arenariam aliquam descendere, & alarū impetu & agitatione plurimum arenæ in plumis colligere: quas cum oppletas putat, inter cerui cornua delabi: excussisque vehementer alis, oculos eius arena opplere, ita ut ille visu orbatus per agros & inuia discurrens, rabie desperationeque actus, sese ex confragosis & altissimis rupibus præcipientem deiiciat, vbi deinde ab aquila semper prædæ superimminente deuoratur: Diabolus, Auditores, vultur quidam est & accipiter, atque ita sæpius in Sacris literis nominatur: sed ipsa aquilæ versutia & fraudulentia par: cū enim animas nostras inuadere parat (quoties ceruo cōparantur, ut in *Psal. Quem admodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus:* ceruus nempe cursu velox: quid enim spiritum & mēte

hominis velocius? ceruus duobus communis cornib. amore erga Deum, & erga proximum): aquila illa in arenariam mundi huius sese coniecit, alas puluere complet, puluere inquam honorum, dignitatum, voluptatum, & vanitatum: deinde vero inter animarum cornua intercedens, ibique alas expandens, superbiam inquam, & diuitias, vanitatemq; concutiens, oculos eis dignitatum, beneficiorum, honorum, omniumq; vanitatum puluere opplet: quæ cum hac ratione oculos oppletos habent, nesciunt, pro dolor, quonā ferantur & in interitum, exitiū, horrendumq; præcipitium labuntur, quarum faucibus vbi nefanda illa auis deinde insilierit, misere eandem suffocat.

Videlicet hoc cum animabus facere consuevit, quod olim Dionysius ille Syracusanus purpurato Damocle: cui commemoranti copias regis, opes, maiestatem, dominatus, rerum abundantiam, negantique vnoquam beatiorem quemquam fuisse, Visne, inquit, ô Damocle, quoniam hæc te vita delectat, ipse eandem degustare, & fortunam experiri meam? Cum se ille cupere dixisset, collocari iussit hominē in aureo lecto, strato pulcherrimo, textili stragulo, tum ad mensam eximia forma pueros delectos iussit consistere, eosq; ad nutum illius inuentis diligenter ministrare, mensæ quoq; conquistissimis epulis extruebantur: fortunatus sibi Damocles videbatur. In hoc medio apparatu fulgentem gladium è laqueari seta equina appensum dimitti iussit ut impenderet illius beati ceruicibus. Itaque nec pulchros illos administratores aspiciēbat, nec plenum artis argentum, nec manum porrigebat in mensam, iamq; ipsa defuebat coronæ. Deniq; exorauit tyrannum, ut abire liceret, quod iam beatus nollet esse; eligens magis Damocles quam Dionysius esse. O vere egregiam & mysterijs refertā historiam. Eadem prorsus nobiscū agit Satan: voluptates plurimas suggerit, delicias innumeras proponit, verū velat nobis oculos, ne eos attolentes diuinæ iustitiæ gladium ceruicibus nostris imminentem; exiguo patientiæ & longanimitatis eius filo suspensum; perhorrescamus. *Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrauit.* Scit enim versuta illa vulpes, si vel parū oculos

Cicero, Tuscul.

Psal. 7.

los attollamus, & gladium exitium & interitum minitantem videamus, fore ut mensam hanc quamprimum deserturi, conuiuus ualedicturi vanitates repudiaturi simus, asserentes, potius exiguitatem cum securitate, quam superfluitatem & abundantiam cum discrimine & formidine eligēdam. Atq; hæc potissima causa est, cur nobis oculos eruat. Ita quoq; Balaam olim cæcū reddit, qui Angelum stricto gladio minitantem, & ulterius rendere prohibentem, nequaquam videre potuit, licet eum asinus irrationabile animal videret, & immensam igitur cæcitatē.

Num. 22.

Diabolus
animas
mutas
reddit,

Et vero sceleratus ille Satan præter oculorum vsū, etiam linguæ eripit: animasque inuadit, protinus elingues reddit, ne Deum aut Sanctos in auxilium inuocent. Nam quem admodum lupus rapinam ouem quam primum suffocat, ne balatu eius pastor excitatus, ad auxilium aduolat: ita quoq; lupus ille rapax animas. Itaque fauces occludit, ne pastorum ille Christus Iesus clamoribus gemitibus, precibusq; earum excitatus, ad iuandū festinet, inq; ouile suum eas reducat. O infelix anima, quo in periculo & discrimine constituta es, cū semel hic te obmutuisse contigerit! Ager cum loquela destitutus est, ad extremum deuenit, deq; salute eius desperandum est: tu quoq; o anima, cum semel linguæ vsus tibi ereptus est, cum semel loquelam amisisti; adeo ut amplius nec orare, nec rosarium aut Horas canonicas recitare iam possis, in extremo discrimine versaris, salusq; tua in summum periculum adducta est; ut vere illud Dauidicum hic vsurpare liceat: *Factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones*: id est, surdus factus sum, & mutus, lingua mea constricta est, desunt mihi voces, quibus fortunam & casum deplorem, tibiq; Domine patefaciam.

Psal. 37.

Diabolus
animas in
cōfessione
mutas red-
dit.

Verum ante omnia in confessione animas nefandus ille patricida facit obmutescere, hic nempe iis loquelam eripit, hic indignatur peccata patefieri: quot nam Deus immortalis, hodierna die mutos reperire est? Causidicus quidē solidos dies in subelliis ad rauim vsque instar rabulæ causas declamabit: Ecclesiastes in Cathedra omnes eloquentiæ flumine in sui admirationem rapiet. Mulieres tres

hebdomadas indefessa gartiret etiam, ceteris melius. At omnes illi cum coram sacerdote veniunt, loquelam amiserunt, instar piscis obmutescunt. Pudor hic præualeat, dominatur verecundia, adulteria, iniustitias, corruptelas, simonias profiteri aut confiteri, licet clanculum, erubescunt. Vnde eleganter Chrysostomus: *Pudorem & verecundiam Deus dedit peccato, confessioni vero audaciam: inuertit diabolus, & peccato prabet audaciam, confessioni verecundiam.*

Hom. 3. de
penitentis.

Refert huic rei peridoneam, licet horribilem historiam Venerabilis Beda, de nobili quodam, qui cum diu in aula regis Angliæ, Regi & omnibus gratissimus, esset commoratus, tandem in grauissimum morbum incidit, quod cum Rex rescivisset, decumbentem inuisit: eumque, uti pius & laudabilis vitæ Princeps visa morbi vehementia, ad peccatorum exomologesin faciendam adhortatus est, quo sibi rebusque suis prospiceret. Quo audito æger, cui diabolus iam linguam ligauerat, regi immensas gratias egit, quod tantam sui rationem haberet: simulq; ait nondum eam morbi vim esse, ut cōscientiæ eum suæ curam gerere necesse sit. Postridie reuersus Rex & læpiuscule deinde, idem semper repetiit: quin & obnixè petiit, ut conscientiæ suæ negotia disponderet, peccataq; confiteretur. Quod cum æger semper differret, valentiorē sese ratus quam reuera erat, simulque vana viuendi spe deceptus loquelam amisit & absq; peccatorum confessione expirauit. Nolite igitur o peccatores in confitendo obmutescere, loquimini, vociferamini, & accusate vos ipsos, quantum poteritis.

Lib. 5. hist.
Ang. 16.

Non sufficit tibi, o animarum interfector & homicida iam inde ab orbis primordio, easdem cæcas, & mutas reddere, nisi etiā surdas reddas. Dux, qui locum aliquem obsidet, ut citius eo potiat, omni ratione elaborat, ut omnes viarū aditus intercludat, nihil ut ad obsessos queat inferri. Ad eundē plane modum veteranus ille miles, validā illam animæ arcem obsidens, sensus occupat, qui instar meatū sunt & viarū, per quos ad animum accessus patet: & ante omnia aduigilat, ut excubias in auribus collocet, ne qua cōcio ne qua sancta inspiratio, aut aliqua salubris

V.

Diabolus
animas
surdas
reddit.

X x ; exhor-

exhortatio castigatioq; ad animā obsessam, per aures ingrediatur. Custos carceris sinit quidem captiuos in area ac per omnia carceris loca inambulare, modo tamen repagula & ianuae exteriores pessulo obseratae sunt. Non aliter etiam, custos ille carceris infernalis, sinit quidem peccatores obambulare: ridere, iocari, deliciis tempus in vasto illo mūdi carcere transigere, modo portae & aurium repagula obseratae sunt.

Insignis
conceptus.

Quemadmodum fures nocturni furtis & latrociniiis assueti, non prius domos perfringunt, quam omnes sopore depressos sciant, veriti, ne forte facto strepitu comprehendantur: verum ubi omnes altum dormire existimant, vt ad nullum strepitum excitandi sint, tum primum vncos & scalas applicant, portas effringunt, arcas aperiunt, thesauros effodunt & diripiunt. Non secus celebris ille animarum latro, mille latrociniiis nobilis: animas raro aggreditur quamdiu excubant: verum cum semel eas in soporem induxerit, sensusq; fascinauerit, & in primis auditum: tum demum fraudes manifestat, tum animam perfringit, secures & vncos admouet, & thesauros spirituales diripiens, omnes virtutes, quae animarum diuitiae sunt & opes, dissipat & perdit.

Matth. 14.

Notauit Euang. hist. noctu potissimum, cum dormirent homines, cumq; quiescerent voces hominumq; canumq; inimicum hominē zizania tritico superfeminasse, vt hinc disceremus, Satanam, hostem hominum capitalissimum, non nisi nocte incedere, cum scilicet animae in deliciis sopitae stertunt, & cum sensus, praesertim auditus, vigorem amiserit, peccatorum zizania in conscientiae agro seminare. Quare hoc certum sit & ratum, omnem eius industriam & laborem in obturandis auribus nostris potissimum consumi.

Similitudo.

Qui bombyces alunt, quoniam sciunt eos ad tonitruī fragorem emori, hac eos arte ad strepitū alluefaciunt: nolas quasdam & crepitacula circum eos pulsare solēt, vt cū huic strepitui & sono allueuerint, tonitruī boatus cum audierint, non terreatur. Ad eundem modum agit & Satan: scit enim animas nihil adeo exhorrescere, quam iudiciorum Dei to-

nitrua, quae ubi auribus earum insonuerint, peccato moriuntur; hinc assuevit eas ad sonitum vanitatum suarum, ad strepitum negotiorum saecularium: vt hac eas ratione ad terrum adeo horribilium auditum faciat obsurdescere. O stratagema inauditum! o versutiam nouam! audite quae so aliam prioribus non inferiorem.

Refert Scriptura sacra, falsos Ammonitarum prophetas, cum ciuū suorum filios idolo immolaret (horresco referens) ne paruulorum ploratus & vagitus parentes ad misericordiam commoueret, tympana perfonate, aliosque strepitus cieri consueuisse, vt hac via interfectorum eiularum eluderent. Peccatores cum filios daemoniis immolatis & non Deo, cum inquam animas vestras idolo in sacrificium offertis, easq; viuentes in tataras flammis praecipites deturbatis, ne earum fortassis suspiria, eiulatus & gemitus exaudiantur, ne conscientiae stimuli vos vestri misereri cogant, atq; ita ad conuersionem excitent; diabolus, mundus & caro tympanis perstreperunt, musicis instrumentis, & symphonia, deliciis & tubis aures vestras deuolucunt, vt hac auditum ratione obrundant, quidnam vobis de hac versuta & arte videtur, Auditores?

O tempora, o mores! o casum deplorandum! Omnis pene mundus hodie quasi obstruduit, infernales cruciatus ne o amplius percipit, nemo de iisdem sollicitus est, nemo de morte & extremis loquentes audit, nemo, hercule nem. O sturditate incomparabilem! Nihil omnino auditur de extremo iudicio, nihil de caelesti gaudio. Itane homines aere, Satan, surdos factos, & audiendi facultate priuatos? Quod porro olim de caelorum orbibus asseruere Pythagorae, eos harmonia quadam iucundissima, & ad numerum moueri, quae si auribus percipi posset, omnes in admirationem sui raperet: quo minus autem ea intelligatur, per tumultus & strepitus, motusq; vehementiores qui in mundo audiuntur, fieri. Idem mihi hic fas est dicere; in caelesti habitaculo iucundissimam quandam harmoniam, gratissimum concentum, summamque iucunditatem esse: verum per satanam & mūdum stare, quominus eadem percipere

cipere possimus: illi enim continuo strepitu, ingenti fragore & tumultu nos surdos reddunt, nostrumque auditum, sensus, rationemque deprauant & perdunt.

Insignis
obceptus.

Tradunt Cosmographi, Nili accolae certis quibusdam locis, propter cōtinuum strepitum, fragorē, & impetum illum vehementem; quo fluuius ille montibus dilabitur, omnes propemodum surdos esse. Idem nobis de mundo dicere licet. Vehemens namque torrens & undosum illud ac spumans mundi mare, tanto impetu ruit, vt nos miseri, qui non ad ripas, sed in eius medio cōmoramur, penitus obsurdescimus, nihilque percipiamus eorum quae in altero mundo geruntur.

Simile.

At nō vidistis vñquam apes cum aluearia sua fauosque parant deserere, sonitu & cymbalorum tinnitu, strepituque quodam dissono ab agricolis sisti, & ad aluearia reuocari? Hoc eodem artificio vitur & ipse Satan: videns enim nos instar apum, fauos & mundi cauernas, vel peccata nostra velle deserere, & in aerem sustolli, eolumque versus volare; a cingitur ambitione, gula, libidine, aliisque ineptiis & vanitatibus, usque per strepit, adeo, vt iter nostrum impediat, volantes sistat, nosque in aluearia sua retrahat. Hæ sunt cæcitates, surditates, & silentia, infortuniaque, quæ nobis vaser ille & nefandus hostis, afferre consuevit.

Hæretici
sunt dæ-
moniacus,
de quo in
Euangelio

Quis porro ille dæmoniacus est, mutus scilicet, & cæcus? Hæreticus scilicet, Sectarius, Calvinista; adeo enim ille cæcutit, & adeo strabo est, vt apertissima quæque & maxime patentia non videat, vt nec montes in eius oculis incurrant, nec ipsa quidem Ecclesia, *Qua mons est in vertice montium*: candelabrum quoque super montem positum, tabernaculum in sole collocatum. Et quæ cæcitas est, Deus immortalis, ne solem quidem posse intueri! penitus namque cæcutit is, qui corpus Christi in Eucharistia nō videt, quod ibidem ea magnitudine, quantitate & substantia includitur, qua in calis ab angelis & beatis animabus conspicitur, licet non eodem modo, vt Theologi loquuntur. Septem etiam Ecclesie Sacramenta, instar septem candelabrorum, de quibus in Apoc. I. lucentia cernere nequit.

O talpam oculis captum! non videt visibile caput Ecclesie, Clemētem scil. VIII. qui instar Noe arcam salutis in mundi huius undis hodie dirigit & moderatur: qui instar Ioseph primus a Rege in mundi huius Agypto dominatur. Eheu, quam cæcus est, qui sexcentos errores, falsitates infinitas, barbarissimos & solœcismos innumeros, in parta illa viginti foliorum ephemeride nequit intueri? At nondum hic finis quin etiam mutus es Calvinista: neque enim de suffragiis Sanctorum, precibusque pro defunctis fundē disloqui cupis. Surdus in te præterea diabolus reddidit: neque enim de Pœnitentia de Quadragesima, de castigatione corporis audire vis: occludis aures imaginibus, traditionibus, gatorio, ac præsertim tremēdo Missæ sacrificio. Vos vero Episcopi, cum dæmonum eiicēdorum potestatem habeatis, hos quoque à diœcelum vestrarū limite procul eicite: tu vero Domine, si ad te nolint conuertere, procul ab Ecclesia tua eosdem ablega.

Quamobrem Domine, redde, obsecro, visum miseris huiusce mundanis, vanitate mundi huius ex cæcatis: visum huiusce aulae mæcipis, qui mundum paradisi cuiusdam loco habet, cum tamen inferno ipso deterior, & mari sit periculosior: visum miseris huiusce mulieribus quæ se forma Iunones & Veneres putant antecellere, quæ se instar reginarum vestiunt & adornant: quæ fragilem hanc pulchritudine corporis tanti faciunt, & præ cæcitate videre nequeunt, eam non nisi florem esse qui mane nascatur, meridie flaccescat, ac vesperi emoriatur: ac non nisi quædam picturam, quæ ad minimum contactum corrumpatur, deleatur, & minima aduersitate & morbo inquinetur. Aperi igitur oculos miseris huiusce dæmoniacis, & aures surdis & obstinatis peccatoribus, inque scelerū profundo ac voragine defixis. Redde loquelam mutis, solue linguæ vinculum miseris pœnitentibus, vt in confessione libere, ac sine vilo impedimēto loqui possint: nobisque gratiam concede, vt mirabilia tua semper in hoc mundo deprædicemus, teque in gloria facie ad faciem contemplemur.

Amen.

FERIA

FERIA II. POST DOMINI-
CAM III. QUADRAG.

Partitio.

- I. Quod iudicia verenda: non querenda.
- II. De verbis illis: Fac & hic in patria.
- III. De miraculis ex donis gratis datis.
- IV. De miraculo gratum facientibus.

Quanta audiimus facta in Capharnaum,
fac & hic in patria tua. Luc. 4.

FIGVRA.

Gen. 34.

TAm variis tamque grauibz Ioseph, Iacobi patriarchæ delictum, casibus fuit impetitus vt quamdiu in patria sua Chanaan vixit, & in domo paterna commoratus est, semper inglorius, semper in tristitia, sine vilo honore vixerit, ac nulla vnquam lætiori fortuna fuerit recreatus. Gregibus seruandis quotidie operam dabat, vitam plebeiam ac mechanicam agebat, à fratribus dein venditus fuit. Verum vbi cœlum mutauit, & in Ægypti regionem deuenit, summo honore affectus, ab omnibus adoratus, ac primus à rege fuit constitutus. Repræsentari mihi Iosephi huius casibus & Saluatoris nostri casus videntur: quamdiu enim in Bethlehem, in qua natus est, substittit, cõtempus & inglorius vixit, ac fabri filius semper est vocitatus: verum vbi alio commigrauit, aliosque terminos ingressus est: honores diuinos cõsecutus est, ac Propheta alicuius eximii loco habitus. Hoc ipsum porro euidenter in Euangelio hodierno demonstratur, quod per duas illas priores historias non parum illustrabitur: vbi legimus: *Nemo Propheta acceptus est in patria sua.* Quod antequam latius deducamus, Spiritum sanctum inuocemus: Deiparæ tamque salutatione Angelica salutemus.

Luc. 4.

Ave MARIA.

Timantis
& apo-
phthegma

Ferunt egregium & nobilem illum pictorem Timantem, Auditores, cum Iphigeniæ Agamemnonis regis filiæ immolationem ac

funebrem sacrificii pompam in tabula vellet depingere, & iam omnium astantium gemitibus, suspiriis, lacrymis excellenti artificio expressis ad patris luctum exprimendum sese accingeret, velum paternis oculis obduxisse, cumque obnubilasse, dicebat enim, dolores & luctus, quos talem patrem eo loci habere par erat, coloribus minime posse adumbrari. Hodierna mihi die idem de profunda & inaccesca diuinorum iudiciorum abyssodocere posse videor, nimirum satius esse, honesto eam silentio coopertam vobis exprimere, quam temerario & audaci conatu eandem dicendo explicare conari. Atq; in frontispicio propitiatorii Mosaici expressum id videre videor.

Ita namque id efformatum erat, vt vtrin-
que Cherubin constituti, latus Propitiatorii te-
gerent, expandentes alas, & operientes o-
raculum, seq; mutuo, versis ad propitiatorii
vultibus respicerent. O diuinum & arcanum
repositorium! simile te propitiatorio huic ef-
se pronuntiabo: quo enim te homines & An-
geli considerant & prospiciunt attentius, eo
te abscondis amplius, & ab eorum oculis &
mentibus te longius subtrahis.

Vidit olim S. Ioannes in Apocalypsi
dextera sedentis super thronum librum scri-
ptum intus & foris signatum sigillis septem,
quem nemo neq; in cælo, neque in terra, ne-
que sub terra aperire, aut respicere pote-
rat. Non erratum me putem, si per librum
hunc ita diligenter signatum, magnum illum
diuinorum secretorum librum denotari dixe-
rim, librum inquam interius caracteribus
prædestinationis, & exterius paragraphis
uidentiæ exaratum, tot mirabilium claustris
vndique communitum, vt nullus vnquam
homo vel Angelus ea referre poterit, aut
quæ scripta sunt perlegere. Exclamem igitur
vere, *O altitudo diuinarum sapientia & scientia
Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia
eius, & inuestigabiles via eius.*

Hic est nempe rubus ille ardens, de quo
in Exod. ardens inquam iustitia, & miseri-
cordia, verū spinosus difficultatibus. Nō de-
sunt hic nobis figuræ Auditores, quib; dem-
stremus Oceanum hunc in nauigabile, & di-
uinitatis hoc arcanum adiri nō posse, de quo
scri-

1. Reg. 22. scriptum est: *Posuit tenebras latibulum suum.* Quo enim perfectius id ex intellectus nostri specula nos contemplari putamus, eo sese profundius in obsecris mirabilium tenebris, & cauenis occultat.

Hic reperire est, Auditores, quadraturam illam circuli, hic transitus maris rubri manifestatur, hic fluvius ille est, de quo Ezechiel locutus est qui quo profundius indagatur & penetratur, quo etiam maius naufragii periculum ostendit. Tu porro Philosopho, qui influxum naturalium causas vix capis, quomodo iudiciorum Dei, quæ influxus quidam omnino occulti & penitus supernaturales dici queunt, abyssum comprehendes? Difficile tibi foret, fluxum & refluxum illum, qui quotidie in mari reciprocatur intelligere, quomodo autem magnum illum prædestinationis fluxum, & reprobationis refluxum, in vasto illo diuinæ voluntatis Oceano percipias? Tu quoque medice, de

occulta quadam ægritudine, morboque inestino diiudicare non posses, nisi visis prius accidentibus, quæ illum consequi solent. nec tu Astrologæ de futuris, nisi ex astrorum aspectu siderumque motu & agitatione, iudicium ferre: nec tu maiestatis diuinæ scrutator, de occultis eius iudiciis quidquam, nisi per coniecturas aliquas externas asserere. Nemo namque scit: *Odio an amore dignus sit.*

Ea tamen humanorum ingeniorum curiositas est, ut inter huiusce maris syrtes semper nauigare, semper circa has voragines & abyssos natitare gestiat: eaque hominum temeritas, ut in diuinæ maiestatis, & iudiciorum eius atria sese impudenter semper ingerere non erubescat. Quamnam vero audacia est, ne dicam temeritas, quærere, cur hoc Deus fecerit, illud vero facere neglexerit? cur hunc Turcas inter & Mahometanos, omnium Sacramentorum vsu destitutum, nasci voluerit, illum vero inter Christianos, & per Baptisma in filium Dei, adoptatum? quare hunc puerum ab ipsis incubulis intermori sinat, illum vero senem, decrepitem ac decoctum, centesimum annum attingere permittat? Vnde contingat, hunc adeo sublimi, & prope diuino esse in-

Tom. 1. Bessæi Quadrag.

genio, illum vero stupido ac obruso? At que- nam stulticia est, ne dicam insania, etiam ulterius progredi, & illas Dei ab æterno præordinationes indagare, quin & dicere: Cur hic prædestinatus sit à Deo, non autem ille? Cur Deus Iacob elegerit, Esau autem odio habuerit? Cur Petri fuerit miserus, Iudæa non item? Quid eum mouerit, ut magis Adamum, eiusque posteritatem ad poenitentiam admittat, & in gratiam recipiat, quam Luciferum & angelos eius? Quid illum induxerit, ut Moysen serualet, & Pharaonem perderet: cur potius in Iudæa quam in Chaldaea nasci voluerit? cur hic miracula faciat, non vero alibi? O stultas temeritates, & temerarias curiositates!

Est hic nimium Labyrinthus, in quo Pharisæi hodie errantes euagantur, cum Christum accedentes hanc ab eo quæstionem perunt: *quanta audiuimus facta in Capharnaum, terra scilicet aliena, fac & hic in patria tua, Nazareth.* De hac igitur re hodierna die loquendum est, hoc unum tamen semper ob oculos habendo, ne incaute in abyssos illas curiosius indagando, illabamur.

Porro antequam vastum hoc mare nauigare incipiam, velim recordemini, Auditorum gratiarum esse genera: quarum prima gratiæ gratis datæ appellari consueuerunt, donum linguarum, scripturæ interpretatio, alia vero gratiæ gratum faciētes. Sunt illæ bonis iuxta ac improbis communes; hæc equaliter vero tantum bonis: Deus autem tam has quam illas non omnibus æquali sorte, nec omni tempore, nec ubiq; communicat: verum uti illi visum fuerit, & quando, & quibus voluerit: *spiritus enim ubi vult spirat.*

Novistis, credo, Philosophi, non eosdem ubiq; terrarum influxus cælo descendere. ubiq; cœli In Oriente namque cælo influente margaritorum sunt & gemmæ nascuntur: in Occidente metallata, Arabia Phœnicem, Aquilam Barbaria, Crocodilum Ægyptus, Africa leones producit. Non ignorat etiam peritus agricola, non eandem in omnib. agris sementem crescere, sed

Hic segetes, illic venire felicium vvas.
Ad eundem etiam modum, magnus naturæ

II.

Duo gratiarum sunt genera. q̄m Deus omnibus vniuersim hominib. non æqualiter comunicat.

Ioan. 3.

Nō iidem ubiq; cœli Influxus.

Yy

turæ

turæ opifex, & moderator Deus, qui semper & vbiq; liberrime operatur, quique nihil aliqua coactus necessitate facit, gratiarum suarum imbrem & benedictionum influxu, non vbiuis, at vbi visum fuerit, facit descendere. *Quanta audiuimus facta in Capharnaü.*

Gen. 19.
Gen. 7.

Quot obsecro, miracula in lege naturæ Deus fieri permittit, quæ modo exoleuerunt? Vidistis Patriarchæ fumantem Sodomam, & æstuantem Gomorham; vidistis vehementem illum diluuii impetum, aquarumque furias in terram sæuientes: nos modo minime videmus. *Quanta audiuimus facta?* quæta audiuimus in lege Mosæ? vidistis Prophetæ tot prodigia in Ægypto & campo Tanecos; tot portentia in mari rubro; tot miracula in deserto, nihil horum omnium vidisse nos meminimus. *Quin etiam videmus hic magnum illum* *Ἰησοῦν τοῦ Ναζαρεθ* Christum, qui tot in Capharnaum, ac per totam Galilæam miracula patrauit, in Nazareth patria nullum omnino patrare. Hic nempe mare hic abyssi sunt diuinorum secretorum; quamobrem Domine, *Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.*

Psal. 118.

Circumscripta
aliqua que
est.

Cur obsecro Domine tam parcus es in miraculis patrandis? cur non in Patria tua aliqua facis? anne abbreviata sunt manus tuæ, anne potentia tua, an miraculorum fons ille exaruit? Docent me scholæ Aristotelicæ Domine, *idem manens idem; semper idem operari:* & tamen cum tu idem sis, qui hæctenus fueris; eadem tua potentia & vis, quæ olim, de quo dicitur; *Tu autem idem ipse es & anni tui non deficient.* cur hic miraculis parcis? & illa in patria non ostendis?

Psal. 101.

Fides requiritur
ad miracula.

Forstian, quod potissima Nazarenorum pars, gentium superstitionibus teneretur; miracula vero fieri non possint, vbi ipsa deest fides! & sane præter potestatem & vim effectiuam, quam Deus Prophetæ aut alteri quicumque ad patrandam miracula, confert, fides eorum, ob quos vel apud quos fiunt, imprimis necessaria est. *Quin etiam Dominus quotiescunque miraculum aliquid in vita patrare voluit fidem ante requisit* prius enim quam dæmoniacum curaret patri illius dixit: *Si potes credere omnia, possibile sunt credenti.* filiam archisynagogi à mortuis exci-

Marc. 6.

Luc. 8.

taturus ait: *Noli timere, credetantum, & falsa erit.* An non idem Marthæ dixit cum fratrem eius ad vitam reuocare decreuerat: *Isa. 6. Si credideris, videbis gloriam Dei;* An nõ Chananaea per fidem suam fieri in se miraculum sensit, *O mulier magna est fides tua.* Vbiunque igitur miracula, ibidem & fides: miracula siquidem fiunt vbi fides est; & fides, vbi miracula.

Nolite igitur amplius mirari hæretici, si quanta audiuimus facta in Capharnaum, nõ fiunt in patria vestra. Si miracula, quæ quotidie in Ecclesia nostra videmus, in nostra Nazareth, in synagoga vestra, in vestris mapalibus, quæ præter conuenticula impietatum & pestilentia nihil sunt aliud, non fiunt; deest nempe vobis fides. Voluit etiam Herodes, si modo meministis, à Christo miraculum videre, sed quia fide caruit, ideo & miraculo. Sæpius quoque Pharisei Domino dixerant: *Volumus à te signum videre,* verum quod fidem non haberent, miraculum quoque non habuere. Progrediamur & ulterius. Si falsi illi prophetæ Baalim ad ratum vsque miracula à Deo suo postulantes exauditi non fuere: nec vos õ falsi Satanae prophetæ, & incredulitatis ministri, aliquando à Deo miraculum obrinebitis: proin & nolite dicere: *quanta audiuimus facta in Capharnaum.* in primitiua scilicet. *Eccl. fac & hic in patria tua.* eadem in nostra fiunt Ecclesia. Nunquam flumina Syriæ miraculo aliquo Naaman à lepra mundare potuere; at solum flumina Iudææ, in qua verus Propheta Heliseus commemorabatur: ita quidquid in vestra Syria & Ægypto fit, virtutis est expertis; vnica Catholica est Ecclesia, vbi Iesus Christus, noster Heliseus residet, in qua miracula patrantur.

Verum quid te Domine præterea impedit, quo minus in patria miracula edas? Audiant curiosi rerum inquisitores, responsum ipse dabit, & simul rationem reddet: *quia nemo Propheta acceptus est in patria sua,* quod nullo sciebat scilicet fore, vt Nazaraei miracula in deteriorem partem interpretarentur, ne ue tanti, quanti oporteret, ea facerent, deinde quod nullus vnquam apud ciues suos honorem aut nomen esset consecutus, aut

III. Miracul
in sola C
tholica E
clesia, & c
apud he
ticos in
nièda sum
Matt. 17.
Matt. 12.

3. Reg. 19.

Christus
in patria
sua mira
cula non
patrauit,
quod nullo
Propheta
acceptus
est in pa
tria.

Prophe.

Prophetæ nomine appellatus. Sane ipsa patria semper despexit, quos alieni & exteri sublimarunt. Ioseph à fratrib. diuenditus est, & Ægyptus cum ad summos honores euexit, Moyses à matre fideles scirpiæ impositus in profluentem deiecit, & ab aliena, Pharaonis scilicet filia, adoptatus educatur: irridetur à sorore, à suis persecutionem passus est, quin & parum abfuit, quin lapidibus obrueretur; ac summo apud Reges & Principes Ægypti honore afficitur. David à fratrib. despicitur, à Nabal ciue suo contumelias & iniurias patitur, & interea Israelitides & virgines Ierosolymitanæ decem illum hominum millibus arreponunt. Daniel & Mardocheus, quos non honores in patria aliena consecuti sunt? Heliam Israelitæ prosequuntur: Heliseus à pueris subfannatur, & uterque apud externos magni æstimatur. Hinc quoque factum est, vt nullum Christus in patria sua miraculum edere voluerit.

Christus in patria non edidit miracula, ne personarum videretur acceptor.

Tertia ratio forsitan hæc sit. Volebat ostendere non sese personarum acceptorem esse, in patria nimirum, & non in aliis ludææ ciuitatibus, miracula operando. Hinc merito de ea re Petrus Apostolus *In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus.* Id ipsum quoq; & Herodiani affirmarunt, dicentes: *Magister scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo, non enim respicis personam hominum.* O egregiam & diuinam sententiam! ò præclaram orationem, abesset modo hypocrisis! Idem etiam Iob Prophetæ ait, licet multo apertius: *Deus non accipit personas Principum; eodem vultu pauperum respicit tabernas, Regumq; turres, ac superba palatia.* His quoque & similibus verbis sanctus ille & laudabilis rex Iosaphat, Iudices suos & regni præfides allocutus est: *Non est apud Deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum; ad cuius sinceritatem & integritatem vos, ò Iudices velim respicere, & suum cuique ius tribuere, nolite muneribus & largitionibus corrumpi, sed æquali omnibus lance iustitiam administratis.*

Desinate igitur temerarii & importuni

diuinorum iudiciorum indagatores, contrumeliosas hæcæ quæstiones proponere: Cur fasit hoc Deus, & non illud? cur hunc fauore, illum odio prosequitur? neque enim personarum acceptor est: noluit ideo patriam respicere, ne hæc de eo haberi posset suspicio. Si dicatis hunc ab eo saluari, & illum reprobari; scio fieri quidem posse: verum non ideo culpandus est, quod vel in benevolentiam, vel seueritatem nimium propendeat; succurrit ecce æquali voluntate pauperum & viduarum Sareptanarum, & simul Naaman Syro Principi: denique tam facile respicit pauperes, quam diuites: quare si eum personarum acceptorem dicitis, iniuriam ei facitis. Verum & alias horum verborum expositiones proferamus: *D. mine, quanta audiuimus facta in Capharnaum fac & hic in patria tua.* Toties namque grauiter olim peccatores illos obfirmatos puniisti, cur non similiter hic in patria, in Ecclesia, tempore legis Euangelicæ agis? Quomodo olim gulae punitis audiuimus, quanta audivimus ingluuiem à te flagella sustinuisse; losos ob vnus pomi morsum Adamum paradiso exegisti: propter pulmentum & lentis edulium Esau reiecasti: diuitem illum epulonem propter ingluuiem ad inferos deurbasti: Balassarum regem comessantem interemisti. O iustitiam, ò prodigia! Cur non & modo eadem hic in patria, nostris temporibus, in Ecclesia tua, in hac vrbe Parisiensi, in gulosos istos carniuoros, Epicureos, comedones, luronos, & Quadragesimæ traïsgressores supplicia intentas?

Quanta vero ò Deus mirabilium opifex, audiuimus facta aduersus tot falsos Prophetas & præsertim aduersus illos quadringentos, quos igne cœlitus ad Eliæ postulationem misso consumpsisti? adeo seure olim prophanos illos Esau castigasti: perfidis Cain tam horrendam maledictionem imprecatus es: persecutores iustorum Pharaones mari rubro inuoluisti: impias & fornicatrices Isabeles à canibus lacerari passus es: ducentas iam inde à temporib. D. Augustini hæreses contriuisisti; grauiter, licet merito, hæresiarchas omnes hæcenus puniisti & imprimis Arium, Lutherum, Caluinum

Y y 2 alios-

Gen. 40.
Exod. 2.
Num. 12.
Exod. 17.
1. Reg. 17.
25.
Dan. 5.
Esb. 7.
3. Reg. 17.
4. Reg. 2.

Christus in patria non edidit miracula, ne personarum videretur acceptor.

Iob. 31.
2. Par. 19.

3. Reg. 38.

4. Reg. 18.

Punitio-

nes in gu-

diuimus

Gen. 3.

Gen. 25.

Luc. 26.

Dan. 5.

3. Reg. 18.

Gen. 27.

Gen. 4.

Exod. 14.

4. Reg. 9.

Punitio-

nes in hæ-

reticos.

Capharnaum Synagogam denotat.

Miracula cur tam multa in primitiua Ecclesia?

Cur Spiritus S. visibiliter in primitiua Ecclesia descendit.

4 Reg. 4.

aliosque innumeros; *fac & ea similiter in patria tua*, nostris scilicet temporibus, castiga quicquid adhuc hæreson superest; corrige Nouatores illos aut potius deformatores Euangelii; castiga exemplariter, prodigiosè, & iuste falsos illos ministros nisi respiciant. Reuertamur igitur Capharnaum, atque iterum repetamus: *Quanta audiuimus facta in Capharnaum?* Cum omnes vrbis huius angulos & plateas penitus intueor, Synagogam Iudæorum in ea videre video, in qua videlicet Christus Iesus tot miracula operatur: ac in Nazareth patria Iesu Christi, Ecclesiam Euangelicam intueri: quam vtramque; si diligentius inspicimus, merito præ stupore & admiratione dicere poterimus: *Quanta Deus bone in perfida illa Synagoga operatus es miracula, fac & nonnulla modo in Ecclesia tua; fuisti adeo liberalis in Capharnaum, & modo adeo parcus es in Nazareth. Quid verat & alium hinc cõceptum elicere? an non per hanc Capharnaum primitiua Ecclesia designari posset: de qua merito dicere poterimus: Quanta audiuimus facta in Capharnaum?* in ea namque miracula plurima patrata sunt. Sanctus nempe Spiritus visibiliter cælo delapsus est, Apostoli diuersis linguis loquebantur, mortui ad minimum iubentis nutum ad vitam redibant, gentes recenter ad fidem CHRISTI conuertebantur, ac mundus denique prodigijs & mirabilibus operationibus abundabat.

Hæc porro omnia ad Ecclesiæ fabricam, & progressum, fideique augmentum erant necessaria: planta hæc, quoniam adhuc fragilis & tenera erat, v sibi Spiritus sancti præsentia auxilioque erat fulcienda & confirmanda, nouoque miraculorum imbre riganda. Nondum abundabat oleum & lumen in magna illa lampade, non vsque adeo late sese extendebat: quamobrem Spiritum sanctum visibili forma descendere fuit necesse, vt fidei oleum adaugeret flammamque charitatis accenderet. Ecce vobis egregiam huiusce rei figuram. Magnus Prophetæ Elisæus in domo pauperculæ viduæ Sunamitidis, quæ non nisi parum olei habebat, in immensum idipsum fecit excrescere.

Gerebat hæc paupercula, Ecclesiæ primitiuæ typum, quæ visibili sponâ sui præsentia quodammodo viduata, parum olei, id est, fidei, (quæ per oleum in parabola de decem Virginibus denotatur) habebat; ad quam cum Spiritus sanctus visibiliter, velut alter Elisæus descendisset, oleum eius aduentu in immensum excreuit. Apposite sane. Nam quemadmodum viduæ huic Sunamitidi sufficientia vasa non erant, ad oleum, quod Elisæus ad eam diuertens fecit excrescere, excipiendum, adeo vt necesse habuerit eadem mutuo à vicinis petere: sic & ipsa Iudæa non satis fidelium, veluti vasorum, domi suæ habebat, cum ad illam Spiritus sanctus descenderet, vt fidei oleum exciperet: ita vt necesse fuerit à gentibus eadem mutuo petere. Hinc; *Ecce conuertimur ad gentes*, dicebant olim Apostoli: perinde ac si dicerent: Desunt tibi, ô Iudæa, vasa, quibus fidei oleum excipias: adeo namque illa multiplicatur & augetur, vt alia inter gentes vasa quærere necesse sit; de quibus dictum est: *In omnem terram exiuit sonus eorum.* O vere admirandum oleum, ô fidem, ô vasa! Ecce porro & aliam figuram penè eandem. Elias ad viduam pauperculam in Sarepta Sidoniorum commorantem cum diuertisset, quæ parum farinæ habebat, eandem statim auxit & in immensum fecit excrescere; *Et ex illa die, hydria farina non defecit, & lecythus olei non est imminutus.* Elias hic ymbra Spiritus sancti fuit, qui cum ad primitiuam Ecclesiam veniret, quæ non nisi parum farinæ, id est, parum fidei, habebat, eandem auxit & amplificauit.

Quanta audiuimus? quot igitur miracula in hac Capharnaum Ecclesiæ primæ viduæ quatuor viduæ? Quater scilicet Spiritus sanctus, & vicibus in primitiua Ecclesia descendit, primo in baptismo Christi: deinde in Transfiguratione, tertio ipso facio Pentecostes die, Apostolis descendentibus sese insinuans: postremo vero per ipsa quæ Ioh. 1. quotidie hæbant miracula, Christus quidem Matt. 17. ambulat super aquas, mortuos ad vitam reuocat, tæpe statibus imperat, dæmones fugat, Solis in passione deliquium causatur ac terram moriens facit tremere. Nam quæ admo. Iudic. 16. dum

dum olim Samson moriens omnia, concussit, ac Philistæorum cœnaculum deiecit, cœnantesque ruinæ inuoluit: ita quoque Samson noster, Christus, moriens terram concussit, vt mundum vniuersum ruinæ quodammodo inuoluere videretur.

Miracula que per S. Petrum Deus præstitit. *a. A. 3. b. A. 7. c. A. 14. d. 9. c.*

et. Cor. 12. f. A. 16. g. A. 14. h. A. 16. i. A. 26. k. A. 27. l. A. 28.

Etiam nū hodie in Ecclesia sunt miracula.

Sed ne quid nimis. Quid? Dicerene auderetis hodierna die nulla in Eccles. miracula fieri? O modicæ fidei! ô stulti & tardi ad credendum: aperite modo oculos ac circumspicite, & videbitis omnia miraculis tam intra quam extra Ecclesiam esse plenissima. An non cœlorum illi motus, libratio illa terræ in medio aeris, ventorum impetus, fluxus ac refluxus maris, fulminum iacula, tonitruum fragores, vera nobis esse miracula videntur? Nequaquam, dicetis; hæc enim motu quæq; suo secundum naturæ ordinem, iuxta occultam naturalium causarum directionem voluntur. Verum peronam certa illa directio, impetus ille ordinatus, & ordo, citra miraculam fieri queant?

Iam quod à quinq; annorum millibus hæc ita perdurauerint; quod elemēta perpetuum inter se bellum gesserint, & nihilominus firma adhuc & indissoluta cōsistant, quod cœlestes illi orbis, cœlorumq; ordines semper voluantur, & tam diu voluti sint; idq; citra vllum defatigationis periculum: an non omne miraculum videretur excedere? Sed vt ait August. *quia solita sunt mira non sunt.* Hæc quidem extra Ecclesiam; at intra Ecclesiam inferiora videbimus. Hic scilicet mortuos ad vitam peccatores inquam, reuocati videbitis: hic ignem cœlo videbitis descendere; gratiam scilicet quæ ignis quidam supernaturalis est: hic mille miracula in vnicō Euchariſtiæ Sacramento contingere. Sed diutius quam par erat, in domo viduæ huius Sareptanæ hæsimus, ad Naaman Syri palatium iam diuertamus: ac de gratis gratum facientibus aliquid dicamus.

Audiuisti iam ante ô rerum curiose, cur & quonam modo Deus huic prophetiæ donum, illi vero scientiæ largiatur: cur miracula faciat in Capharnaum, & non in patria Nazareth. Vidua illa Sareptana hæc omnia ad oculos ostendit: ac princeps Apostolorum iam ante confirmauit dicens, *In veritate comperi, quia non est personarum acceptator Deus.* Alia iā & multo difficilior restat questio: Cur hunc nimirum Deus saluet, & illum reprober? Cur Christianis me parentibus nasci permittat, qui me in fide doceant & infertuant, salutisque meæ rationem habeant: alium vero quempiam inter Saracenos, qui Baptismi proinde Sacramento non tingatur, extra fidem viuat, ac sine confessione tandem moriatur? Hic profunda & pene impenetrabilis prædestinationis abyssus est: quam obrem, ne forte naufragium hic faciam, mare hoc non im ingredi: verum Naamani huius tantum exemplo ostendam, hominem quacumq; demū orbis parte nascatur, siue inter Scythicos, Sarmaticosque Getas siue inter Antropophagos, Gelonos & Barbaros, si damnationem eam incurrere contigerit, non Deo, sed sibi ipsi propriæque nequitie ascribere debere. ô bonitas incomparabilis! Et sane verissimum est, nullam in mundo creaturam existere, quocumque etiam nascatur.

August. 17. 24. in Ioan. Miracula quæ quotidie in Ecclesia fiunt.

A. 10.

In quacumque orbis parte quis nascatur.

sibi ipsi da-
n nationē
imputer.

loco nascatur, cui sufficientem ad salutem gratiam Deus si modo debite ea vti velit, non largiatur.

Habetis Christiani fidem, Iudæi legem, vos vero gentiles saltem lumen & instinctum illum naturæ quibus omnibus si vnusquisque vestrum in suo genere debite ac rite vti velit, non est dubitandum, quin Deus, quod ad salutem vestram deesse videbatur abunde sit collaturus & supplerurus, *Signatum est enim super nos lumen vultus tui Domine*: lumen, inquam, fidei super vos, Christiani: lumen legis super vos, Iudæi: ac lumen naturæ super vos, Saraceni.

Exod. 14.

Peregrinemini mecum non nihil, Auditores, ac in Ægyptum descendite: & videbitis in exitu Israel de Ægypto, nube ignea

Psal. 4.

populum ad terram vsque promissionis deduci: quam reuera nihil esse aliud dixerō, quam fidem, quæ cum perse obscura sit, & tamen certissima, nos peccato originali egrossos, ad beatitudinem æternam deducit?

Matt. 2.

Properemus deinde ad extremos Orientis terminos: ac tres Magos stellæ ductu regni egredi, atq; in Iudæam, Christum adoraturos, descendere contemplantur. *Et stella antecedebat eos*. quid per hoc astrum designari putatis? aliud nihil quam fidem ipsam, aut lumen aliquod naturæ, si ita mauultis.

4. Reg. 22.

Transcramus inde ad limites regni Israel, & videbitis Iosiam Regē libro legis Domini lecto vitam in melius commutantem. An non igitur lex ipsa, o Iudæi ad salutem sufficit? Vultis iam aliqui de lumine naturæ delibatum audire? Syriam petamus ac domum Naamæ Principis ingrediamur: in qua pauperulam Israeliticæ captiuam reperiemus, quæ herum suum incitet, impellat, adhortetur assidue, vt terriâ idolorum cultrice deserat, in Iudæam secedat, vbi manu Helizai,

4. Reg. 2.

Prophetæ à lepra mundari poterit: *Vtinam, aiebat fuisse Dominus meus Naaman ad Prophetam qui est in Samaria: profecto curasset eum à lepra quam habet*. Quamnam tu es o captiua & serua? quamnam personam sustines? videris optime mihi lumen naturæ internum exprimere, quod à paganismo in captiuitatem reductum, anmas lepra gentilitatis infectas semper extimulat, & a-

nimat, vt Syria gentilitatis relicta in Ecclesiâ Samariam se recipiant, vbi Naamanes Iordanem Baptismi intrantes, in eoque se lauantes, à lepra spiritali emundantur. Nulla igitur ratio subest Domine, vt tibi quis improperet, aut inquam te in creaturas asserat, cum omnibus in quacumque demum orbis parte degant, & commorentur, quidquid ad salutem necessarium est, abunde & cumulatissime subministret: *ita ut sint*, prout Paul Apostolus ait, *inexcusabiles*. Certe Gentiles & ethnici si minus ad salutem peruenitis, vobis ipsis adscribite, excusati enim non potestis: habuistis namque facem illam naturalem, cuius ope & auxilio Deum in creaturis agnoscere potestis. Quamobrem æquo animo perferte si condemnemini, & conqueci desinitis, fortemque vestram deplorate. Tu vero diuinorum iudiciorum quæsitur & persecutor, amplius dicere noli, creaturas quæ in perditionem ruunt, à Deo perdi. Videte namque Angelos *a* in Sodomâ, Mosem *b* in Ægypto, Daniele *c* in Babylone, Eliam *d* in Sarepta, Elifæum *e* in Sunam, Ionam *f* in Niniuë, Christum *g* in Samaria versantem, Apostolos denique per omnes mundi angulos dispersos, vt animas ad salutem conuertant, inque vnam veritatis reuocent errantes, venire autem detrectantes quodammodo cogant, & extimulent. Anne igitur Deus perditionis nostræ auctor est? & non potius nos ipsi? ipse namque *vult omnes homines saluos fieri*.

Et sanete es Domine qui Paradisi cœlestis portas referas, totus vt mundus omnesque omnino mortales eas subeat: tu qui in crucis medio mori voluisti, vt infernales ianuas constingeres. aut potius oberares, atque ita ne damnaremur impedires, tu es scilicet Domine & non alius, qui fecisti omnia quæ audiuius: qui tot miracula in Iudæorum synagoga, tot prodigia in nouitia Ecclesiâ patriasti, & quotidie adhuc patras, verum vbi, quando, & quomodo tibi visum fuerit. Tu qui gratiarum tuarum dona sine villo personarum respectu largiris: omnibusque hominibus sufficientia ad salutem media sine villo discrimine distribuis.

Quæ-

Matth. 18. Quamnam igitur Domine dementia, aut potius temeritas est, actiones tuas examinare, iudicia inquirere & persecrari: iustitias denique tuas velle coarguere. *Iustus es Domine, & verum iudicium tuum:* vt nihil quod opponatur queat reperiri. Quot dein de Domine nobis gratias, quot ad salutem media contulisti: Baptismum scilicet, fidem, & legem; tot Sacramenta & diuina mysteria, tot dona supernaturalia: adhuc sanctam civitatem, sanguinem, mortem, ac merita denique tua. Hanc igitur nobis gratiam, benignissime Iesu concede, vt gratia tua non abutentes sed ad salutem videntes, te in hac vita colere & in altera laudare mereamur. Amen.

FERIA III. POST DOMINI-
CAM III. QVADRAG.

Partitio.

- I. De utilitate admonitionum.
- II. De correctione fraterna.
- III. De excommunicatione.

Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripue eum inter te & ipsum solum. Mat. 18.

FIGURA.

Exod. 23. Præcepit olim in veteri lege Deus, vt quotiescunque quis in bouem aut asinum errantem, aut in quocunque proximi animal per agros vagabundum incidisset, quamprimum ad possessorem reduceret, ne quid ei deterius contingeret, neve periculis aliquod aut detrimentum incurreret. Necid quidem frustra: verum vt præceptum quod in Evangelio nostro continetur, eidem congruere ostenderetur. Idipsum enim hodie idem Dominus in Evangelio præcipit, præcipit, inquam, vt quotiescunque fratrem nostrum, & proximum, qui per animalia illa exprimitur per vitiorum devia errantem, à virtutis via declinantem, & à Dei mandatis defectentem viderimus, eiusdem saluti sedulo inuigilemus, fraternaque eum correptione corripimus: eumque diligentissime seruantes,

ad possessorem, id est, ad Deum, Regentem eius ac Dominum, reducamus. Ecce paucis omnem pene Euangelii hodierni seriem & contextum. Vt porro aliquid super his, quod ad vestram utilitatem, & ad maiorem Dei gloriam cedat constituamus, ad Spiritum Paraclietum confugiamus, proque eius gratia obtinenda virginem matrem salutemus, dicentes suppliciter:

AVE MARIA.

Rogatus olim ab amico Ph ilosophus Platonis Apophth. to, quodnam ei gratum & acceptum obsequium præstari posset, respondit: Si quicquid in me vitiosum & indecens videris, liberrime arguas & reprehendas. Christiana reuera sententia: & nã ille mihi Christiano indignus nomine, ac fide destitutus videtur, qui reprehendentem vitia reprehendit, & castigantem defectus amice non amplectitur. Nam quemadmodum pictorum ille Apelles Deus Apelles omnium oculis expositum sua ab omnivolēbat, quicquid pingeret, vt omnes transnib inspici euntes libere si quos reperissent defectus, a & iudicari perirent: ita quoque homines, ac præsertim volebat. Christianos, agere par est, vt ab omnibus omnino hominibus, vitam actionesque omnes inspici velint & diudicari.

Liuius Drusus eques Rom. eum propria *Velleius* virtute meritisque in republ. singularibus, *Pater l. 2.* Tribunus plebis factus, palatium aedesque Voluit Li- superbas iuxta Capitolium construere vel- uuius Dru- let, & architectus eo se articulo illas costru- sus domū- cturum sponderet, vt omnium oculis clau- suam om- sa forent, nulliusque conspectui paterent, nium ocu- ait: Quin potius si qua arte potes, ita easdem lis patere. construe, vt quicquid intus agatur, totius populi oculis expositum pateat: cupio enim actiones meas in propatulo esse, vt à populo Rom inspici & iudicari queant.

Dicitur Alexander Macedonum Rex (& Alexander tantum dicitur) à familia & domo seruum seruum re- ablegasse quod duodecim, quibus cum eo pellit qui commoratus erat annis, nullum in rege vi- duodecim- tium aut defectum quem reprehenderet, de- apud eum- prehendisset. Hinc discant Principes, om- annis fue- nes illos assentatores, & aulicos parasitos e- rar. liminare qui tot lustris in palatiis de- gentes.

commora- gentes, semperque eorum lateri adhaeren-
tus, ac nū- tes, nihil vnquam audent vel volunt repre-
quam eius hendere, sed eorum vitiis condescendentes,
mores re- peccantibus applaudūt, & profundum quo-
prehendit- dammodo soporem inducunt. Non erat e-
set. iusdem cum hoc Alexandro conditionis He-
rodes Antipas: non tulit enim vocem illam
clamantis in deserto, Ioannem dico Bapti-
stam, qui eum de adulterio coarguebat, di-
cens: *Non licet tibi Rex habere uxorem fratris
tui*: hoc naturæ legibus repugnat humanis:
præter rationem est. Dei præceptis aduersa-
tur: incestuosum est: sed nefandus sicarius
diuinam hominis vocem gladio violētes in-
terruptit.

Marc. 6.

2. Reg. 12.

Exempla
eorum qui
correctio-
nem frater
nam in bo-
nam partē
interpretati
sunt.

1. Reg. 3.

4. Reg. 20.

Sapientior longe Dauid fuit, qui ad casti-
gationem Nathan Prophetae, non nisi lacty-
mando respondit ac non nisi vnico quod in-
ter medios singultus & fracta voce prodibat
verbulo: *Peccaui*. Eadem animi æquitas in
summo sacerdote Heli fuit notata, qui cum
per Samuelem à Deo reprehenderetur, aliud
non respondit quam *Dominus est, quod bonū
est in oculis suis faciat*. Ezechias item Rex
gravi castigatione ab Isaia propheta quod
thesauros legatis manifestasset, ac diuitias
vana quadam iactantia ostētasset correptus,
benignissime ac placido vultu respondit: *Bonus
sermo Domini quem locutus es: peccaui, casti-
figet Deus, ecce in flagella paratus sum*.

Discite igitur miseri homines ac ple-
bei, magnorum horum Regum exemplo
fraternas correptiones in bonam partem in-
terpretari, cum Vos frater delinquentes vi-
derit, vosque similiter; quotiescumque eum
peccantem videritis, simili castigatione in
eum animaduertere memineritis. Discite
nequaquam indigne ferre sed semper placi-
de, cum actiones vestrae excutiuntur, cum
effrenati affectus puniuntur, cum delicta ves-
tra castigantur. Discite peccantibus igno-
scere, ignorantibus docere, delinquentes corri-
pere, ac fraternas correptiones æquo animo
sustinere. Hoc namque præcipit Deus, &
hodierno Euangelio aliud non continetur:
*Si peccauerit in te frater tuus vade, & corripere
eum inter te, & ipsum solum*. Hæc eius summa
est, ac velut compendium, aliud non com-
plectitur, quam correptiones, excommuni-

cationes, & censuras. De vtriusque nobis ho-
diernam concionem institutam: ac primo de
correctione, ac tum de censuris.

Primo igitur fraterna correptio insignis
quidam actus religionis est, euidentis pieta-
tis signum, & verus Christianorum charac-
ter: & sicut lex & religio charitatem erga o-
mnes nos habere iubet: ita & proximū cor-
rigere, eiusque errata reprehendere. *Vnicuique
enim Deus mandauit de proximo suo*: vt scilicet
vnusquisque proximi curam gerat, in eiusque
commoda inuigilet. Nam quemadmodum,
qui vere tutor dici & esse desiderat, præter
quam quod in omnia pupillorum emolumē-
ta debeat incumbere, prospicere etiam de-
bet, ne quid detrimenti incurran: ita nobis,
si vel minimum religio nos tangat, omni ra-
tione aduigilandum est, ne animabus, quæ
sub tutela nostra sunt constitutæ, vllum de-
trimentum eueniat. Vnde bene olim in Deu-
teronomio præcepit Deus: *Non videbitur bonū
fratris tui aut ouem errantem, & prateritis, sed Exod. 23.
reduces fratrem tuum*. In Exodo vero aliud man-
datum simile propemodum reperitur vt scilicet
asinus proximi qui in foueam inciderat,
educeretur: *aut qui sub onere fatiscens col-
labascebat, subleuaretur*. Quid vobis, Au-
ditores, omnia hæc animalia denotare vidē-
tur nisi curam & sollicitudinem, quam er-
ga proximum, animal scilicet rationale, nos
habere par est? Atque ita hoc Ioannes Chry-
sostom. intelligere videtur, qui locum hunc
interpretaturus tandem concludit: *si asinus
collapsus subleuandus est: quanto potius tene-
tur homo hominem erigere, qui cecidit? vere igitur
fraterna correctio necessaria est, sine
qua vita hæc mortalis difficulter admodum
ducitur*.

Ante omnia vero mirum est, diuinum il-
lum Platonem, qui tantum ad naturæ du-
ctum vitam moderabatur, tanti fraternam
hanc correptionem fecisse, eam mundo adeo
nece statiam duxisse, rei que publicæ, adeo
vilem, vt in sua quam descripsit republ. ali-
quem ei locum assignauerit. Primo nam-
que libro de legibus hanc constitutionem
reperio, qua iubet, vt eum qui ob aliquod
delictum, improbitatemque in carcerem
coniectus est, optimi quique ciuitatis ac vi-
tæ in-

tæ inculpata: viri audeant, eique benigne ac magno cum affectu peccati turpitudinem ac delicti grauitatem ob oculos stuant, adque vitæ emendationem adhortentur. O vere egregium Platonem, & ob tam diuinas consuetudines introductas diuinum! Id vero quod Philosophus tam laudabiliter tamque diuine in suam republ. introductum voluit, Christus in Ecclesia etiam obseruari mandauit, *Si peccauerit in te frater tuus, &c.* Apostolus Iudas, vt præcepti huius utilitatem animis nostris profundius imprimeret, insignem in Epistola Canonica metaphorâ adhibuit: *Illos inquit, saluate de igne rapientes*: perinde ac si dicere voluisset: Cum proximum vestrum, Christiani, peccantem videritis, quamprimum eum corripite, diligenter ei auxilium ferite, ac flammam peccati eius vestra correctionis aqua extinguite: nisi enim peccato iam commisso quamprimum manum supponatis, recta ad ignem infernalem descensurus est: proinde vos veluti pii quidam Aneæ, Anchises illos ex incendio & peccatorum flamma educite. Quanto igitur affectu erga correctionem hanc fraternam nos duci par est, cum per illam animæ proximi in salutis portu constituantur? quam obrem nihil ea habere antiquius, eamque rebus cæteris anteponere debemus.

Allegoria.
Gen. 34.

Ecce vobis præclaram in veteri Testamento allegoriam, quæ correptionem hanc eiusque effecta mirabili quadam ratione ob oculos ponit. Cum agrestis Esau multo stipatus equitatu, Iacob fratri suo obuiam procederet, Iacob tam subito & repentino casu consternatus, vt se suaque ab iniuria fratris quam frustra metuebat, defenderet, omnem familiam armavit, eamque in tres turmas dispersit: in prima namq; duas ancillas earumque filios constituit: in secunda velut in media acie Liam omnesq; filios illius collocavit: at in extrema, quæ præsidii & valli totius exercitus loco erat, velut tutissima formosam Rachelem, filiumque dilectissimum Ioseph subsistere coegit: omnia scilicet potius amissurus, quam horum duorum iacturam subiturus: duo hæc pignora integra conseruare malens, quam cæteros omnes his amissis superesse.

Tom. 1. Bessai Quadrag.

Quid hic aliud edocemur, Auditores, quam, quando peccatum, quod per crudelem & agrestem Esau designatur, sese offert, non modo bona corpusque ipsum, sed ipsam etiam vitam, ad animæ nostræ per Rachelem figuratæ, ac simul proximi, per Iosephi filium designati, conseruationem, esse nobis impendendam: cuius tanta habenda est ratio, ac si res nostra ageretur. In extremo nepe agmine, velut in securissimo ac tutissimo loco collocanda sunt cæterisque rebus anteferenda.

Si peccauerit ergo in te frater tuus. Non est Fraternalis hoc consilii modo verum etiam præcepti: correctio ad eius obseruationem adeo astringimur, præceptum est, non periores, corripere & corrigere teneamur. consilium. Quid ais? Scripturis videris contraria loqui: tot enim locis aliud nobis præcipitur, vt: *Qui tetigerit montem, morte morietur: Qui vel minimum in superiore suo erratum corrigere præsumperit, morte afficiatur ac plectatur. Quin & Oza Arcam Domini collabascens sustinere ac tantum tangere præsumens, repentina morte punitus est.*

Exod. 19.

2. Reg. 6.

Nihil est, teneor enim in conscientia superiorum quotiescunque deliquerint corripere. Quidni? Teneor namque eos diligere: ipsa autem correctio fraternalis dilectio actus est, ergo sunt corripiendi. Argumentum est in forma. Quod pluribus exemplis & sacrae scripturae locis insinuabo. Sanctus Petrus quamuis caput & vertex totius Ecclesiæ ac simul summus Pontifex, tamen à Sancto Paulo Apostolo correptus fuit. Heli summus erat sacerdos, totiusque legis Mosaicæ caput, nihilominus paruus Samuel eum corripere ausus fuit. David duorum regnorum, Israel scilicet, & Iuda Rex, à subdito acriter corripit sese non indigne tulit, sed præ compunctione clamauit, *Peccasti.*

Galat. 2.

1. Reg. 3.

2. Reg. 12.

Verum hoc in præceptum adeo rigidum est, vt omnes omnino peccantes corripere & totum mundum teneor reprehendere? sunt pro dolor! tot in Italia Iudæi, qui tantas tamque horrendas in Euangelium

Z z

blasphem.

Præceptū
negatiuū
& affirmatiuum.

blasphemias conuitiaque eiuculantur. Sunt tam multi in Gallia nostra hæretici, qui tantam in peccando libertatem induerunt. Tot meretrices ac prostitutæ libidinis fœminæ in magnis illis sunt urbibus. An igitur omnes hos corripiendi, vitiaque eorum castigandi mihi obligatio incumbit? Nequaquam. Sed sciendum est, duo esse præceptorum genera: alia enim negatiua sunt, & alia affirmatiua: illa semper & nullo non tempore obligant: vt, Non occides, Non furtum facies: numquam scilicet, quacunque etiam occasione oblata. Verum affirmatiua non adeo strictè seruanda sunt, neque enim omni loco, omni tempore parentes diligere aut proximo adesse tenemur: at tum cum sese occasio offert.

Correctio
fraterna
verborum
suauitate
lenienda
est.

Neque etiam sufficit ipsos delinquentes corripuisse: verum id magno cum amore, dulcedine, charitateque fieri debet: non vero rigide, superbe, præfracte vel auctere. Vnde Isidorus lib. de summo bono: *Qui delinquentem superbo vel odioso animo corripit, non emendat, sed percutit.* Et ecce figuras veteri testamento de promptas. Vidit olim Ieremias Propheta virgam vigilantem, quam ei Dominus ostendebat: *ô virga, inquam Prophetica, cum te diligenter fuero contemplatus, emblematicè mihi correctionem fraternam significare videris, quæ oculos habere debet: neque enim proximus imperuose, nec stupide, sed discrete, suauiterque reprehendendus est.*

Ieram 1.

Figuræ
quib. fra-
terna cor-
rectio de-
signatur.

Num. 20.

Tam grauius olim Deus aduersus Moysen commotus fuit, vt eum terra promissionis excluderet. Miserum! quid commiserat sanctus ille Propheta, vt tam rigide à Domino castigaretur? Dixerat illi nimirum Dominus vt petram Sinaï tantum alloqueretur. *Loquimini ad Petram, & dabit vobis aquas,* sed Moses seuerius cum ea egit, diffidens enim verbis, baculo bis eam percussit. Ecce huiusce de qua agimus correctionis præfatum: Non vult Deus, vt peccatores instar petrae obduratos corripietes, duris, sed mollioribus verbis vtamur: indigne ferens sc. cum seueritatis virgam adhibemus.

Ecce & aliud pro coniugatis mulieribus

ac matronis exemplum, Abigail, vna de numero illustrium veteris testamenti mulierum, matrimonia cum stolido & emortuæ mentis Nabal, licet opulento, quique semper vinum & crapulam redoleret, contracto, adeo tamen prudens, sapiens & morata extitit, vt numquam ad iracundiam commoueretur, omnesque correptiones quibus maritum insolentem corripiebat, tam scite temperauit vt eas tempore debito & loco opportuno adhiberet. Cum enim quadam, inter cætera, die, coniunx Nabal multo plenus ac vino madens ferius domum reuersus, prærabie & ebrietate omnia comminueret, & ira exæstiuans in suppellectilem sæuiret: Abigail ne verbum locuta, omnia modeste ferebat: sed mane cum iam crapulam edormisset, eum adijt, & data opportunitate corripuit, insolentiaque hesternæ grauitate ei ob oculos posita, eum ad saniores meatus perduxit. *Diluculo vero cum digessisset vinum Nabal, indicauit ei vxor sua verba hæc: & mortuum est cor eius intrinsecus. & factus est quasi lapis.* Hinc discant vxores à coniugibus ad iracundiam excitatis, præque furore & rabie sæuientibus silenter ac patienter omnia sustinere: donec furor ille deferueat, ac donec vehemens illa rabies decoquat, & tum demum opportuno tempore turpitudinem illam vitæ, insolentiamque ob oculos ponere, & dissolutam illam agendi rationem arguere.

Quemadmodum enim tormenta bellica cum exonerantur, si ex opposito lignum, ferum, lapides, aut quid solidi habeant, omnia comminuunt, rumpunt, ac dissipant: at si in terram, vnguita compacta, aut saccos lana oppletos imperus tendit, irritus ictus est & eluditur: ita quoque si vos, O matronæ, quando mariti domi veluti tormenta detonant, ira & passione inflammati, ex aduerso repugnetis. clamantes, vociferantes, ac prærabie exæstiuantes, si ferrum, & lapides improbitatis opponitis, omnia perditis, nunquam murum illum iracundiæ maritalis propugnabitis: at si ea vestra prudentia est, vt omnia tela in humilitatis sacco & lanæ dulcedinis excipiat, in vanum omnes ictus cedent

Pro mulieribus coniugatis moralis

Simile.

ecedent omnesq; flammæ in fumum euanescent. Verum ad propositum reuertamur.

2 Reg. 20.

Quam porro præclara est historia illa de Nathan Propheta, & quam multis mysteriis referta? docet enim nos illa, quonam modo magnorum peccata castiganda sint, ac quomodo fraterna iis correptio adhibenda. Propheta namque regis aulam ad eius adulterium castigandum, accedens, hac oratione, sed sub parabolæ inuolucris latente, se in eius gratiam insinuauit, & sermoni viam parauit. Tristis quidam, Domine Rex, casus in vrbe contigit. Quis ille, ait Rex: Duo viri erant, inquit Nathan, in Ciuitate vnus diues, & alter pauper: diues habebat oues & boves plurimos valde, pauper autem nihil habebat omnino præter ouem vnã paruulã quam emerat & nutrierat, & qua creuerat apud eum cum filiis eius simul, de pane illius comedens, & de calice bibens, in sinu illius dormiens. Cum autem peregrinus quidam venisset ad diuitem, parcens ille sumere de ouibus & de bobus suis, vt exhiberet conuiuium illi, qui venerat ad se tulit ouem viri pauperis & preparauit cibos homini qui venerat ad se. Iudicatum itaque Rex quid ille commertus? Indignatus autem Dauid, & acerbo illo casu perculsus, ait, Tantamne in regno meo indignitatem, tantam iniustitiam committit? Morietur impius ille, auferatur ex hominum medio sacrilegus ille & iniquus inuafor, mille cruciatibus mille tormentis omnibus denique suppliciis afficiatur. Nathan vero his à rege auditis, propriis eum verbis condemnare volens, ait, Tu es ille vir qui fecisti hanc rem. Tu scilicet sceleratus ille, diues ille, qui cum totum regnum solus possideas, & pulcherrimas qualque mulieres, tibi in vxores acceperis: & Vrias miles pauperculus vnã tantum ouem, scæminam inquam Bethsabee, habeat, eam viro eripere & violenter extorquere præsumisti, eius tu honorem & animam adulterio sceleratæ & effrenatæ concupiscentiæ volens satisfacere, interfecisti: quidnam igitur ob tam enorme faciũs commertus es Domine Rex? Dauid ita se constrictum & irretitum videns, & ore proprio condemnatum,

oculis in cælum sublatis, ac genibus in terram prostratis lugubri voce clamauit, *Peccauit*. Ego sum fateor, ô Propheta, ego sum impius ille & sceleratus qui mille pœnarum genera, mille mortes, mille gehennas commertui: Ego sum qui impium hoc facinus, ingens hoc delictum commisi, delictum illud sacrilegum, & infidelitatis plenissimum. Itaque peccauit. agnosco commissum meum, toroque id vitæ tempore eluere lachrymis conabor, pro eo misericordiam supplex à Domino postulabo, pœnitentiam agam, animiq; amaritudinem demonstabo.

An non igitur dulcis illa Propheta reprehensio eiusq; prudentia, ad rem opportunè excogitata inuentio, ad Regi peccatũ suum declarandum plurimum adiuuenti attulerunt? si enim magna cum vehementia ac seueritate aggressus fuisset, nihil forsitan apud excæcatum & obfirmatum animum proficisset, sed capitis forte periculum, vitæque non mediocre discrimen adiuisset: vt Ioannes Baptista, qui ingenti honoris Dei zelo magnaq; animi contentione in castum Herodis Regis coarguens, nihil apud eum profecit, sed oleum & operam, ac deinde vitam perdidit. Ipsa igitur fraterna correctio cibis quidam est, qui dulci & suauis condimento parandus est.

Vnam adhuc, vestra bona venia, figuram mihi liceat adducere. Elizabeth Propheta 4. Reg. 41. suauis spiritu, & tantum oscitando viduæ filium ad vitam reuocauit, quem Giezi puer ne baculo quidem admoto, eo perducere potuit, sese vt moueret. Figura quidem à Figura. me iam recenter excogitata, sed quæ alioquin euidenter demonstrat, peccatores, qui vere propter peccatum in mortem dirissimam inciderunt, cum comminationis baculo & seueritate, ne minimum quidem moueri & concuti possint: sola aura & suauis placidorum verborum spiritu à peccatis vitæq; praua conuerti, aut è vitiorum sepulchro posse resurgere. Hac igitur ratione in fraterna correctione sese gerere oportet: magna, inquam, suauitate & modestia, inter te & ipsum solum. Verum si is qui peccauit, postquam peccatum eius ab alio repreh-

Z z 2 sum

Quomodo Nathan Propheta Dauidem regem peccantem corripuerit.

Hippoerates lib. 1. Aphor. sum fuit, nihilo tamen minus obfirmatus perseverat, beneque monentem procul à se reicit: seuerius cum eodem agendum erit, Ecclesia & induendus rigor: extremis quippe moribus opportuna sunt remedia adhibenda. Si emendationem differat aut repellat, *dic Ecclesia.* Huc ad sis ò Calvinista: hæc, quæso, verba iudicii tui lance pondera, ac cū Christo Iesu sentire incipe, ille peccatorem, refractarium & corrigi nolentem ad Ecclesiam iubet deferri: at tu eam mihi inuisibilem, in occulto positam esse, ais, negas eam sensibus videri aut percipi, adeo ut quoniam loco sit, ignoretur. Aperte mihi Christus ad eam hic accedere præcipit, eidem loqui, eidem obstinatos illos denunciare mandat, *dic Ecclesia.* Domine Iesu vim à Calvinista patior, responde pro me. Sed heus, Audi dicentem Prophetam: *In sole posuit tabernaculū suum:* quasi diceret, Thronus meus, Ecclesia mea, in propatulo est, palam videtur, instar solis splendet, tenebras odit, & à toto mundo cōspicitur. Non est igitur Calvinista, quod huic loco quicquam opponere præsumas, clarus quippe & manifestus est: neque enim par est de re tam aperta, ita visibili, sensibili, ac palpabili, ideam Platoniam efformare, merum ens rationis constituere, merum nihil, vmbra & phantasma quoddam condere: de Ecclesia penitus physica, sensibili, aliam metaphysicam, procul à sensibus remotam, à materia secretam, plenam conceptibus Mathematicis, punctis, lineis, zerris, nugis & apinis creare, ac ita denique hæc omnia constituere, ut non videantur. Nugæ meræ, blasphemæ meræ: *dic Ecclesia:* quando ait, præsupponit eam Dominus visibilem; & accessibilem, cum ad eam nos mittit, ut eidem loquamur.

Matt. 18. *Sic tibi sicut Ethnicus & Publicanus.* Ecce tibi hic gladium & fulmen excommunicationis, ecce potestatem & auctoritatem Ecclesiæ, Prælati eiusdem concessam, quibus dicitur: *Quæcumque ligaueris super terram, erunt ligata & in caelis.*

III. Capita Ecclesiæ duplici Hic igitur obseruandum est, duplicem Ecclesiæ Præsules & Antistites potestatem habere: primam quidem cum ordine Sacerdotali coniunctam, & eidem essentiali-

ter inhaerentem, potestatem scilicet peccata in Sacramento penitentiae soluendi & ligandi: deinde vero potestatem Iurisdictionis, qua rebelles, refractarios & peruicaces condemnare valent, & condemnatos iterum absoluerent. Primam contulit Dominus, Ioan. 20. his verbis: *Quorum remiseritis peccata.* Alteram Matth. 18. *Quæcumque ligaueris super terram:* ubi notes velim, excommunicationem actum quandam Iurisdictionis esse, & eam quidem duplicem: alia enim excommunicatio minor est, alia vero maior. Minori quicumque condemnatus est, nefas ei est Sacramenta Ecclesiæ recipere, aut frequentare: at qui maiori innodatus sunt, Sanctorum communione penitus privati viuunt: minor Ecclesiæ ingressum non interdicit, nec templorum aditu arceat, nec sacris diuinisque officiis verat interesse: at maior hæc atque multo grauiora damna cāusat.

O miser, & infelix, ac vere deplorande peccator, qui hoc tetangi fulmine permittit? Impius Cain hac maledictione percussus, nihil deinde prospere gessit, sed quicquid aggrediretur infelicissimum habuit: Cham à patre maledictus toto vitæ suo tempore errans, spectaculum fuit miseræ & calamitatis, neque vquam ad patris sui faciem videndam admissus fuit: Blau in paterna benedictione à fratre præuentus, profanus semper vixit, atque infelici termino vitam conclusit. E quibus omnibus quantum mali calamitatisque excommunicatio patiat, facile conici potest. Vix à Domino sicut illa Euangelica, si memineritis, maledicta fuit, cōcepta quin statim arefacta emarcuerit, pistumque virorem amiserit. Hanc ego te sicum esse dicam excommunicate: qui quamprimum ut graui illa maledictione percussus es, radicem tenus exarefcis, omniumque virtutum & meritum virorem amittis.

At hic nondum finis. Sunt & alia infortunia, calamitatesque in quas excommunicationis fulmen hominem deiciat. Ex Christiano te illa Turcam, Ethnicum & veluti Mahometanum cōstituit: *Sic tibi sicut Ethnicus & publicanus:* detrudit te illa caelo, & infernali voragini immergit: Angelorum.

potestatem
pollent.

Discrimine
inter ex-
communi-
cationem
ma-
iorem &
minorem

Gen. 4.
Gen. 9.
Gen. 27.
Insignis
Matt. 21.

Quid ma-
li patiat
excommu-
nicatio.

lorum te consortio eliminat, ac dæmonum societati ac contubernio copulat. Audite, obsecro colluuiem malorum & miseriarum Iliadem, quas funesta hæc Pandora in excommunicatos iauelit. Arcet illos temporum introitu, ac sacris locis interdicat. Tunc, tunc, inquam, vos excommunicati instar Cain, erratis & vagamini, miserè à conspectu Patris æterni, & matris nostræ Ecclesiæ, militantis scilicet, exulantes & profugi.

Tunc instar Nabuchodonosor, per solitudinem locaque deserta, in bestiarum naturam degenerantes, ac tam sublimi regno, regno nimirum cælorum, vel Ecclesiæ, si malitis, quæ regnum Iesu Christi est, expulsi, eiectione, dispersi vt errones palantes, discurretis. Tunc non est quod speretis templa vos subire, aut diuinis officiis sacrisque mysteriis interesse, aut in sacra terra posse tumulari. O triste exterminium! ò exilium vere deplorandum! ò audite exemplum. Imperator Theodosius Magnus à beato Ambrosio Mediolanensi Episcopo sacris interdictis, octo mensium spatio templi aditu prohibitus fuit; quod adeo ei graue & acerbum videbatur, vt, teste Cassiodoro, præ mœrore expirasset, si diutius in excommunicatione eum manere necesse fuisset.

Præterea, ipsa te excommunicatio Sacramentorum gratia & efficacia priuat, impedit, ne per sacros illos canales, diuinos illos aqueductus, aut potius sanguini-ductus, per quos pretiosus Christi Iesu sanguis à primo passionis fonte ad iotinum vsq; Ecclesiæ suum, dimanat ac fluit, vlla in animas vestras gratia descendat. An non certo certius est, ò Philosophi, omnia quæ hoc inferiori mundo continentur, adeo ab influxibus, & motibus corporum illorum cælestium dependere, vt si cælestem illum motum semel deficere contingeret, omnia elementa pessum irept,

— totaque discors

Machina diuulsi turbaret fœdera mundi.

Quid ergo de anima dicendum est? an non illa à diuino illo motu, influxuque supernaturali sacrosanctæ crucis dependet,

qui nobis per septem Sacramenta, quæ in Ecclesiâ instar septem Planetarum collucet & resplendet, infunditur? Quid igitur miser excommunicatus agit, quid de eo sit, qui omnibus hisce influxibus destitutus est.

Tertio accedit huc quod excommunicatio omnium orationum & precum, quæ in Ecclesiâ funduntur meritis nos priuat. Nam omnium nostrum, qui in Ecclesiâ sumus, merita & preces communes sunt: quotquot enim in Ecclesiâ fideles viuimus, vnus velut corporis membra sumus: & ipse sumus Pontifex, omnes Cardinales, omnes Episcopi, tot Monasteria Religiosis repleta, tot solitudines Anachoretis refertæ, vniuersalis den que Ecclesiâ, tam in Gallia nostra quam in Hispania, Italia, Iaponia, Indiis, Brasilia, China, apud ipsos etiam Antipodes tam in terra quam mari constituta, & quotquot vtroque polo fideles comprehenduntur, & totus demum orbis, pro nobis etiam nascentibus orat, & nobis, saltem de congruo, conuersionem ad Deum, vt Theologi loquuntur, promeretur. Vnde vates ille & Rex David: *Particeps ego sum omnium timen- P sal. 113: tium te.* Verum vbi excommunicationis fulmen in nos semel cuibratum est, omnium hisce thesauris orbamur, ac nudi penitus constituimur.

Audite obsecro rem admiratione dignissimam, quæque nos ad solum excommunicationis nomen merito percellat. Consuevit ipso sacro Parasceues die Ecclesiâ pro Turcis, Iudæis, & paganorum multitudine, gentibusque in infidelitatis tenebris adhuc versantibus, Deum exorare, vt illos in misericordiæ suam recipiat, & amplectatur, nulla excommunicatorum mentione facta.

O vere reformidanda excommunicatio, Per excō- quot præterea in animam mala inuehere municacionem in monum, & mancipia illorum constituit, vt diaboli potestatem in animas nostras pro libitu seruire & effectatam tradimur. rascere, quotiescunque voluerint, valeant. Audite rem exemplis confirmabo. Fornica- 1. Cor. 5. torem illum Corinthium, qui præter fas & nefas nefando noueræ suæ concubitu sese polluerat Paulus Satanæ tradidit. Tantun-

dem & Hymenæo & Alexandro fecit, de quibus scribit. *Tradidi eos diabolo, ut discant non blasphemare.* Quin & Origenes iam à mille quadringentis annis scripsit; *Per eos qui Ecclesia præsent, Deus tradidit delinquentes in manibus inimicorum.* Quamobrem, Christiane, si excommunicationem non perhorrescis saxeus, petra durior æneus es, ac de sperata salutis.

Excommunicatio nos sepe-
liri vetat.
C. Sacris
extran. de
sepulchris.

Denique velut omnium malorum & miseriarum caput huc accedit, quod ipsa excommunicatio nos iure sepulturæ, exequiis, iustisque sepulchralibus priuet: neque enim par est eum qui viuens mortalium consortio exclusus fuit, vltum cum mortuis commercium habere; sed consentaneum rationi videtur, eum, quemadmodum viuens à cæteris secretus fuit, ita quoque mortuum, communi fidelium sepultura carere debere. Hinc Ioseph Patriarcha in vltimo vitæ articulo constitutus, fratres orauit, vt corpus suum in terram Chanaan secum asportarent neve id inter prophana Ægyptiorum corpora in Ægypto relinquerent. Quo edocemur, excommunicatos & infideles non eodem cum Christianis & veris Ecclesiæ filiis loco, sed sepultura a fini esse sepeliendos, & instar Saracenorum Ethnicorumque terra condendos: *Sit tibi sicut Ethnicus & publicanus.*

Quæ cum ita sint, fulmina, obsecro hæc, Christiani, pertimescite, excommunicationis illa vos iacula terreat, iisdem vero sauciatos fugite, honorem iis nolite exhibere, eorum familiaritatem declinate, nullum cum iis sermonem miscete; imprimis vero cum ipsis hæreticis, qui excommunicati sunt & ab Ecclesia reiecti, Sacramentorum communione priuati, omnium orationum nostrarum merito destituti, ac sepultura communi penitus indigni sunt.

Tu vero, Deus elementissime, qui nobis hodierna die præclarum hoc, & adeo necessarium, ac tanti momenti præceptum de correctione fraterna proposuisti, concede nobis gratiam, qua id magno cum animo, confidentiaque ac summa prudentia perficere, & ad effectum producere valeamus. Sunt, cheu Dominetor in mundo peccato-

res, sed tam pauci qui eosdem corripiant & peccantes coarguant. Tories offenderis & contemneris, tot in te blasphemiarum vbique locorum euomuntur, ac nemo reperitur, Domine, qui causam tuam agat, ac honoris tui defensionem in se suscipiat. Non inueniuntur amplius Baptistæ, qui Herodes coarguant, defunt hodie Nathanes, qui adulteria Dauidibus ob oculos ponant. Nobis igitur hunc zelum & hunc animum suggerere, hocce vt præceptum exequi valeamus: verum magna cum suauitate ac modestia, non autem seuerere, aut rigide; nullis prauis affectibus incitati, aut amaritudine animi inducti, sed charitate magna commoti. Si tamen hac nostra suauitate nihil efficere valeamus, præsta, vt eos Ecclesiæ tuæ denuntiemus, cui plenariam refractariorum excommunicatione castigandorum potestatem contulisti: qua nihil aut horribilius, aut terribilius, nihil timendum magis homini Christiano in hac mortali vita queat contingere. Quare ab eadem nos Domine defende, nobisque gratiam elargire, qua semper in Ecclesia tua perseverando, tam dignet bi in hac militanti Ecclesia seruire valeamus; vt mercedem in triumphanti percipiamus amplissimam.

FERIA IV. POST DOMIN. III. QUADRAGESIMÆ.

Partitio.

- I. *Cor esse dandum Deo.*
- II. *De cogitationum malarum incunabulis.*
- III. *De verbis cordi operiq; consonis.*
- IV. *De traditionibus paucula.*

Populus hic me labiis honorat, cor autem eorum longè est à me. Matth. 18.

FIGURA.

CVM magnus ille Assyriæ Rex Nabuzodanodonosor lecto reclinatus, variis cogitationibus agitato infomnem noctem traduceret, ingentem subito statuam vidit, cuius caput aureum, brachia argentea, pectus

pectus æneum ac pedes lutei erant. Sapenumero profecto ingentem illum colossum mecum tacitus demiratus, aliud eum nihil esse putavi, quam fictam illam hypocrisim, quam hodierna die in Euangelii nostri tabella, Pharisaorum & Scribarum frontibus inscriptam depictamque videmus: populus namque hic hypocrita vultus illi statuae persimilis est: cuius caput ex auro solido compactum, lingua aurea, & aurifluas texens ex ore catenas: qui non nisi de Deo loquitur, vnicum Dei honorem spirat & sapit. *Populus hic labiis me honorat.* Caput igitur aureum est; sed pectus æneum, cor non nisi mera & sincera malitia, nefanda flagitia intrinsecus fouet anima: *Cor autem longè est à me.* Quicquid exterius apparet, aureum est, verba & sermones diuini, ac fucata agendi ratio; at interius adulterina sunt omnia, & sub auro æs vilissimum lateret, æs inquam improbitatis. Annon igitur statua illa hypocrisis est, magnitudine infinita & incomparabili. De cuius magnitudine plura vobis hodie dicere proposui, si paraclerum Spiritum prius inuocauerimus. ac Virginem Deiparam salutaerimus. Igitur cum Angelo dicamus:

A V E M A R I A.

I. Inter omnia creata potissimum excellit hominum cor. Nihil est quod magis Deum defigat, quam cor humanum. Inter omnia, quæ summus ille rerum architectus ex nihilo condidit, & in mundi huius teatro spectanda proposuit, nihil est, quod maiorem admirationem mereatur, aut quod sibi præ cæteris Deus seligat, aut complectatur ardentius, quam ipsum cor humanum. Hinc in Prouerbiorum libro inter omnia humani corporis membra & compages, hoc vnum præ cæteris sibi à dilecto dari postulat, *fili prabe mihi cor tuum.* Dein nihil est, quod magis ipsam diuinitatē repræsentet, aut propius ad Deum accedat, quam hoc ipsum cor. Quemadmodum enim Deus primus ille motor est, qui à nullo mouetur, & tamen mouet omnia; ita cor membrum illud organicum est, quod omnia quidem in microcosmo illo moueat & dirigat, ipsum tamen à nullo moueatur. Ac veluti Deus quoque prima & originalis causa est, qua ingens hæc mundi machina viuat, sentiat &

moueatur: ita cor regulus est, qui paruo huic mundo spiritus tum vitales, tum animales suggerat & conferat. Quamobrem nihil est omnino quod propius ad Deum accedat, eiq; sit gratius, corde humano: quod infinitis propemodum exemplis in lege Moisaica declarauit.

Voluit sibi Deus olim sanctificari omne primogenitum quod vluam aperiret in filiis Israel, tam de hominibus, quam de iumentis. Quo liquido demonstrabat, inter omnia sese membra cor hominis deligere, libique illud offerri velle, quod nostrum primogenitum est, ac primum quod in nobis viuere incipiat: nam, teste Aristotele, cor est primum viuens & vltimum moriens.

Votum vovit Iephtho Domino dicens, si tradideris filios Ammon in manus meas, quicumque primus fuerit egressus de foribus domus mee, mihi que occurrerit eum holocaustum offeram Domino. Quod aliud quoque documentum est, quo edocemur, integre cor nostrum Deo esse offerendum & immolandum, quod nimirum primum est quod in nobis vitam habeat.

Celebris ille Rex Salomon lectum regium construxit, sublimem & superbum, in quo infinitis perfruebarur deliciis; quemque sexaginta fortes ex fortissimis Israel ad custodiendum ambibant. Ecce vobis in hoc lecto ad oculos ipsum cor humanum expressum, in quo si pacificus ille Rex Salomon; Deus inquam, requiescat, innumeras ibidem voluptates hauriet. Cor quippe regium lectulus est, conopæum illud sublime, in quo Salomon noster dormiat; à sexaginta semper fortissimis strategis custoditur, vultis eos vobis recenseam, & nomine quemque suo compellem: occurrent primo decem DEI præcepta, ac totidem Ecclesiæ, quæ simul viginti constituunt: duodecim deinde fidei articuli, & octo beatitudines; ecce vobis quadraginta; septem mox sancti Spiritus dona, septem quoque Ecclesiæ Sacramenta, ecce quinquaginta quatuor; postremo tres virtutes Theologicæ, & tres SS. Trinitatis personæ, quæ eius beatitudinem explebunt; an non simul hi sexaginta fortissimos

mos duces constituent ! & an non vere regius hic lectulus erit?

Num. 21.

Præcepit quoque Deus principibus & tribunis populi Israelitici, ut Arcam testamenti in medio castrorum, velut in loco tutissimo, constituerent: quo iis ostenderet, quanti carissimum hoc pignus faceret, ut omnia potius, periculum & discrimen subire cuperet, quam Arcam ab hostibus diripi. Verum erat hoc figura, qua declarabatur, cor hominum præ cæteris membris à Deo diligi, & arctissime foueri: quod ipse in medio corporis, in medio scilicet potentiarum naturalium, collocavit, & in medio tot spiritualium militum, gratiarum nimirum, donorumque supernaturalium constituit. Quocirca non est mirandum, Deum, cum tantam cordis rationem habeat, tot id rebus munire & circumsepere, tot id custodibus circumcingere; præsertim cum ipsa in homine velut armentarium quoddam sit & arx, in qua omnes thesauri, diuitiæ, armaque spiritualia reposita sunt ac tanti momenti, ut illo perduto & expugnato, de tota hominis animæque salute sit desperandum.

2. Mach. 1.

Cum gentes vicinæ, Machabæorum tempore, montem & arcem Sion inuasissent, munierunt eam muro magno & firmo, & propugnaculis validissimis: ita ut eam sibi in ciuitatem fecerint, armaque & escas in ea posuerint: spolia, quæ in ciuitate agebant, illic coaceruarent. Quo quid aliud designatur, ô homo, quam statim ut dæmones, gentes illæ barbaræ cordis nostri arcem quæ nobis penitus dominatur, inuasere; hinc eos animæ gratias virtutesque expugnare, & quicquid meritum nobis afferre potest, diruere, euertere, ac dissipare: adeo ut lapis super lapidem, gratia super gratiam non remaneat, sed omnia miserum in modum destruantur. Hinc Salomon nos omnes exstimulat & adhortatur, ut omni custodia cor nostrum custodiamus; idque velut arcem animæ, arcisque umbiculum vndique communiemus, quo amisso & perduto, omnis nostra salus, periculum incurrat.

2. Reg. 4.

Cum ostiaria domus Isboseph purgans triticum in meridie obdormisset, sicarii domum latenter ingressi miserum Isboseph in

lecto iacentem secundum inguina percussere, id ipsum nobis euenturum proculdubio sciamus, si in lecto voluptatis deliciarumque stertentes, cordis ianuas non occludamus, per quas homicidæ, hostes nostri iurissimi, mundus, caro, & diabolus in meridie, in mediis scilicet voluptatibus, intrantes nos obruncant, & in pluma deliciarum miserè trucidant. Omni igitur custodia custodiamus cor nostrum. Nam quemadmodum Deus præ cæteris hunc locum earum haberet, ita quoque diabolus eidem omni ratione insidiatur, ac semper elaborat, quo eum expugnet & inuadat; modo enim eidem valium quatuor ingentibus balistis & arietibus munitum obicit, suggestione scilicet, delatione, consensu, & opere ipso: modo tres tantum bombardas opponit, verum prioribus non minus metuendas, cogitationes nimirum, verba, & opera.

De tribus igitur hisce bombardis hodiernam concionem instituemus: idque conformiter verbis ipsis Euangelii, in quo de corde, cogitationibus, de verbis & operibus agitur. *Populus hic labijs me honorat, ecce verba, cor autem eorum longe est à me.* Ecce cor, cogitationes & opera.

Quod ad primum igitur spectat, Thales Milesius interrogatus olim, num Deus vult scelerum nostrorum, actionumque peruersarum notitiam haberet; non operum tantum, inquit, sed etiam prauarum cogitationum. Diuinum plane in ethnico homine apophthegma, ac sufficiens, ut hinc Christiani & probi omnes tam malas cogitationes, quam ipsa opera discant fugere. Docet id ipsum Isa. Propheta: *Auferite malum cogitationum vestrarum*, id est, ipsas cogitationes malas. Sunt enim illæ veluti farunculi, quas vbi semel domum nostram contigit ingredi, confestim ianuas magnis illis prædonibus, peccatis inquam, aperiant; quæ animas infestant, diripiunt, & de prædantur. Ecce exempla.

Lucifer ille Angelorum olim princeps, ac vnicomodo demonum coryphæus, vnicam solum gratiam in animum cogitauit: vnicam ambitionis, laingua qua similis esse Altissimo desiderabat, ad malum misit: & ecce confestim magnus ille prædo creat. super.

superbiae intrans, eum deprædatur, diripit, ac miseris casibus inuoluit.

Gen. 3. Primus mundi incola Adam non nisi oculos in noxium illud ac veritum pomum cōiecit; & ecce magnus ille miles ac sicarius subintrat, & omnem ei iustitiam originalem, aliasq; gratias infinitas diripit, auferit, & violenter extorquet, inq; extremum exitium demergit.

David Rex, conspecta tantum è solario pulchram illam Bersabee, quæ sese lauabat, eiusdem quamprimum pulchritudine illectus & captus fuit: quin & eodem momento, quo furunculi illi complacentiæ & concupiscentiæ per oculorum fenestras cor eius ingressi sunt, nobiles duo latrones per eandem intrarunt, adulterium scilicet atq; homicidium; quæ tantam in domo eius stragem e-didit, vt totum regnum Iuda pariter per-nertere & euertere conati sint. O infelices igitur cogitationes ac multorum malorum leminarices.

Illæ namq; calamitatum omnium malo-rumque seminarium sunt, ac vitiorum fo-menta: nam, vt Philosophi aiunt, *paruum er-ror in principio, maximus in extremo esse consue-uit*, & paruam paruæ cogitationis initium, magnum sæpenumero peccatum produce-re. Venit mihi hic in mentem symboli, quod nobilis quidam, huius ætatis princeps Itali-co sermone insignibus suis inscripsit, *ex par-ua flamma, magnus ignis*. Quod de primis co-gitationibus vere quoque dicere licet: paruam scilicet cogitationis scintillam, magnū sæpenumero calamitatum, infelicitatumq; excitare incendium.

Symbolū nobilis cu iusdā no- stri tem- poris.

Ariani p- pter vnu iota orbē terrarum incende- runt.

Figura.

An non propter vnum iota Ariano-rū hæ-retis ingens illud schismatis incendium ex-citauit, quod totam Ecclesiæ nostræ domū absumere, & flamma inuoluere nitebatur: ip-si namq; Christum *ομοιόσιον* id est, similis esse cum Patre substantiæ, Catholici vero eundem *ομοσιον*, id est, consubstantialem Pa-tri esse asserbant? An non quidam lapillus monte descendens ingentem illam Nabu-chodonosoris statuam in frustra comminuit? quo nihil denotatur aliud exēplo, Auditores, quam lapillū quendam cogitationum, è peccati monte descendentem, sufficere, vt

Tom. 1. Bessai Quadrag.

pulcherrima quæq; statua, perfectissima in-quam, quæ in mundo reperiri queat anima, deiiciatur, & in frustra comminuat.

Dixisse te olim parabolam memini, Do-mine, qua id de quo modo agimus, non ob-scure inuui posse putem, *Simile est regnum calorum grano sinapis*, quod minimum quidem est omnibus seminibus: cum autem creuerit, ma-ius est omnibus oleribus, & fit arbor, ita vt vo-lucres cali veniant, & habitent in ramis eius. Cæterum videor mihi Domine de parabo-la tua alium conceptum, haud incommode posse cudere, & quidē penitus contrarium, ac parodice dicere: *Simile est regnum infero-rū grano sinapis*. Per regnū hoc, primam & exi-guam adhuc cogitationem intelligo; quæ cum à se quodammodo nulla sit ac nihil, statim mirum in modum exerefcit, ac ma-gnam illam peccati arborem constituit, in qua diaboli, volucres illæ rapaces, ac rapto viuentes, habitare cōsuevere. Quin & axio-ma, quod Philosophi dicere solent, *Nihil est in intellectu, quod prius non fuerit in sensu*; hic mihi liceat vsurpare, sed alijs terminis & verbis: nihil scilicet esse in anima, quod nō prius fuerit in concupiscentia: nihil exterius opere ipso aut actione designari, quod non multo citius in cogitatione fuerit efforma-tum. Quocirca si opus ipsum improbum sit & iniquum, cogitationem infinitis partibus peiorem esse, consentaneum est: modo & il-lud axioma verum sit, *Propter quod unum- quodque tale, & illud magis tale*.

Insignis cōceptus.

Arist. 2. de anima.

Arist. 3. de Poste.

Quare suffoca in semente hanc impro-bam propaginem, o homo! elide in tempore prauas hæc cogitationes, antequam exere-ficant, ac cursum improborum horum desi-deriorum siste. Occlude fores scelestis illis latrunculis, in extremam te alioqui perni-ciem pertrahent. Exemplo tibi sit insanus ille ac barbarus Pharao: qui, vt inimicos suos excinderet & penitus extirparet, posteri-tatemque omnem deleteret, paruulos omnes iussit interfici; è quibus quoniam vnicus Moses seruatus fuit, factum est vt sibi ipsi rex exitium attulerit. Ita quoque ad pecca-tum eliminandum, ac nefariam illam pro-paginem abolendam; paruulos eius in ipso ortu & primordio eneca, cogitationes ab

Praue co- gitationes initio re- pellendæ sunt.

Ezech. 2. Allegoria.

A a a anima,

anima, quamprimum in ea nascuntur, expelle, ac diligenter aduigila ne qua subterfugiat, & inextincta maneat: sufficit namq; vnica, vt extremum periculum ac pernitię capiti tuo arcessas.

Insignis
conceptus.

Impius ille tyrannus Herodes, eoq; nomine potissimum notus, vt se in solio confirmaret, & a successore tutus foret, omnes paruulos etiam lactentes a bimatu & infra iussit interfici, adeo vt ne proprio quidem

Matt. 2.

p. percerit filio. Eadem, o homo, crudelitate læui in teipsum, eandem generositatem ostende, atq; ad cōscientiæ itatum & regnum conferuandum, eneca & obrunca prauas hasce cogitationes, interea dū teneræ sunt, & lacte delectationis eas adhuc pascis; ac ne minimæ quidem parciro. Quod qui fecerint, beati ac ter felices a vate Regio proclamantur: *Beatus qui tenebit, & alliet paruulos suos ad petram*: per paruulos hos cogitationes adhuc crudas & teneras intelligi vult, quæ ad petram, quæ Christus Dominus est, (*petra autem erat Christus*) allidendæ & frangendæ sunt.

Psalm. 36.

Hac porro sese ratione easdē expugnasse gloriatur Augustinus; aitque se tum, cum cogitationes expugnare animum gestiebāt, & violenter irumpere, ad crucifixi Christi pedes multis cum lacrymis prostratum, easdem repulisse, & ad petram hanc illisisse. Id ipsum consilium insinuare mihi videtur & Salomon in Canticeis, ait enim: *Capite nobis vulpes paruulas quæ demoluntur vineas*. Per quas, nisi diuini fallar, cogitationes subdolas & occultas intelligit, quæ vbi semel animæ nostræ vineam intrauerint, omnia vastant, perdunt & demoliuntur.

Allegoria.

Exod. 17.

Cum populus Israel cum Amalecitis prælio decertaret, quamdiu Moses manus ad cælum extendebat, Israel vincebat; quando vero illas dimittebat, profligabatur, & Amalec superabat. Denotare hoc mihi videtur, Auditores, tamdiu animæ nostræ facultates in prælio, quod inter animam, Israel inquam, & diabolum, satanam scilicet, quotidie pugnatur, victoriam habere, quadiu cor nostrum & voluntas, quæ instar Moysis est, cogitationes intentionesque sursum erigit; nihilq; aliud q̄ Deum meditatatur & cogitat:

verum vbi easdem ad terram concidere cōtigerit, animam quoque profligari & debellari.

Refert Plinius, aquilam pullos ad solis examen prouocare consueuisse: eosque eiusdē radius medio die opponere; quos qui oculo irretorret & infracto intueri poterint, educat, ac verum fortum existimat; at si qui conuiert oculis, palpebrasque demittunt & solares radios, vehementemque illum splendorem declinat, ad terram deicit, & adulterinos, supposititiosq; existimat, ac veluti indignos, qui inter tam generosam aquilarum progeniem numerentur. Ad eundem te modum agere par est, o anima, aquilamque hic imitari: omnes namque cogitationes quas procreas, ad solis iustitiæ radios examinandæ sunt, & probandæ, & quas faciem illam rutilantem intrepide & inconcusse videris posse intueri, rectaq; ad Deum contendere, eas educa, nutri, & foue; bonæ namque sunt & generosæ: verum quarum oculi lippient, solem fugient, ac terram aspicient, eas deice, eneca occide, ad nihil enim sunt viles, sed indignæ quæ in anima comorentur.

Hactenus quidem de cogitationibus, iam ad verba veniamus, quæ conceptum & cogitationum signa sunt, vt docti aiunt; per quæ etiam Deus vult laudari. Hinc David: *Labia mea laudauunt te*, non modo cor, & cogitationes, sed & os meum, lingua mea, oratione sc. vocali. Obseruat quoq; Ezechiel Propheta, quatuor illa animalia quæ videbat, clamasse, *Sanctus, Sanctus, Sanctus*: quo signatur Deum etiam verbis a nobis laudari & ore nostro benedici velle: veruntamen vt cor verbis respondeat, nulla discrepantia inter cor & linguam, aut siccata quædam fictio reperitur. Hoc scilicet Dominus hodie in Euangelio in Phariseis reprehendit, dicens, *Populus hic labi me honorat, cor autem eorum longe est à me*. Verbis egregius lingua populi huius resonat, sed cor sinistra machinatur: cor multum a verbis discrepat.

Sæpius lingua tua, o anicula, in templis orat & supplicat, & mens tua longissime foris procul a rosario, peregrinatur. Sæpius virtus

Luk. 8.
Insignis
conceptus

III
Laudat
Deum
verbis
Psalm. 101.

Isai. 29.

que oculum in libro defixum habes, & filia & cor tuum amoribus occupatum est. Quoties in templo oras mercator, & mens tua in officina versatur? Hoc nempe Pharisaico modo orate est, atque hoc est quod Euangelium hodiernum in Phariseis reprehendit: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me.*

Deus q̄rit
exteriora
& interiora

Non sufficit Deo exterior illa modestia: & gestus ille ad oculum apparens, cupit etiam interiori animi attentionem. Erat in veteri Testamento tabernaculum exterius quidem pretiosis auleis coopertum; interius vero ignis continuo in altari collucebat, in quo mundissimæ victimæ Deo immolabantur. Quo denotabatur, mea quidem sententia, virtutes exteriores, qualis est humilitas, deuotio, aliaque infinita, non sufficere ad interiori animi tabernaculum ornandum: si interius, in animæ nostræ altari, ignis charitatis continuo non ardeat, tum ut bona desideria, casta que cogitationes in eo offerantur, tum vero ut sancta propofita ibidem immolentur.

Hæc est illa pulchritudo, quam sponsus in dilecta demiratur, & deprædicat: *Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra es.* Quod D. Ambrosius ita interpretatur, & conuertit: *Ecce tu bona es amica mea. Ecce tu bona es: & mox quarto capite: Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es.* Non alia sane de causa reduplicationem hanc adhibet, quam tum ad interiori tum exteriori pulchritudinem designandam. Pulchra scilicet es, ait idē Ambrosius, verbis, & pulchra moribus: pulchra es bonis operibus exterius, & pulchra in anima interius, ait Glossa Linearis. Pulchra es, inquam, operibus (nihil enim facis, quod non oculis meis sit longe gratissimum: (& pulchra verbis) neque enim sodales tuas filias Ierusalem, inuitare desinis, ut incarnationis meæ mysterium euulgent) ut interpretatur D. Thomas. Intelligas denique utcumque volueris, semper inde efficies, animam quæ per sponsam hanc designatur, ut à dilecto suo Deo diligi queat, duplici pulchritudine enitere debere, interiori sc. quoad intentiones & cogitationes: exteriori vero quoad verba & pietatem extinsecus decla-

randam. Ecce figuras, quorū habere collibitum sit.

Præcepit olim Deus Arcam Testamenti, *Exod 25.* in qua Decalogi tabulæ asseruabantur, intus *Figura.* & foris auro mundissimo cooperiri: ut declararet nimirum, animam quæ tabulas legis diuinæ, præcepta scilicet Dei inuolante seruare desiderat, auro charitatis interius in corde, & exterius in ore effulgere oportere: illic cogitando, hic vero loquendo. Quid hic igitur de illis imaginum crucifixorumq; basiatoribus, ne dicam voratoribus dicendum est, qui sex horarum spatio eodem in templo labia quasi orantes mouebunt, oculis voluerit, ludicros gestus efformabunt: qui ubi è templo domum redierint, deteriores sunt diabolis, aliud nihil machinantes, quam ut proximū Luculenti con-ceptus. aliqua ratione & arte incautum circumuectant, & decipiant? Non possum quin eos semper stans Babylonicis conferam, quarū Propheta Baruch meminit, quæ exterius *Baruch 6.* quidem auro & argento coopertæ erant, verum interius, ut aiebat, à serpentibus erodebantur. Ita quoque hi exterius quidem sanctissimi esse, imo veri sancti, & diui, atque aurei penitus & argentei videntur, cum reuera sint pessimi: non sunt fateor, homicidæ; de adulterio aut fornicatione ne minimus quidem apud eos est sermo, aliis non sunt scandalo: at interius serpentes, viperæ, echidnæ & dracones sunt, auaritiæ, ambitionis, usurarum veneno oppleti, omnia virulenta sunt introrsum, ac præter praua desideria & impudicas cogitationes nihil apparent.

Erant antiquitus Æthiopū palatia splen- *Alius non inferior.* dida & magnifica, exterius que luxum quædam regum ostentabant: quæ tamen à Mauris nigris inquilinis incolebantur: his palatiis hypocrisis esse dico quam simillimos. Exterius namque nil nisi bonitatem, humilitatem, & patientiam præ se ferunt: cum illorum interiora non nisi Mauri, Æthiopes, ac nigerrimi diaboli inhabitent. An non meministis inter cæteras aues, quarum usum & esum Deus populo suo olim interdixit, & cygnum numerari? nonne hoc mirum cuiquam videatur, cum præsertim cygnus auis sit pulcherrima, plumis instar niuis alben- tibus, ac cantus suauissimi? exterior, fateor,

forma peregrina est, ac plumæ plurimi fiunt: at caro eius atra est, saporis ingratiissimi, palatoque omnino insipida digestuque difficilis. Egregium hoc hypocritæ, qui ab hominibus velut immundus repudiandus est, emblema est: exterior namque eius agendi ratio laudem promeretur, plumæque virtutum fucatarum & ementiarum omnium oculis placent, at caro eius interiorque homo sordent, & insipida sunt.

Quam multos hodie, Deus clementissime, cygnos reperire est: quam multos nimirum Phariseos: quam multos religiosos albis vestitos, cygnos veste, cygnos voce imitantes: quorum tamen anima hypocritæ derurpata est! Quam multi, proh dolor! Ecclesiastici sunt, qui niuis quidam superpelliceis exterius induti incedunt, quorum corda simoniæ fuligine inquinata sunt? Quot etiã mulieres reperire est, quæ albicantes & farina infectas comas gestant, quæ tamen eas natura instar mulierum per agros & deserta euagantium (Ægyptias nominamus) nigras habent, ut corui plumas? Tot denique orbe reperitur, qui coram hominibus sanctitatem quãdam Angelicam induisse videntur, qui tamen in oculis diuinæ Maiestatis diabolis longe sunt deteriores. Hic vos velim recordari eorum, de quibus in Euangelio legimus, qui licet demones e corporibus fugarint, res futuras prædixerint, voce Angelica verbum Dei promulgauerint, tantaque in mundo fecerint, ut Seraphini quidam mortales viderentur, a Deo tamen non obstantibus miraculis condemnati, & æterno incendio traditi fuerunt. Qui frustra clamabunt: *Domine nonne in tuo nomine prophetauimus?* Erant de exteriori hi veri hypocritæ, similes iis de quibus Do-

Matth 7. Pharisei de exteriori erant soliti. *ne nonne in tuo nomine prophetauimus?* Erant de exteriori erant soliti. *minus in Euangelio dicit: Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe est à me.* qui quidem Pharisei vocem Iacob, at manus habebant Esau, ac veri hypocritæ erant: Exteriora enim tantum curabant: exteriores quasdam ablutiones & purificationes corporis spectabant, de interna ne hilum laborabant: videbant festucas in oculis aliorum, ac trabes oculis propriis insidentes ne videbant quidem. Quotidie Dei mandata transgrediebantur, & ad naturæ legem vi-

uere recubabant: & ecce hodie Apostolos reprehendunt, quod traditiones obseruari solitas non obseruent: *Quare discipulitui transgreduntur traditiones seniorum?* Ecce hic tertium concionis nostræ membrum, de operibus scilicet, idque occasione traditionum: in quo ad vos præsertim ô hæretici in eam tela dirigentur, vos inquam traditionum hostes acerrimos.

Principio igitur statuendum est, duotraditionum esse genera: alias quidem, quas Apostolicas nuncupamus, & alias, quas Ecclesiasticas. Illa sunt documenta quædam & obseruationes, circa viuendi rationem, aut doctrinam quas Apostoli ex SS. Domini ore auditas, aut Spiritus Sancti inspiratione cognitatas, scriptis non prodiderunt, sed viuo vocis oraculo Ecclesiæ suisque successoribus tradiderunt. Hæ vero sunt certa quædam doctrinæ capita, ad fidem aut vitæ rationem spectantia, quæ fideles diuturna quadam consuetudine obseruata approbarunt, ac continua serie & catenata successione in Ecclesiâ de manu in manum tradita, per multos annos inuiolate custodierunt: quæ tamen non ab ipsis Apostolis, sed ab antiquis Patribus profecta, diuturna successione ad nostra vsque tempora descenderunt: in eoque ab Apostolicis traditionibus discrepant, quod non à primis fontibus, Apostolis videlicet, neue adeo longe petita sint, sed vel à SS. Patribus, ab Ecclesiastica sanctione, vel summis denique Pontificibus, immediate originem ducant.

Ipsæ iterum Apostolicæ bifariam diuiduntur: aliæ namque meræ speculatiuæ sunt & rhetoricæ: quæ scilicet solum doctrinam & fidem spectant: ut nimirum est, scire personarum in Sacrosancta Trinitate distinctionem relatiue fieri: Virginem matrem semper virginem permaasisse: Christum Dominum eam Sacramenti Confirmationis, Ordinis, atque extremæ Vnctionis materiam instituisse, quam hodie in Ecclesiâ adhibemus: omnes hæ traditiones Apostolicæ primigenis sunt: nihil enim eorum apud Euangelistas scriptum reperitur.

Aliæ vero practicæ, & ad mores spectantes: ut paruulorum Baptisma, aquæ benedictæ vsus,

IV. Traditio- nes dicitur- ces sunt- Apostolicæ, & Ecclesiasticæ.

Traditio- nes dicitur- ces sunt- Apostolicæ, & Ecclesiasticæ.

Et usus, ipsa Sacrosanctæ Crucis adoratio, imaginum & Sanctorum cultus, tonsura clericalis, Altarium consecratio, aliæque plurimæ. Quæ omnes traditiones Apostolicæ sunt, voce in Ecclesia relicta, ac verbis tradita, nec sacris litteris expressæ.

Quomodo probe- tur tradi- tiones ef- se. Huius igitur fundamento, valida propugnacula inædificabo: mihi que credatis velim, multas traditiones Apostolicas esse, cum circa fidem, tum etiam mores, quæ in nullo scripturæ loco, nec obscure quidē expressæ leguntur. In primis, Sacra Biblia verum & sincerum verbum Dei esse: Euangelium S. Matthæi, sanctum, authenticum, & canonicum esse: quod tamen, licet nullis id scripturæ verbis declarari possit, indubitate per traditiones acceptum credimus: unde necessario fatendum est traditiones aliquas in Ecclesia esse. Deinde, quod paruuli baptizandi sint, ac sacro fonte tingendi, non vero grandiores, nullis scripturæ testimoniis ostendi potest: eum potius inde colligi queat neminem nisi credentē baptizari posse: quod in paruulis locum habere minime potest, quippe qui nondū credunt, cum tinguntur: *Quæ crediderit & baptizatus fuerit &c. nihilominus paruulos baptizari tingimus iam inde ab utero materno: & vnde hoc nisi à sacris traditionibus profectum est?*

Ecce tibi & alium ictum vehementem admodum ò traditionum hostis, quem, ne tibi traditiones esse, ad oculum demonstret, impedire nequeas. Scribit in Epistola ad Hebræos Paulus, summum in veteri lege Pontificem sanguine populi capita aspersisse: ac simul meminit lanæ & hyslopi, quorum omnium ne minima quidem in veteri Testamento reperitur mentio, licet diligenter id & accurate hæretici singula peruolurantes, quæserint. Vnde hæc igitur hausisti Paule, Ecquis hanc te cæremoniam edocuit? Traditio est, Auditores, mera traditio est. Idem Paulus in Actis Apostolorū, ait dixisse olim in vita Dominum: *Beatus est magis dare quàm accipere.* quod tamen nusquam in vllō Euangelistarum legitur: Ergo a traditione eum id accepisse dicendum est.

Quid? nihilne igitur recipere vultis, nisi quod sacris litteris aperte proditum est: cur

ergo ait Ioannes multo plura Christum & dixisse & fecisse quæ non sint scriptis tradita. Audite vero, quid Paulus Theſſalonicenſibus scribens dicat: *Stete, inquit, ac tenete, 2 Thess. 2. tradiciones, quas accepistis siue per sermonem, si. 2. Cor. 11. ue per Epistolam.* item alibi: *sicut tradidi vobis precepto, tenete.* Duobus annorum millibus homines in naturali lege degentes traditionibus vsi sunt, nullisque scriptis ea, quæ ad Dei cultum spectabant, comprehendebantur: nihil præter traditiones erat: & nouum tibi & peregrinum penitus, ne dicam inceptum, videtur, si, præter sacras scripturas, multorumq; scripta traditiones aliquas seruemus. O hypocrita! similes plane vos estis Hæretici Pharisæis: hisce traditiones quidem recipere similes non audeatis, & tamen enormes & horribiles Pharisæis, blasphemias, quibus similes nullæ vnquam audita sunt, admittere & laudare, imo credere non reformidatis; credere scilicet Deum omnium mali peccatique causam & auctorem esse Christum in cruce pendentem desperandum ad patrem clamasse: ac Virginem Deiparam à cæterarum mulierum conditione non differre.

Hæc tuta conscientia, absque vllō remorsu, admittere nō timetis, cum tamen aquam lustralem, signi crucis impressionem, benedictionemq; omnem concedere non audeatis. O Hypocrita, ò Pharisæi! Deum ore & verbis colere & honorare videmini, cor vestrum procul ab eo remotum est. Hos igitur Christiani euitate, ac velut pestem terribilissimam fugite.

Tu que Pater æternæ, qui nobis esse contulisti, qui filiam tuam vnigenitum ad nostri redemptionem in mundum descendere permisisti, quique nobis animam, qua in hoc mundo honoraremus ac seruiremus, clariguites: concede, obsecro, eam nobis gratiam, vt id sine fūco, sine simulatione, sine fictione vlla præstare possimus: da, vt cogitationes semper sanctæ sint, verba sincera, atque opera nulla contagione aut peccati macula inquinata. Denique vt & cogitationibus, & verbis, & operibus colamus, nec modo externa tibi agendi ratione instar Pharisæorum, sed interna simul honorem exhibeamus: idque tanta humilitate, fide & sancti-

sanctitate, vt quad merendi hic nobis materia extitit, id ipsum, postquam debitum tibi in terra cultum honorem & obsequium praestiterimus: in supernis domiciliis gloriae sit, nosque ad tui conspectum in aeterna beatitudine perducat. Amen.

FERIA V. POST DOMIN. III.
QUADRAGESIMAE.

Partitio.

- I. De afflictionibus.
- II. De Patri, Ecclesiastice, calibata.
- III. De sacra Petri fabricant.
- IV. De febris varia.

Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus. Luc. 4.

FIGURA.

2. Reg. 6.

STATIM vt Arca foederis a Dauide Rege a Cariathiarim in ciuitatem Ierusalem delata, in domo Obededom Leuitae collocata fuit, plurimis eum, totamque eius familiam benedictionibus & felicitatibus cumulauit: Et habitauit arca Domini in domo Obededom Gethai tribus mensibus, & benedixit Dominus Obededom, & omnem domum eius. viderur hoc mihi figura fuisse eiusce rei quam in Euangelio legimus hodierno. Cernas hic enim Arcam testamenti, sacra, inquam, Iesu Christi humanitatem, Arcam Noe, quae nos omnes a damnationis diluuii tutata est: Arcam illam foederis & reconciliationis, per quam Patri eterno reconciliari, in gratiam redimus: veram denique Arcam; quae quamprimum vt domum Petri, non quidem Leuitae, sed Leuitarum, Sacerdotum & Apostolorum Principis intravit: eam benedictionibus, fauoribus; gratiis, miraculisque compleuit. Enucleatius rem explicabo, postquam sanctum Pneuma inuocauerimus, ac Nympham illam Deiparam, cum Paranympho Gabriele salutauerimus. Simul igitur in genua prouoluti recitemus:

AUE MARIA.

Consul ille vigilantissimus, ac reipub. studiosissimus Quintus Metellus, cui parem Dicitur Roma vix habuit: cum Carthago a Scipione Metello expugnata ac deuicta diceretur, omnisque idcirco populus gaudio ac laetitia effertur: in pleno senatu nescire sese dixit, plus boni an detrimenti urbis illius excidium reipub. Romanae esset allaturum: quonia vt pacem restituendo profuisset: ita Annibalem submouendo nonnihil obfuisse. Video quidem, ait, per infidam huius urbis cineres & ruinam, nobis pacem ac rerum tranquillitatem partum iri: verum simul vereor, ne tam exercitato & indomito milite, Annibale scilicet, ac tam acri armulo liberata, iuuentus nostra torpeat otio, ac deliciis indormiens in somnum resoluatur: eo namque sublato, qui iuuenturem in armis exercebat, bellis, tubarum clangoribus, laboribusque subeundis assuescebant ac populi Rom. virtutem excitabat, fore auguror, eorum virtus & fortitudo otio ac voluptatibus reddita torpidior, deferueat & consenescat.

Eiusdem omnino opinionis fuit & Appianus Claudius, magnae quoque auctoritatis vir: cum plus emolumentum ac splendoris Senatui populoque Rom. bellis quam pace & rerum tranquillitate diceret accedere: otium namque quam negotium melius ei committi, ac potentia imperia agitatione rerum, ad virtutem capessendam excitari, nimia quiete in desidia resolui. Id ipsum mihi post Romanos hoc dicere liceat: tribulationum scilicet incendia, ac molestiarum turbines magis ad animae salutem, quam Zephyros prosperitatum, aurasque deliciarum conferre, quod liquido Deus olim ostendit, cum filiorum Israel hostes numquam radicitus voluit euellere: sed semper eis aliquos rebelles ac seditiosos reliquerit, qui bellum mouerent, eorumque virtutem ac robur semper praeliando exercerent: vt in Pentateucho ac Mosis libris saepius videre est.

Docet nos id ipsum & natura cum mundi machinam eiusque generationes nonnisi bellis & dissensionibus, quae inter ipsa elementa perpetuo sunt, videmus subsistere: adeo vt si vel minimo temporis spatio cu se mutuo in gratiam redirent, omnia quae hic habemus aut vide-

scasio mī
di machi-
nam con-
feruat.
Hsal. 118.
Hoc vero non nisi de seipso dixit David:
videmus pessum irent: ac frigida miscerentur
calidis, humentia siccis, vnde nō nisi ingens
confusionis chaos esset emerfurū. Quo reuera
edocemur, animam sine tribulationum, quas
Deus ei interdum immittit, impetu non posse
subsistere: sed nihil illi aut vtilius aut
commodius accidere posse. Hinc propheta regius:
B. num quia humiliasti me, quod Auguſt. vertit: Quia tribulaſti me.

Plal. 89.
Tribulationum
vultus.
Paulus quoque Apostolus vas illud electionis
singulari quadam ratione id insinuauit.
Deoque immensas egit gratias, quod sibi
Angelum satanæ dederit, qui perpetuo colaphos
ei impingeret, & hac ratione impediret, ne
forte propter reuelationes, quas interdum ei
Dominus immittebat, factus elatior, ab
humilitatis tramite defleſſeretur:

2. Cor. 12.
Ne magnitudo reuelationum exsollet me, datus est mihi stimulus carnis mee Angelus satanæ, qui me colaphizat. Perinde est ac si dicere
voluisset, inquit Ambrosius. Quoniam ad tertium
vsque cælum sublatus sum, & ad usque paradisi
interiora admissus; vbi vidi arcana, quæ non
licet homini loqui: ne forte tantæ prosperitatis
recordatio me insolentem reddat, aut arrogantem:
Angelus tribulationis mihi datus est, qui me
humiliet, affligat, ac tantum deiciat, quantum
me forsitan sustollere cuperem.

Allegoriz.
Quemadmodum aquæ diluuij post multas
tempestates & procellas, tandem arcam
Noc in montibus Armeniæ collocarunt: adeo
vt quo aquæ magis intumescerent, eo arca
nubibus redderetur vicinior: factum est
diluuium quadraginta diebus super terram &
multiplicata sunt aquæ, & eleuauerunt arcam
in sublime à terra. Ad eundem modum & aquæ
tribulationum, quæ post plurimos toleratos
labores & molestias, animas tandem in
montibus cælestibus sistunt: quo enim
erebrius & frequentius insurgunt, quo &
animæ propius ad cælestem gloriam accedunt.
Quam sublime, illæ Iob verum patientiæ
exemplar euexerunt: duplo sane sublimius,
quam eius opes & facultates erant.

Omnia reddita sunt illi dulcicia. Exclamem igitur,
& vere quidem, sanctas tribulationes, ac vere
diutinas afflictiones! vos namque peccatorum
nostrorum virgæ & flagra estis, vos examina
patientiæ, pietatis fomenta, vos vera prædestinationis
indicia. Vos denique estis, per quas merita
nostra exereſcunt, & nimium quantum augentur.

Scribitur in Euangelio: *simile est regnum cælorum
fermento, quod accepit mulier ab-ſcondit in farina
ſatis tribus.* quod cum attentius mecum ipse
voluo, tribulationes verum hoc fermentum esse
comperio, quæ natura quidem acerbæ sunt, tres
tamen maſſas faciunt fermentescere & augeri:
caſtigant nimium peccata, examinant patientiam,
ac meritis augmentum tribuunt. an non hæc
tria farina lata esse videntur?

Docent Philosophi quandam in rebus, quæ ab alio
quid patiuntur, reactionem inueniri: adeo vt
quantum agens natura eas destruere & perdere
moliatur, tantum illæ vicissim ac reciproce
contra agant ad naturam suam conseruandam.

Hoc apertissime in anima locum habet: nam
pro mensura qua tribulationes & afflictiones
perferit, patientiam & meritum pro reactione
opposita habet: ita vt patiendū promereatur,
& promerendo simul patiatur. O vere egregiam
reactionem!

Conſolamini igitur qui molestiis variis obruimini,
& afflictionibus vndique expoſiti viuitis:
conſolamini inquam qui tribulamini, & iniurias
æquo animo toleratis: & hoc animis vestris
penitus infixum hæreat, plus vobis patiendū,
quam bene agendū meritorum accedere.
Insolens hoc & nouum cuiquam videatur,
quod tamen ita sese habere certo certius est.
Ipsæ namque Domini Ieſu Christi actiones,
opera admirabilia quidem fuisse, at si cum
passione eius suppetant, & cruciatibus quos
pertulit, eadem compensamus, longis hæc
interuallis operum merita antecedent.
Admiramini eius ieiunia, labores, miracula,
Euangelizandi ardorem obſtupescite, per me
quidem liceat: at si passionem eius cõtemplemini,
nihil in ea quod non summam admirationem
mereatur, reperietis.

Præclarus
cõceptus.
Mar. 13.

Datur reactio
in patiente.

Plus Patiendū
quā agendū
promeremur.

Sufficit

Non est mirandum si Deus dilectis suis tribulationes immittat.

Solus Petrus inter Apostolos matrimonio iunctus fuit.

Tertul. lib. de Monogamia.

Matt. 3.

Suffragatur mihi hic Paulus Apostol. qui non tam actiones quam passiones, nec iniuria, ponderat: *Non sunt, inquit, condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam.* Non dicit, *actiones sed passiones* quod has maioris esse momenti existimaret. Ne igitur nouum vobis, o anima, videtur, si Deus interdum dilectis, sibiq; carissimis grauissimas ærumnas, diurnos morbos, ac tribulationes affidas: persecutionem Iobo, cæcitatem Tobia; tempestatem Apostolis, mortem Lazaro, & in hodierno Euangelio febrem Petri focui immittat. De colectione Euangelii hodierna die agit: *Surgens Iesus de synagoga, intravit in domum Simonis: socrus autem Petri tenebatur magnis febribus, &c.* De agra hac ac febriente femina non nihil loqui mihi hodie est animus, ac deinde morbum eius ac febres examinabimus.

Principio igitur, cum de femina hac loqui incipimus, aduertere licet, Petrum matrimonium aliquando iniisse. Docuit hoc ante magnus ille Afer Tertullianus cum ait: *Petrum solum inuenio maritum propter socrum.* Tu vero hostis Ecclesiæ, castitatis, eiusque ministrorum oppuginator, hic pedem noli figere, procedendum est ulterius: nullum hoc namq; cælibatui sacerdotali præiudicium affert. Petrus matrimonio iunctus fuit, fateor. fateor & mecum ipsum Euangelium, sed antequam in Apostolum cooparetur: at quando ad tam sublimem honoris apicem subuectus fuit diuortium cum vxore fecit, ac mutuo consensu copula illa conjugalis dissoluta est. Id namque ipse me cogit credere, qui aperte in Euangelio confessus est. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te* Cum ais, *omnia*, Petre, sine vlla exceptione, etiam coniugem tuam comprehendis, nisi enim hanc simul comprehendas, inani teratione efferas, ac non sine aliqua mendacij admixtione.

Permisit quidem fateor, olim Ecclesiæ, propter exiguum fidelium numerum, vt etiam coniugati sacris Ordinibus initiarentur: non vero vt post ordines iam susceptos aliquis coniugium iniret: nec vt Sacerdotes, olim coniugati, sacris Ordinibus iam susceptis, cum vxoribus suis commorarentur.

O igitur sacrosanctum cælibatum, o vere angelicam continentiam.

Ipsi quoque Græci; licet schismatici, tanto honore Sacerdotium prosequuntur, vt prius coniugium ineant, quam sacros Ordines suscipiant: quibus susceptis, si eorum coniuges hinc morte discedere contingat, matrimonium iterare nefas ducunt, sed perpetuam deinde continentiam seruare tenentur. Sexcentas è sacris litteris figuras, quibus cælibatum designatum putem, queam producere. Sed hæc pauca quas afferam, sufficiant.

Primus in lege naturæ Sacerdos Abel, nunquam matrimonium legitur contraxisse: alius quoque Sacerdos, non minus celebris Melchisedech, semper virgo & cælebs vixit: Christus Dominus, Princeps Sacerdotum, etiam Princeps virginum & cælibum esse, & è Matre virgine nasci voluit, quin & vndecim Apostolos omnes virgines sibi segregauit. S. etiam Paulus nunquam matrimonio voluit copulari, quod ipse de se aperte confitetur: *Volo autem omnes esse sicut me ipsum, dico autem innuptis & viduis, bonum est illis si sic permanerint, sicut & ego.*

Sacerdotes quoque in lege veteri, teste D. Hieronymo: qui non nisi boues & oves Deo in sacrificium mactandas tractabant, adeo munditiam & puritatem colebant, vt si quando sacrificium Deo offerendum esset, non modo domi suæ non manerent, sed ab vxoribus ad tempus remoti, multis ante diebus rigida corpus suum emacerarent inedia, viam & siceram non gustantes. Quamam igitur Sacerdotum Euangelicorum, ac nouæ legis puritas esse debet, qui iam non animalia & bestias, sed Filium Dei vnigenitum, ac Virginis primogenitum manibus immolant: qui Iesu pretiosum Christi corpus quotidie contrectant, offerunt, & Anne illis de mulieribus loquendum est: nemo igitur alienum à ratione esse iudicet, si cælibatum seruent, si coniugio abstineant. Quemadmodum enim vas, in quo manna custodiebatur, aureum fuit: ita & anima Sacerdotalis, quæ aptissimum vas est, in quo cæleste illud manna, corpus, inquam, Iesu Christi, custodiatur & excipiatur,

Apud Græcos Sacerdotes prius matrimonium contrahunt ordinem suscipiunt

Gen. 4. Gen. 4.

1. Cor.

Hieronymus

Figura

Hebr. 9.

piatur, puritate, castitate & continentia, in-
star auri, debet enitere.

Cautum erat apud veteres illos Roma-
nos, disciplinae militaris observantissimos,
ne quae foeminae, ne vxores quidem, castra
sequeretur. Atq; hinc forsitan accidit, quod
duo summi Imperatores, Darius & Anto-
nius, qui foeminas ad bellum secum proficisci
permiserunt; castris exuti sunt, ac cum toto
exercitu profligati, hic ab Augusto; ille ab
Alexandro Macedone Refert quoque Vale-
rius Maximus Scipionem Africanum in ob-
sidio Numantiae bis mille meretrices castris
Romanorum expulisse: unde Isidorus ait ca-
stra, quasi casta, a castrando nomen acce-
pisse.

Et quis ignorat, Ecclesiam etiam aciem
& dici, & esse: de qua dicitur, *Terribilis ut
castrorum acies ordinata*: cuius duces ipsi sunt
Sacerdotes. Quod igitur olim Romani in
militia sua & castris verabant, id lex Evan-
gelica in acie Iesu Christi, militibus, ac prae-
sertim Sacerdotibus, prohibet. Accedere huc
michi visus est, ac respexisse D. Paulus, cum
ait: *Nemo militans Deo implicet se negotiis
saecularibus*: nemo Ecclesiasticus qui sub
vexillo Iesu Christi meretur, mundi negotia
assumat, ante omnia autem conu-
bio abstineat.

Rogabat olim Ciceronem Hircius, ut re-
pudiata Terentia sororem suam educeret:
cui ille: *Qui possem, Hirci, simul & rei vxoriae
& Philosophicae operam dare?* Longe e-
quidem maiori cum ratione id ipsum mo-
dernis haereticis respondebo, contendenti-
bus semper ut Sacerdotes nostri vxores du-
cant, ac filios procreent: fieri nequaquam
posse, ut & vxorum suarum & Ecclesiae Chri-
sti curam gerant.

Cum milites olim nomina militiae darent,
ac Sacramento sese obstringerent militari,
proposita sibi disciplina castrensis, ac simul
legibus, quibus foeminas secum ad militiam
ducere verabantur: latrabundi & gaudentes
patria exeuntes dicebant:

Castrapeto, valeat q, Venus valeant q, puella.

Id ipsum vos, o Sacerdotes, vos Ecclesia-
stici, dicere par est. Cum ergo iam sacrae huic
militiae, Ordinibus scilicet sacris, nomina

Tom. 1. Bessis Quadrage.

dedistis, foeminis valedicite, matrimonia re-
iicite, & ad vnicam continentiam castita-
temq; aspirate. Haec igitur de Sacerdotum
caelibatu dicta sufficiant; quorum mentio-
nem Petri nos matrimonium facere coegit.

Redeamus iam ad propositum, ac videamus,
ecquae sit illa Petri focrus quanam illa
febricitans foemina. Per illam itaque, Audi-
tores, miseram naturam humanam, quae Ec-
clesiae quodammodo mater est, optime de-
signari credo. Cum enim Ecclesia e fidelibus
constet, qui ab humana hac natura origine
ducunt, ac S. Apostolus Petrus Ecclesiam sibi
veluti sponsam desponderit, quae eius quo-
dammodo filia est; facile inde colligi potest,
naturam humanam per Petri focrum desi-
gnari. Laborabat, proh dolor, misera illa fo-
cрус, iam a longo tempore multis cruciata
febris, lentis, violentis, contagiosis, ac de-
niq; leralibus. Daemone illa parebat, eique
subdita erat, aeternae damnationi mancipa-
ta, filia irae, macipium peccati, vndiq; extre-
mis aeternis conflictata. Hem quanam febres!
Tam violentos ac vehemens interea februm
paroxifmos habuit, ut saepenumero parum
naturae abfuerit, quin expiraret. Deum immorta-
lem! quam aegra & affecta decumbit; quam
vehementer laborat; quantum sudat, eniti-
tur, quam male habet ipso diluuij tempore?
Quam ve- hemens naturae humanae
febris tem-
pore dilu-
uii.

quolnam & quot tunc illa dies criticos ha-
buit? quadraginta siquidem dierum spatio,
noctu & interdiu, singulis momentis, ac si-
ne vlla cessatione, tum luctatur.

Magnus profecto ac vehemens, fateor,
fuit ille tuus paroxifmus, Domine Iesu, quem
in horto Oliuarum passus es: cum scilicet
peccatorum nostrorum grauitate ac cru-
ciatibus, qui tibi in ipsa passionis serie pro ijs
eludendis subeundi erant, ante oculos con-
stitutis, tanto intrinsecus affectu, & dolore
commotus es; ut sanguinem simul & aquam
exsudares: verum id horae vnus ad summum
duarum spatio peractum est. At misera illa
febricitans natura, quadraginta ipsis diebus
ac noctibus continuo sine vlla respiratione,
acerbissimo febris accessu diuexata est: *Et
tumque est diluuium, quadraginta diebus super
terram, et multiplicata sunt aqua.* Hem quaenam
crisis?

III.

Per focrum
Petri hu-
mana na-
tura intel-
ligitur.

Quam ve-
hemens
naturae
humanae
febris tem-
pore dilu-
uii.

Gen. 7.

Matt. 27.

Dolores & cruciatus vehemens quos natura humana per-
tulit.

Psal. 136.

Gen. 19.

4. Reg. 1.

3. Reg. 17.

Luc. 2.

Isai. 8.

Psal. 50.

Omnes
modos

Vix sudores hi, & iuxta præter modum
graves præterierant, quin ecce noui eam
rursus dolores in Ægypto sub Pharaone,
quadringerorum annorum spatio dixe-
rant. Extremi iterum cruciatus in capti-
uitate Babylonica sexaginta ipsis accesse-
runt annis; quibus miscella ita afficiebatur,
vt perpetuo steru miseram suam sortem de-
ploraret: *Super flumina Babylonis illic sedi-
mus & fluiimus.* Calore quoque continuo
exaltuat. quos enim ignes, quosnã ardores
in conflagratione illa Gomorrhæa, quænam
incendia tempore Eliæ cum calitus ignis
descenderet, sustinuit? Hem quamã sitim?
quãnam alterationem? cum trium annorum
& medij spatio pluuia celo non cecidit? quã
grauiter quoque in deserto laborauit? nisi e-
nim è petra aquã Moses elicuisset, tota pro-
culdubio interisset; audi eius querelas: *Da
nobis aquam vt bibamus, cur fecisti nos exire de
Ægypto, vt occideres nos & liberos nostros, ac
iumenta sui?*

Miseratus aliquando miseræ illius Hæ-
morrhœis, quæ iam duodecim annis flu-
xum sanguinis passa, omnem suam substan-
tiam, & quidem frustra, in medicos erogau-
erat. Sed quanto magis deploranda, in-
felicis huius locus fortuna, quæ quinque
millium annorum spatio peccati originalis
febri semper laborauerat, febri, inquam,
adeo pestilenti, vt ad totum omnino mun-
dum eius tabes & contagio permaneret: fe-
bri quæ sexcentos sudores, sexcentos dolo-
res, sexcenta paroxysmorum genera excita-
rat: exilium scilicet, mentis cæcitatem, vo-
luntatis deprauationem, concupiscentiæ in-
firmitatem, sexcentas ærumnas, mortem,
damnationem, ac millies denique millena
morborum genera. Quam vere de hac ægra
natura dici poterat illud Propheta? *A planta
peccati usque ad verticem non est in ea sanitas:*
iam inde siquidem ab Adam vsque ad vlti-
mum posteritatis surculum omnia conta-
gione, & morbo deprauata sunt, vnde non
immerito vates ille & rex Dauid originalem
hanc infirmitatem deplorat. *Et in peccatis
concepti me mater mea.*

Consumperat miscella hæc omnem suam
substantiam, sanitatis recuperandæ ergo,

omnes artes adhibuerat, omnemque mo-
uerat lapidem, vt morbo hoc posset libera-
ri. Tot experta fuerat balnea, tot ablutio-
nes modo natans in mari Rubro, modo Ior-
dani seclè immergendo, modo tot se victi-
marum, factificiorum & holocaustorum
sanguine lauando: sed omnia frustra. At
cum nec hac ratione sanitati locus esset,
dixit opus esse videbatur; quam rigidam
admodum sustinuit, septem scilicet anno-
rum famem in Ægypto: allam magis tem-
peratam in deserto, quam sibi ipsi Moses in-
dixit, quadraginta scilicet dierum, allam
item totidem dierum, quam Elias vltro as-
sumpsit; & hæc quidem frustra. Adhiben-
tur cautæria, ferramenta, aliaque diuersi
generis remedia, quæ Chirurgia suggererat.
Venit deinde spiritus exterminans, magnus
quidam artifex, & peritus, in vanum o-
mnia. O pertinacem morbum! Murat æ-
ger colum, egreditur Ægypto, quadragin-
ta annis in deserto Sinai commoratur, iua-
uissimo reficitur cibo ac iucundissimo, man-
na cœlesti, omnem ambrosiam superante:
hinc in terram promissionis descendit. Non
ideo tamen reliquit eum febris, sed pertinaci-
ter ei adhærescit.

Quid iam tibi faciendum restat, ô mise-
ra; ô afflicta? Inquire adhuc remedia, con-
sule omnes peritos, ac vide, quid de hac tua
ægritudine iudicaturi sint. Quor non illa
medicos consulaerat, Deus bone? Consu-
luerat nimirum Patriarchas, Prophetas, Re-
ges, atque omnes omnino mortales, imo
vero & Angelos. Hinc in persona afflicti
Iob clamabat: *Miseremini mei saltem vos a-
micis mei, quia manus Domini tetigit me.* ami-
côs hic vocat Angelos, atque ita Patres om-
nes vnanimiter exponunt. Erat, erat ipsa,
quæ iam in extremis constituta, ac morti
proxima, per Dauidis os loquebatur: *Osten-
de nobis Domine misericordiam tuam.* adiu-
ua me, & ab hoc me morbo libera; nihilo-
minus tamen oleum & operam perdidit; ac
perfanari non potuit, donec ipsa Dei ver-
bum produxit, quod hodie generi domum
accedens, omnem penitus ab ea morbum
abstulit.

Designauit hoc nobis in Apocalypsi sua
Ioan-

Ioannes, cum nobis sceminam duodecim stellis coronatam, & in partus doloribus constitutam describit: *Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim: & in utero habens, & clamabat parturiens, & cruciabatur ut pariat.* Exprimatur hoc emblemate, Auditores, misera natura humana, quæ ex duodecim Patriarchis, duodecim Tribubus, aut duodecim, si malueritis, Apostolis grauida, cum Messiam hunc eniti & parere vellet, clamabat, gemit, & continuis cælum precibus fatigabat. Sed sumite iam animos, ægri, amplius nolite ingemiscere, consolamini in ægitudine vestra: ecce exoptatus aduenit medicus, summus ille artifex ac peritissimus chirurgus descendit, qui omnem languorem quamprimum depellet. Vnde August. *Tunc magnus de cælo medicus venit, quando magnus in terris iacebat agrotus.*

Quid sit domus Petri. Quamprimum igitur ut verbum Dei in hunc mundum venit, & è virgine natum est, ac Petri domum intravit; misera illa focrus, misera, inquam, hominum natura, persanata fuit. Sed quænam est, obsecro, felix illa domus, domus illa fortunata, quæ Dei filium hospitio meruit suscipere? Anne forsitan erit gloriosa virgo & mater Maria, in qua & apud quam nouem mensibus Dominus diuertit: quæ domus illa regia est, domus illa sancta. Vadimonium hic mihi præstat Dauid Propheta dicens: *Domum tuam Domine decet sanctitudo in longitudinem dierum.* An vero nostra humanitas est, de qua dictum est: *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis;* nostra scilicet humanitate. Et triginta tribus quidem annis Verbum Patris, hoc in mundo nobiscum cõuersatum est, in altero semper, & in perpetuum nobiscum commoraturum: quod enim semel assumpsit, nunquam dimisit.

Domus egregia est mundus. Quid etiam verat, quo minus domum hanc mundum esse dicamus? Næ mundus domus est, & quidem amplissima. Montes namque eius, muri sunt; maria, aquæ ambientes; cæli, ipsi fornices, poli, bases ac fulcra; terra, pauimentum, quatuor elementa, arria inferiora; nouem sphaeræ cælestes, nouem diuersa habitacula in superioribus constitu-

ta. Sol & Luna hic sunt velut fenestrarum commissuræ; stellæ loco fenestrarum; Oriens, Occidens, Septentrio, & Meridies, quatuor late patentium portarum. An non igitur mundus domus est? an non in eadem Dominus commoratus est, an nõ in eadem & mortuus, in eadem etiam sepultus? bene quidem hæc. An non sunt hæc omnis domus illa, in quam hodie Redemptor noster diuertit? Ecclesia igitur est domus, quam fundauit, & incoluit; quamque ipse domus aliquando nomine insigniuit: *Domus mea domus orationis vocabitur.* In hac domo facta sunt miracula, in hac, piscina & Iordanis sunt, in quibus paralytici curantur: in sola hac Sacramenta reperire est: denique in hac eadem domo, Petri focrus, depulsis febribus, sanitati restituta est.

IV. Secundum hoc est concionis hodiernæ membrum: *Tenebatur magnus febribus.* Quid febres has aliud denotare putatis, Auditores, nisi peccata? quot enim peccatis anima grauata est, tot sese febribus putet distineri. Diuersa febrium genera medici constituunt: febres scilicet quotidianas, tertianas, quartanas, continuas, hecticas, quin & febres pestilentes. Febris quotidiana, gula est qua laborauit diues epulo; qua & deinde mortuus est. Vehementer hæc febris primū parentem Adam, quamprimum ut creatus, in paradiso à Deo fuit constitutus, inuasit: in quam non alia de causa incidit, quam quod erudum nimis ac nondum maturum pomum comedisset. Quia & pilosus Esau grauitè eadem laborauit, cum propter vile pulmentum & lentis edulium primogenita sua diuendidit. Hac febre interit Sodoma, perit Gomorrha, ac circumiacentes ciuitates hac eadem extinctæ sunt. Vnde Ezechiel vates: *Hac fuit iniquitas Sodoma, superbia, saturitas panis, & osium eius & filiarum eius.* Cæterum sicuti quotidiana illa febris facile in aliam mutatur; ita quoque gula facillime in libidinem & Venerem conuertitur; ac facilis ab vna in alteram transitus est. Loth vino obrutus statim incestum passus est. Turpitudinem suam Noë, quam sexcentis annis semper texerat, ebrius ac temulentus detexit. Quin & quod longe grauius,

Matth. 23.

Quoruplices febres sint secundum medicos.

Quotidiana febris gula est.

Luc. 16. Gen. 3.

Gen. 25.

Gen. 19. Ezech. 16.

Gen. 20.

Gen. 3.

Psal. 72.

sepenumero è gula in idololatriam deuoluimur: testes mihi sunt filii Israël, de quibus scribitur: *Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum.* Quam grauius igitur vos Hæretici, qui sacro Quadragesimæ tempore sine vilo respectu carnibus vescimini, & vos helluones & lurcones, qui indicta ab Ecclesia ieiuniorum tempora non seruatis, hac febris discruciamini?

Tertiana febris inconstans denotat.

Tertiana febris, quæ non continuo vrit, sed alternis diebus redire consuevit, inconstantes repræsentat: qui hodie quidem bona facere proponunt, & cras propositi oblitii, ad priorem viuendi rationem reuertuntur. Hi sunt *arundines vento agitata.* Huiusmodi febris laborauit Pharaonem Achab; ille populum Israël à seruitute liberare cupiens, ac nunquam dimittens; hic vero hodie sese coram Domino deiciens, & crastino die ad priora scelera & iniquitates reuertens.

Matth. 11. Exod. 9.

Quartana febris luxuria uerecunda designatur.

Quid vero quartana uobis significare uideatur? aliud sane nihil, quam luxuriam, & voluptatem carnis: prima namque dies eius, ipsa est cogitatio & suggestio; secunda, delectatio; tertia, consensus; ac quarta, ipsa operis prauis executio. Quam multi, proh dolor, hac febris laborauerunt? Non dico hic Magdalenam, taceo Samaritanam, prætereo mulierem illam in adulterio deprehensam. Eadem & Dauidem inuasit; ac multo uolentius Herodem Herodiadis amasium; septem Saræ mariti eadem subito extincti sunt: duo senes illi adulteri Susannam constuprare molientes, misere eadem perierunt. Febris hæc quartana omnium grauissima est; quippe quæ diuini seculi durare soleat, & ægerime recedat, teste Galeno lib. 2. de diff. feb. cap. 50.

Continua febris auaritia repræsentat.

Quid porro de continua febris dicemus, aut cuius peccato eam assimilabimus? auaritia potissimum illa uidetur conferenda. Nam cum aliæ febres per temporum intervalla hominem inuadere soleant, hæc, ut aspidius & indiuisus comes, semper ei adhærescit non enim adulter aut luxuriosus semper adulterium, vel actum Veneris reipsa committit, nec lurcones semper manum, semper licet animum, in patinis habent; at auaritia continua febris est, nulla non diei hora,

noctu & interdium, & ubique locorum, ac nullo non temporis momento, animas cruciat. Diues ille, de quo in Euangelio, semper in anxietate versabatur; semper sollicitus & anxius erat, dicens: *Quid faciam? destruat horrea mea:* cuius sollicitudo & febris cum non quiesceret, audiuit tandem: *Stulte, hac nocte reuertentur animam tuam à te. & hæc quæ parasti, cuius erunt?* Hac eadem febris ita Iudas exastuauit, ut præ molestia dormire non posset: an non vidimus eum in tempesta nocte cum cohortibus & militibus hortum intrantem, triginta denarios ut lucrifaceret? Sane totus, mihi credite, orbis hac febris infectus est.

Per lentam febrem ipsi iam scitis desidiam & socordiam designari. Hac febris tenebatur illi, quibus vineæ Dominus in Euangelio ait: *Quia hic statim tota die otiosi?* Eadem etiam laborauerunt filia Sodomæ & Gomorrhæ: quæ & interdum adeo in miseros mortales æuiuit, ut vrbes integras ac regna florentissima extinxerit; vnde Poëta:

*Oium reges, prius & beatas:
Perdidit vrbes.*

Sunt vero & alia febrium genera, pestilentes scilicet & contagiosa: ipsa nimirum hæreses, quæ tam difficile curantur, ut multa animarum millia ab eadem potius fuerint extincta. O perniciosas & damnosas febres! Vos vero miseri, qui ab illis torquemini, ad domum Petri diuertite, ad Ecclesiam properate; in ea namque verus medicus reperitur, in ea omnia febrium genera sanantur: Quamobrem ea vos conferte, si sanitati restitui vultis.

Tuque ô cælestis medice, qui tot febricitantes sanasti, tot morborum genera curasti: tu, inquam, qui leprosos mundasti, claudos ambulare fecisti, energumenos à spiritibus immundis liberaisti, paralyticos consolidaisti, mortuos ad vitam reuocasti: tu qui hodierna die ad domum Simonis diuertens eius soerum grauius febricitantem nouo sane miraculo sanitati pristina restituiisti: tu qui summus medicus es, ac medicorum summus, nobis quoque eadem infirmitate laborantibus propitius succurre. Exastuat quippe anima innumeris febribus, ac misere affligitur: modo

modo gula, modo luxuria, & vt plurimum auaritia & fœcordia: tu vero omnes hæc, si modo velis potes auferre, & violentiam earum infringere, ac molestias tollere. Et quemadmodum pia hæc tibi mulier sanitate recuperata, lecto surgens, sedulo ministravit, ita quoque, benignissime medice, eandem à te adepti gratiam, vitiorum lecto, à febribus his liberati, surgentes, omnem tibi vitam impendemus quo dignum hic nomini tuo obsequium & cultum, in cœlis vero laudem & gloriam exhibere possumus. AMEN.

FERIA VI. POST DOMIN. III. QVADRAGESIMÆ.

Partitio:

- I. De gratia præueniente.
- II. De Iesu fatigato.
- III. De petente Iesu bibere.
- IV. De causatione Samaritana.

Venit Iesus in ciuitatem Samaria, qua dicitur Sichar. Ioan. 4.

FIGVRA.

Gen. 29. Cvm olim Rachel pecora adæquatura ad puteum venisset, forte fortuna, nihilque minus cogitans, Iacob ibidem obuim habuit; qui cum se consobrinum eius esse diceret, ei osculum dedit; simulque futuri matrimonij fundamentum posuit. Cum oculos in Euangelium hodiernum conicio; similem plane illic historiam reperio. Video namque in eo Samaritanam fœminam, quæ aquam haustura, circa puteum, verum Iacob Iesum Christum, nec opinata offendit: qui cum se Messiam esse demonstraret, multis vltro citroque sermonibus habitis, ad spirituale cum ea matrimonium ineandum, eamque à peccatorum sordibus expurgandam, viam præparat. Res ipsa & materia iucunda est; ac benigna: quam vt pro dignitate deducere possumus, cœlestem opem, B. Virginis intercessione implorabimus, dicentes:

Ave MARIA.

Non iniuria mihi Theologi, Auditores I. ornatisimi, cum de peccatorum iustificatio- ne, deque gratiis cœlestibus, quæ eam præueni- gnunt, disputant, de gratia quadam præueni- ueniente, vt nuncupant, mentionem facere videntur. Quam hoc potissimum nomine appellare conueniunt; quod opera nostra eadem præcedere; ac quodammodo præcurrere videatur: illa namque nos nihil minus cogitantes excitat & incitat, in vitiis nostris sepultos, ac veluti lethargo oppressos expergeficit; atque omnia denique merita præuenire conueniunt.

Sexcentis illam locis in sacris litteris expressam habemus; ac euidentissime in mirabili illa Pauli Apostoli conversione, de qua legimus: *Saulus adhuc spirans minarum & cœcis in discipulos Domini, accessit ad Principes Sacerdotum, &c.* & mox mutato stylo, subito circumfulsit eum lux de cœlo. Quid porro lux isthæc aliud, quam gratiam præuenientem designabat, quæ nos per vitiorum abrupta abreptos circumfulget, densam oculis caliginem inducit, & cæcutientes in terram prosternit? Illa scilicet lux est, quam olim vates Regius à Deo postulabat: *Emitte lucem tuam & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum.* Psal. 43.

Tres illi Orientales Magi, cum inde ab extremis auroræ partibus Messiam natum quibus adoraturi, in Iudæam descenderent, stellam gratia ducē itineris habuere, *Stella antecedebat eos.* Lucidum illud iubar, ac micans sidus, aliud nihil quam gratiam præuenientem denotabat: quæ inftar astri lucidissimi opera nostra semper antecedit, nosque ad Deum in Ecclesia adorandum conducit. *Matth. 2.*

Tres piz matronæ, post Domini passionem, Hierosolymis cum aromatibus, vt vngerent sepulcrum, egressæ sunt: sed notat Euangelista, *id orto iam sole corrigisse.* Per egressionem & profectionem piarum illarum fœminarum, peccatorum iustificatio exprimitur; qui post passionem, post peccatum nempe iam commissum, vbi Christus, vt Apostolus ait, iterum crucifixus est, Ierosolymis, id est, peccatis, aromatibus doloris, tristitiæ, contritionis, ac de peccatis

pœnitentiæ onustis, egrediuntur, & Christum cum his Mariis quærunt & inuestigat: verum id orto iam solè gratiæ præuenientis, sine qua è peccatorum suorum vallo & muris egredi vix possent. Credite Psalmistæ dicentis: *Vanum est vobis ante lucem surgere, surgite postquam sederitis, qui manucaui panem doloris.* Ac si diceret, frustra conantur homines è Cymmeriis peccati tenebris emergere, si nondum lucidus ille gratiæ sol surrexerit, ac radios emisit. Reuocare quæso in memoriam, quomodo Angeli Sodomam venerint, ac mecum perpendite monita, quæ Lotho eiusq; generis dedere: *Surgite & egredimini de loco isto, quia delebit Dominus ciuitatem hanc.* Quid Angelos illos significare arbitramini, nisi diuinas inspirationes, & gratias præuenientes, quæ Deus peccatoribus elargiri solet, vt eos è peccato, quod per Sodomam denotatur, educat, inclinenter cōscientiæ auribus inclamans; *surgite, scilicet è peccatis, & egredimini de loco isto, loco adeo periculoso, & ad montem pœnitentiæ, in quo saluemini, confugite.*

Statim vt Dauid duo illa horrenda peccata commisit, adulterium nimirum & homicidium, accessit cum Nathan Propheta, eiq; peccati grauitatem aperit, lacrymas doloris excutit, & ad pœnitentiam agendam inuitat. O Nathan, præterquam quod Prophetam te esse agnoscam, simul gratiam præuenientem denotas, quæ statim vt deliquimus, nos accedit, nobisque oculos aperit, vt peccati fœditate perspecta, eiusque animis odio indito, ad pœnitentiam faciendam prouocemur. Deluntne igitur figuræ, quibus quid gratiæ præueniens sit, & quomodo semper opera ac merita præueniat, & antecedit explicemus.

At nihil est meo quidem iudicio, quod magis illam ob oculos ponat, quam Euangelij hodierni historia, in qua non ipsam gratiam, sed omnis gratiæ auctorem; non aliquam stellam, sed solem ipsum; non aliquem Angelorum, sed ipsum reuera Deum; non Prophetam, sed Christum, Regem ac Prophetarum omnium Regem; fœminam, fœminam inquam peccatrice, & Samaritanam videmus præuenire, conuertere, eamque in-

ducere, vt hydria peccatorum relicta, in Sichem ciuitatem velut in locum pœnitentiæ se recipiat, ibiq; laudes eius deprædicet. Historiam autem aggrediamur; *Jesus autem fatigatus ex itinere sedebat sic super fontem.*

Scribit ecce Ioannes Euāgelista, Redemptorem Samaritanam hanc, quæ non vsque adeo probatæ vitæ erat, sed adulterio inquinata quæque iam quinque maritis iuncta fuerat, ac modo in alterius lenocinio vivebat, conuertere volentem, Sichem Samariæ metropolim, ac regni Israëliti olim sedem, accessisse, adque puteum venientem, qui haud procul à ciuitate aberat, ex itinere defatigatum, super eum sedisse. Quid audio, Catholici, videte Seruatorem nostrum hic defatigatum, videte iuxta puteum prostratum, & sub graui peccatorum vestrorum onere fatiscentem.

Videte, obsecro, vastum illum Atlantem, humeris suis totam mundi machinam sustententem, & hodie sub scelerum vestrorum pondere succumbentem. Præuiderat id olim Dauid vates, eum de sese vaticinans, ac sortem suam deplorans, ait: *sicut onus graue grauata sunt super me.* Hæc, ait in Propheta Deus, quam graues sunt iniquitates tuæ, peccator, quam ponderosa sunt peccata, iam defatigatus sum, eadem, à primo natiuitatis die, vsque in Samariam, sustinendo & portando: si vltius me procedere necesse sit, certissimum est sub onere me expiraturum, idque in monte Caluarix.

Videte magnum Patriarcham Iacob, iuxta puteum reclinatum, magnam scalam crucis admirantem, quippe quæ vna parte cœlum Angelis gloriam communicando; altera vero terram, homines iustificando tangebatur.

Videte hic miserum Ismaelem, Ægyptia ancilla, natura scilicet humana prognatum in desertis Samariæ siti morientem: *fatigatus, inquit Augustinus, erat, vt verum sese hominem, ac humanis subditum miseris demonstraret. sed, fatigatus ex itinere.* contraxit hanc defatigationem ex longo & duro itinere, quod nostri quærendi ergo suscipit. Videte hic magnum illum viatorem, qui olim summo cœlo egrediens, exul-

II.

Sichem Samariæ metrop.

Christus ex peccatorum onere defatigatus

Psal.

Psal.

Gen.

Gen.

Psal.

tauit ut gigan ad currendam viam, iam prostratum ac lassum, ne pedem quidem mouere valentem.

Videte hic bonum illum pastorem, qui nonaginta nouem ouibus in caelo relictis, vt centesimam in mudi huius deserto quaereret, tantum itineris confecit, & tam diu per deuia, & auia, locaque confragosa quaerendo errauit, vt ad puteum iuxta Samaritanam federit defatigatus.

Audistin' vnquam, o anima, Redemptoris tui itinera & expeditiones? nunquam tecum ipsa labores eius & molestias, quas vt te quaereret, & ad ouile, id est, in caelestia habitacula perduceret, subiuit? Arrige aures, & audi ista & vide. Imprimis itaque; *A summo caelo ingressus eius*: e caelo descendit in terram, inde in virginis uterum ex utero in praesepe; cumq; te illic non reperiret, descendit in Aegyptum, in qua te septem ipsis annis quaesuit: rediit deinde in Iudaeam, ac mox in Palaestina sese solitudinem contulit, in qua te quadraginta diebus quaesuit. Hinc egressum eum hodie in Samaria videas iuxta puteum ex itinere defatigatum sedentem, reclinatum, ac pra laboribus pedem mouere non valentem.

Quanam igitur, Domine, mea erga te obligatio est: at maior sane eadem erit, si vltius adhuc & longius procedere disponas, vt me errantem ouiculum inueniat: quoniam alia tibi & grauior facienda restat via. Quid tene, tam cito, Domine Iesu, defatigari, cum vix medium itineris confectum sit? Dixere olim Eliae Prophetae ex itinere defatigato, ac sub vmbra iuniperi reclinato, Angeli: *Surge, comede, ambula, longa tibi restat via*: Cur non id ipsum, O Angeli, hodie Christo Redemptori meo dicitis? videtis namque eum iuxta puteum sedentem: dicit ergo confidenter (Dominus enim vester est) *Surge Domine, bibe & ambula, longa tibi restat via*: ad montem oliucri adhuc tibi procedendum est, in quo adeo defatigaberis vt sanguinem simul & aquam nouo quodam sudandi modo e corpore tuo profusus sis. Hinc per omnia Ierosolymorum compita, per omnia Principum ac Pontificum palatia discurtes; e quo

discurtu & itinere adeo exhaurieris, & enervaberis, vt cruci ferendae vix vires tibi futurae sint: neue hic labores tui exitum habebunt, ad montem vsque Caluariae, & ad vsque crucem properandum est, in quo ita elumbatus eris & exhaustus, vt pra lassitudine spiraturus: quin & vltra crucem procedere necessum erit, & etiam post mortem ad sepulchrum scilicet, ad limbum, ad purgatorium, ad ipsos vsque inferos. O labores inauditos, o itinera insuperabilia! *debat fatigatus ex itinere*. humi prostratus iuxta puteum iacebat, omni humano solatio destitutus. Fierine potest, o caelum, o terra, Creatorem ab omnib. creaturis suis ita derelinqui?

Abigail Dauidi in deserto commoranti cum comaeatu rebusque ad vitam necessariis, occurrit, eiusque quidquid haberet, vltro obtulit. Angeli Eliae miseri, ad eum accedere, eumq; consolari panem & aquam ad corporis sustentationem obtulerunt: Abacuc propheta Daniel in lacu leonum in Babilone coiecto cibo dato succurrit. Et Christus vnigenitus Dei filius, & Prophetarum omnium Deus a cunctis derelictus est, omni humano solatio destitutus, arumnis & doloribus saturatus. Herodes illum adhuc inter arcta conditum praesepia vagientem e medio eripere machinatus est, diabolus in deserto eum tentaturus est aggressus: & ecce Samaritana eum hodie coarguere etiam fatagit; *Et ecce mulier Samaritana*.

Christo igitur ex itinere defatigato ad puteum sic sedente, ecce mulier Samaritana, vrbe ad hauriendam aquam egressa, ad eum conuertitur. O rem admirabilem! Sampson cum in terram Philistinum, amore puellae captus, descenderet; leonem in via inuentum suffocauit, ex cuius mandibula, quod vere mirabile, fauus mellis prodit. Eodem profus modo hic videmus contingere; Christus enim in Samariam, animarum amore captus, descendens, siluestrem leaenam obuiam habens, Samaritanam inquam, eandem in peccatis suffocat, omnia eius vitia enecat; deque ore illius suauissimum mel, laudum scilicet encomium producit.

Rebec-

Christus ab omnib. derelictus est.

2. Reg. 25.

3. Reg. 19.

Dan. 4.

Matth. 2.

Matth. 4.

Figura.

Iuanc. 14.

Gen. 24.

Rebecca olim ad fontem nec opinato veniens, felici sane omine Abraham pastori occurrit, qui eam heri sui filio Isaac quam primum despondit. Hodie porro videmus Samaritanam, ad hauriendam aquam properantem, & nihil minus quam de salute cogitantem filio Dei, fausto profecto auspicio, occurrere, qui eandem a vitis vitæque prauitate conuertit, sibi que in sponfam selegit, *Desponsabo te mihi in fide*; Notate hic obsecro gratiam præuenientem, quæ nos vltro semper præuenit, ac merita nostra præcedit, Samaritana hoc ne somniarat quidem nedum commerita erat.

I. Reg. 10.

Saul humili prognatus stirpe, & in montibus educatus, nullis meritis aut diuitiis ornatus, asinas patris sui quærendo in Regem Israel coronatus est; adeo vt Deus eum ideo quæsitum misisset, vt ad coronam deinde eucheret, videatur. Dauid ouium pastor, nihil vnquam quoque meritis fuerat, aut nunquam antea ad regiam dignitatem aspirarat, & ecce Deus nihil minus cogitanti regnum Israel pure & sincere decernit: *Et de post factantes accepit eum*. quæ sane magna diuinæ bonitatis sunt indicia. vnde Psalmo-

I. Reg. 16.

graphus: *Sus. st. ns de terra mopen & de stercore erigens pauperem, vt collocet eum cum principibus*.

Psal. 77.

Psal. 112.

Sunt hæc manifesta gratiæ præuenientis argumenta, quæ sine vilo meritum intuitu nos è vili paupertatis originalis humilitate ac luto educit, vt deinde ad solium gloriæ cælestis subleuet. Verum his relictis ad puteum accedamus, ac diuinum illud colloquium quod Redemptorem inter ac Samaritanum habitum est, audiamus.

III.

Leuit. 6.

Christus primas loquendi partes suscipit, dicens, *Mulier da mihi bibere*. Ecce primum aditum, appellationem, ac insinuationem, quam gratia præueniens peccatorum auribus, cordibus, & animis instillare consuevit. Deus igitur primo loquitur. Præclarum huic rei in sacris litteris indicium & figuram videre est. Præcepit olim in lege veteri Deus, vt Sacerdotes summo mane fratro surgent, atq; in templo sacrum ignem accenderent, sacrificiaq; pro vniuerso populo offerrent. Alibi quoq; Prophetas tempestiue

surgere, ac summo mane ciuitatem circuire voluit, vt populum ad conuersionem, penitentiamque pro peccatis faciendam adhortarentur. Hinc videris hodie summum illum Sacerdotum & Prophetarum Principem summo mane surgentem, gratiæque suæ ignem accedentem, vt Samaritanam reperiat, sacro igne succendat, salutem eius procuret, ac placida voce dicat: *Mulier da mihi bibere*.

Elias Propheta his olim, Regi Achab, ad Nabothi, quam iniuste occuparat, vineam properanti occurrens, verbis comminatus est: *Hæc dicit Dominus: Ecce ego in uicam super te malum, & demetiam posterior a tua & interficiam te Achab mingentem ad parietem & clausum, & vltimum in Israel*. quoties ò homo, Deus tibi occurrit, modo inspirationibus te commouendo interius, modo prædicationibus exterius: sacris te literis interdum adhortando, interdum infernalibus, quas pro peccatis commeruisti, pœnis comminando: offert tibi gratiam suam dicens, & exclamans: *Da mihi bibere* quasi diceret: Salutem tuam sitio, peccator da mihi parum aquæ conuersionis tuæ: hoc mihi denegare noli, quod & multo quidem amplius, tot annis, tuæ salutis ergo discurrendo, tuæque causa tot itinera vsque ad defatigationem conficiendo, promeritus sum.

Cæterum ita sponfam in Canticis alloquitur dilectus: *Aperi mihi forer mea, quia caput meum plenum est rore, & cincinnati mei guttis noctium* Perinde ac si dicere voluisset: *Aperi mihi dilecta, ac vide vt caput meum maderet, & cincinnati mei rore distillent: introitum igitur quaeso ne deneges: tota namque nocte tui causa discurre, laboraui, sudauit, quod ros quo crines mei madent, facile testari poterit. Sic te sponsus hodie, ò anima mea, inuitat, vt cordis ei ianuam aperias qui integros dies & noctes tui amore cucurrit, à primo se natiuitatis momento, ad vltimum vsque vitæ spiritum: testis est hæc ipsa defatigatio.*

Mulier da mihi bibere: O verba suauissimi Christi, ma, ac nectare dulciora! non rigide cum mansuetudine illa agit, non conuictis eam insectatur, non cum Samaritana ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

tanam ag-

cem, lasciuam, libidinofam, non obicit quod quinq; maritos haberit, ac modo adhuc in lenocinio agat. Coniuet ad hæc omnia, ac suauiter mulieris eam nomine compellat: quo nomine & matrem, in cruce pēdens nominauit, dicens, *Mulier ecce filius tuus*: & bonitatem ineffabilem, & dulcedinem infinitam! tantone Deus bone amore peccatores cōplecteris? Tantane tua sitis est, vt ab iis potum postules? & à Samarit. postules? *Da mihi hiberē*. Audebisne & mulier haustam aquæ frigidæ misero ita defatigato, ita exhausto, ita confecto denegare? tantane tua erit crudelitas, adeone ab omni humanitate, pietate & clemētia futura es aliena, vt ei potum denegare præsumas. Dauid cum olim aquam cū cisterna Bethlehem desideraret, quæ circumquaq; ab hostibus cincta erat, dicens: *O si quis mihi daret potum aqua de cisterna, quæ est in Bethlehem iuxta portam*: ecce tres validi duces per media castra, hostilesq; turmas penetrantes, mille sese periculis exposuerunt, vt aquam inde haurientes eam Regi afferrent. Tu vero Samaritana, cū Dominus gustare aquam tuam hodie tantopere desideret, illam ei recusabis? Poterisne Dauidi tuo, seruatori tuo, Messia tuo, Deo denique tuo aquam cisternæ huius denegare, quam ei præbendo nullum vitæ discrimen, nullumque periculum incurres? hoc namquet tibi factū facillimum est.

Tantahominum cecitas
est, vt diabolo der
quodcun
que petie
rit, Deo
vero ne
minimū
quid.
3. Reg. 18.

O cæcos mortales! & tenebras plusquam Cymmerias! omnes, obsecro, mecum hanc hominum dementiam deplorate. Quod Deus à nobis exigit, quam exiguum est, imo prorsus nihil, ac vix dignum quod à quoquā petatur: ea tamen nostra peruersitas est, vt id ei negemus: è contra vero quod diabolus & mundus à nobis efflagitant, adeo magnū & enorme est, vt dici vix queat, & vltro tamen id ipsum offerimus. Exigit à te Deus paululum aquæ, & homo, tres aut quatuor lacrymulas ad peccata tua eluenda, & proh dolor! dare recusas, diabolus vero iubet te laborare, sudare, sexcentas subire molestias, ac mille difficultates perpeti, & cheu! promptissime præcipienti obsecundas. Proferant tibi è diuino instrumento figuras; falsi illi Proph. Baal vt à Deo suo clamantes exaudi-

Tom. 1. Bessai Quadrage.

ri possent, cultris sese & lanceolis vltro incidabant, donec toti sanguine vnde quaque emanante perfunderentur. Idololatræ illi apud Ezechielem monilia, in aures, brachialia, armillas, gemmas, thesauros proprios, denique filios idolis offerre, & immolare cogebantur. O crudelitatem & barbariem inauditam! Christus vero, Deus ille verus, fatigatus ex itinere, haustum frigidæ postulat, & impetrare ne tantillum quidem potest.

Insurgebat olim aduersus Roboam Regē 3. Reg. 12. populus Israel, propter iniquas extorsiones & graue tributorum flagellum, dicens: *Pater tuus durissimum iugum imposuit nobis: tu itaque nunc immine paululum de imperio patris tui durissimo, & de iugo grauissimo, quod imposuit nobis, & seruiemus tibi*. Cum igitur peccator aduersus mundum & diabolum rebellionem non concitas, aut aduersus veteranos illos tyrannos, tam iniqua & crudelia grauamina, pondera, & onera humeris tuis imponentes non conspiras, vt hac ratione iugum Christi tam parum à te postulantis subeas, eiq; obediās? quippe qui aliud nihil à te exigit, quam aliquantum aquæ & aliquot lacrymas. Clementissime Saluator mundi, quam merito olim dixisti: *iugum meum suauis est, & onus meum leue*: O Christiani, vos inquam subditi mei, ac legitimi vasalli, nunquam, si sapitis, meis cōstitutionibus repugnate, nunquam eas, vt graues & iniquas, aut seruari difficiles, coarguite: nā nihil, aut melius, aut suauius, reperire, ac nullum benigniorem me Principem habere possitis. Quam bene etiam olim vaticinatus es & Propheta, vbi placidum & tranquillum Principis huius aduentum futurum designasti? *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus*. Matt. 23.

Noli igitur tam exiguum quid Saluatori tuo denegare, Samarit. at recordare potius, quomodo magnus Patriarcha Abraham Angelos hospitio exceperit: ac conuiuium ijs exhibuerit. Tu vero ingrata, Iesum Saluatorem tuum in agris repertum illum omnium Angelorum regem, ac Dominum dominantium ne haustu quidem frigidæ rescicere, ac recreare dignaberis? O crudelitatem & in-

Ccc huma-

humanitatem inauilitam! Pius Isaac plenus dierum, antequam filio benedictionem dare ante obitum veller, dixi ei: *Affer mihi de venatione tua, & benedicat anima mea.* An nõ exigit hoc à te Deus, ò mulier: non postulat, vt per montes & valles eius caussa discurras: non petit, vt per agros euageris: non querit, vt de venatione ei cibum pares: modicum quid aqua postulat.

Exod. 36.

Præceperat quidem ipse olim in rigida illa lege Mosaica, vt filij Israel omnes in fabricam tabernaculi diuitias erogarent: cui præcepto nemo ne verbo quidem ausus est refragari. *Obiulerunt monte promptissima atq; denota primitias Domino ad faciendum opus tabernaculi vestimentis quidquid ad cultum & ad vestes sanctas necessarium erat: viri cum mulieribus præbuerunt armillas & in aures annulos & dextralia.* At modo in lege Euangelica aliquot tantummodo guttas postulat, dicens: *Mulier da mihi bibere!*

Matt. 27.

Festina igitur anima peccatrix, expedi aquam Samaritana: profer lacrymas, age cito penitentiam, ac Christum sitientem refice. imitaberisne forsità impios illos carnifices, & sacrilegos tortores, qui vbi Dominum exhaustum laboribus, ac supplicij fatigatum, *Sitio,* clamantem audiuerunt, *dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum?* Adcone barbara & inhumana tu futura es, vt ei salutem tuam ardentissime sitienti, ac præ siti penè emoriētī, amarum illud continuationis peccatorū fel, ac pernicacitæ acetum, & myrrham durtici audeas porrigerere?

Gen. 40.

Quale putatis fuisse gaudium, quale m lætitiā & voluptatem pincernæ illius Pharaonici carceris ergastulis mancipati, quando à Ioseph, qui simul in vinculis detinebatur, audiuit? *Tres propagines, tres adhuc dies sunt, post quas recordabitur Pharaon ministeris tui, & restituet te in gradum pristinum, dabitq; ei calceam iuxta officium tuum, sicut ante facere consueueras.* At quodnam tuum esse gaudij deberet, ò anima quæ summo illi Principi aliquādo à poculis fuisti, & ad tam sublimē dignitatum culmen euecta eras: quæque modo in peccati carcere conclusa in extremis ærumnis viuīs: cum nimirum intelligis, Deum de manu tua potum sibi velle

ministrari, ac te in pristinum dignitatis gradum, & in priores honores, modicam ei aq; præbendo, collocandam.

Iam satis ò Rachel cameli tui biberunt, iam satis voluptatibus indultum est, satis iam armenta biberūt, coge pecus iam tempus est, vt & pastori Abraham potū præbeas, vt Iesu Christo, qui te sibi matrimonio copulare vult, aquam haurias: ille namq; sitit da ei bibere, ac pristinæ dignitati restitueris. Quid ais ad hæc ò mulier? quid respondes; *Quomodo, tu Iudæa cum sis, à me potum petis, quæ sum mulier Samaritana?* an ignoras nobiscum tibi in religione, & cæremoniis non conuenire, ac proinde nullum inter vtramq; gentem esse commercium?

O iagratam & cæcam mulierem! Quid quid haustit, lenoni dabit, & Christo vel guttam denegat. Ad eundem modum & tu agis peccator: suppetunt tibi vires, nec desunt animi, vt diabolo & mundo obsequium præstes: sed vt Deo cultum aliquem exhibeas, ieiunes, vt penitentiam agas, desunt vires, & animus tibi concidit. Vt semel in septimana ieiunes, dolebit tibi cerebrum, hemi-crānam timebis, stomachus non patietur, animus deficiet: sed vt integram hebdomadam comesseris, popineris, & solidas noctes & diestripudij, locis, lusu transigas, herculeas quasdam vires, ac gladiatoriam quādam firmitatem te habere ostendes.

Quomodo tu Iudæa cum sis? O futilem exultationem! ò friuolum prætextum! Adam peccato commissio consuit folia ficus, ac nuditatem velat. Quid hæc folia designare opinamur, Auditores? non aliud quam exculationes & regumenta quibus peccata nostra palliare conamur, quæ non plus apud Deum virum habent, quam fragilia & caduca folia de quibus scriptum est: *Quarunt exculationes in peccatis.*

Non possum tamen, quin te laudem mulier, propter zelum, quo erga religionem tuam afficeris: ostendis namq; te eius amore teneri. Quamuis enim ipsa peccatrix sis & adultera, Iudæos tamen, qui à Samaritanis in religione & cæremoniis discrepabant & ab ipsi hæreticorū loco habebantur, abhorret & fugit. Quid ad hæc respondebis, mulier

mulier Catholica? an te, quæ Samaritanos, id est, hæreticos, sinu complecteris, foveas, educas, hospitio excipis, ac matrimonio tibi iungis, Catholicam esse credam.

Zelum quidem quem erga religionem habes laudo, ac mirari satis non possum, quod tam parum miseris ordem erga hunc defatigatum & sitientem te ostendas, quid cogitas, quid animo voluis? si scires donum Dei, missella, & superstitiosa: si intelligeres quid frigidæ haustus Deo & in Dei honorem pauperi datus promeretur: si scires donum gloriæ cœlestis ac beatitudinis æternæ. Pulchra illa Abigail, quod aliquot tantum panes Regi David rerum penuria laboranti dedisset, regina in Israël facta est. Si scires, quantum sit donum beatitudo: Paulus eam donum inenarrabile appellat. Sed quale hoc donum sit, tu nobis Domine declara. Eritne forsitan sancti Spiritus gratia, quem Ecclesia donum Dei altissimi nominare consuevit: donum scilicet æternum, quod Pater & Filius semper donat: donum omnium donorum primum, atque omnia dona longis intervallis antecedens. O mulier! si scires, ille qui tecum loquitur, Deus est & simul homo: ut Deus, hoc tibi donum poterit largiri, ut homo, hoc ipsum tibi sapius promeruit.

O Samaritana, si scires donum Dei. Laboras in turbida hac aqua haurienda, quæ non satiat eos, qui ex ea gustaverint, quæque sitim non extinguit: hauris aquas illas amaras & fœtidas Mara, aquas illas pestiferas & contagiosas Jericho. At ipse aquam do vitæ, aquam ex petra humanitatis meæ, crucis virga percussa, scaturientem: *Qui biberit ex hac aqua, non sitiet in æternum.* Accedite ergo ad fontem hunc animæ sitientes, & siti prope modum exhaustæ & quemadmodum ceruus à venatoribus pressus & canum impetu declinans, in aquas sese immergit: ita vos o animæ, quas quotidie magni illi venatores insequuntur, (de quibus Psalmista loquitur: *Anima mea erepta est de laqueo venantium*) quandoquidem iam dudum per mundum cucurristis, exhaustæ, defatigatæ: ad has aquas accedite, hæc vos vndis immergite, si canum & venantium rabiem euitare satagitis. Regius vates, è quo hunc conce-

ptum hausi, experientia id probasse videtur, dicens: *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad Deum fontem vitæ.* Ad has igitur aquas diuinas, ad sanctas has vndas properate, peccatores, ac mundi latices turbidos & luculentos relinquit.

Filij Israël siti in deserto emorientes, in Ægyptum reuerti iam destinauerant: at postquam aquas è petra profilientes videre, sententiam mutarunt. O anima, si paupertatis aut pœnitentiæ siti in deserto monasterij prope modum emoriens, ad mundi Ægyptum reuerti vnquam decreuisti, cum hodie Christum aquam viuentem in hoc deserto sitientibus audis promittentem, muta sententiam, & aliam indue mentem, firmiterque propone si donum Dei & gratiam scires, quæ tibi Deus, ex hoc mundi naufragio te euocando, contulit, mille potius vitas, si tibi essent, Deo impendere, quam vel vnâ mundo elargiri.

Si igitur scires quid sit cœlum, quid Dei gratia, quid æterna felicitas, omnia proculdubio quæ hoc in mundo possides, quo Deum sequi possas, relinques.

Putabat quidem initio Naaman aquas Iudææ non esse maioris efficaciam, quam aquas Syriæ. at vbi reipsa & experimento virtutem illarum didicit, statim mutata mente omnes opes & facultates Elizæo, qui sibi eadem tantum demonstrauerat, volebat largiri.

Cogitatis quidem, mundi amatores, delectationes cœlestes & gaudia Beatorum nullius esse momenti: sed si semel ea vel modo gustassetis, aliam puto mentem, aliamque opinionem indueritis, mundi que fallaces & inanes voluptates desereretis: quo æternis aliquid delictis perfrui possentis.

Quare agite, o Samaritana, animæ inquam peccatrices, animæ mundana, fugite turbidos hosce & lutulentos mundi torrentes, relinquit hydrias, accedite hodie ad aquas, quæ saluant in vitam æternam: quarum hic scaturiginem videtis. Hæ namque puræ sunt, at mundi aquæ turbidæ & periculosa. Hæ sunt aquæ illæ, in quibus milites suos Iephte collocavit, qui Ephratæos inuadere

Iudic. 12. parantes, inde abactos interfecerunt: Occu-
paueruntque Galaadita vada Iordanis per qua
Ephraim reuersurus erat. Ita etiam Satan mili-
tes suos in ripis aquarum voluptatum collo-
cauit, qui omnes ad bibendum accedere vo-
lentes, in mille pericula consiciunt.

Iudic. 5. Holofernes Princeps militiae Assyrio-
rum, constituit in obsidio Bethuliensi per-
gyrum centenarios, per singulos fontes, vt
omnes aquarum hauriendarum gratia ve-
nientes, inde eicerent, & eiectos neca-
rent.

Isai. 55. Magnus ille Holofernes Satan plurimos
quoque diabolos in infidiis ad fluuios vo-
luptatum collocauit, qui omnes ex iis bibe-
re volentes, incautos & nec opinantes in-
terficerent. Infelices igitur hanc aquas ve-
lis remisque fugiamus, ac nullas, praeter has
sanctas desideremus, nullas, nisi coelestes,
expetamus, aquas, inquam, quas qui bi-
bunt, in perpetuum mortis expertes, vi-
uent.

3. Reg. 18.

O Deus aeternae, qui omnis bonitatis abyf-
sus es, perfectionum omnium thesaurus, &
aquarum viuentium Oceanus, qui omnes
omnino homines ad hauriendum & bibe-
ndum per Prophetam inuitasti, dicens: *Omnes
sitientes venite ad aquas*: qui quae toties eas in
figura destillare fecisti, modo magna co-
pia coelitus ad preces & postulara Eliae di-
mittens, modo eandem mirabili quadam
ratione petra, ad Moysi vocem, eliciens:
Respice obsecro animas nostras anhelan-
tes, ac siti propemodum enectas: ecce ama-
rae illae aquae mundi huius, eas adufferunt,
adeo vt praeter siti penè deficient, & *Anima
nostra sicut terra sine aqua sit tibi*. Nos, nos
inquam, miseri illi Hamaeles sumus, qui in
deserto mundi huius siti emorimur. Da no-
bis bibere, aut minimum quid ex aquis vi-
tae, aquis, inquam, gratiae tuae, degustare: in-
terea dum hic expectamus donec torrenti-
bus illis inebriemur & sauiemur, de quibus
Psalmistae: *Torrente voluptatis tuae potabunt eos*:
torrentibus, inquam, aeternae beatitudinis,
quorum nos confortes efficiant Pater,

& Filius, & Spiritus Sanctus,

A M E N.

✠

SABBATO POST DOMIN. III. QVADRAGESIMÆ.

Partitio.

I. De adulterio.

II. Punctiones & detestationes adulterij.

III. De adultera absolutione.

Adducunt ei mulierem in adulterio deprehen-
sam. Ioan. 8.

FIGVRA.

PRÆCLARVM castitatis speculùm & cõ-
tinentiæ exemplar Sufanna, cum iniquè
in Babylone à duobus senibus adulterij ac-
cusaretur, ad summum sacerdotem deducta
est, vt secundum legem lapidibus obrueretur.
Quod cum attentius mecum ipse con-
sidero, ac rei feriem penitus intueor, simi-
lem plane historiam in Euangelio hodierno
videre videor: occurrit mihi namque hic
mulier, non iniquè quidem adulterij accu-
sata: sed in facto deprehensa à duobus item
senibus, Scribis scilicet & Phariseis, quae
Iesu summo legis Euangelicæ Sacerdoti si-
stitur, vt ab eo lapidibus obruenda iudice-
tur: Sufanna quidem per Danielelem liberta-
tem adepta est, hæc vero per Christum, vt
singula singulis optime respondeant. Verum
antequam ad reliqua procedamus Pneuma-
tis diuini auxilium, mediantibus Beata Vir-
ginis precibus, inuocandum est:

A V E M A R I A.

Magnum Episcoporum lumen & decus I.
Ambrosius, cum singulorum scelerum e-
normitatem ac turpitudinem diligentius
ponderasset, tandem concludens ait: nul-
lùm esse aut reperiri posse scelus, quod cum
adulterio comparandum videatur: *Adulter-
rium*, inquit, *etiam feris & barbaris detesta-
bile*. Hinc Plutarchus refert, tantam La-
cænarum olim mulierum pudicitiam ac
modestiam fuisse, vt fieri non posse existi-
marent, aliquam hoc sese scelere aut dede-
core,

core, contaminare, nihilque magis fugiendum aut detestandum, quam ipsum adulterium iudicarent. Et sane nihil eo foedius, nihil eo turpius est, nihilque quod maiora fecum mala, calamitates, & ærumnas trahat. Hinc vniuersalis ille cataclysmus terræ superficiem cooperuit; Hinc Gomorrha flagruit, hinc in cineres redacta est Sodoma, hinc ipsa tribus Benjaminica radicitus prope fuit delata; hinc denique totum Davidis imperium in extremum discrimen adductum est.

Gen. 8.
Gen. 16.
Iud. 29.
2. Reg. 12.

Mala quæ hoc peccatum iniuriam faciat, tum naturæ, quoniam tam magnam corruptionem secum trahit, tum etiam Deo, quoniam eius legibus ac præcepto aduersatur: facit deinde iniuriam Angelis, quod castitati & puritati, quæ ipsis propria est, repugnet: facit iniuriam marito, quod eidem struat insidias, ac promissam utrimque fidem violat: facit iniuriam regnis legibusque ciuilibus, quod degeneres surculos & adulterinas propagines in Reipub. horto profeminet: denique toti mundo iniuriam facit, quod familias ac domos illegitima & spuria sobole inducta, confundat, ac merum quoddam chaos inducat. Imprimis vero peccatum hoc detestandum est, quod magnum illud Ecclesiæ Sacramentum, Matrimonium scilicet destruat & euertat: *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.*

Epist. 1.

Quicumque igitur eo impietatis processit, ut tantum Sacramentum audeat prophanare, nã ille in Christum & Ecclesiam deliquisse putandus est.

Sacramenti
matrimo-
nii digni-
tas.
Ioan. 2.

Et profecto ingens abominatio adulterium, cum Sacramentum matrimonii, quod à Deo in Paradiso institutum est, quodque præsentia sua ac primo miraculo in nuptiis Canæ Galilææ Christus cohonestauit, audeat violare & polluere. Sacramentum inquam, quod gratiam confert: Sacramentum, quod variis modis designatur: modo per coniugium Christi cum Ecclesia, modo per connubium Dei cum anima: alias per matrimonium & copulam quam Verbum illud Patris cum natura humana inuit, ad cuius imitationem hic in terra vir cum mulie-

re copulam coniugalem inuit. Ores admirabiles: illic duæ naturæ vna continentur hypostasi & persona, hic duæ personæ in vna natura, & in eadem carne coalescunt. Hinc dictum est: *Erunt duo in carne vna.* Hæc porro vincula & connexiones dissoluit adulterium.

Vnde haud iniuria exclamare possumus, ô vitium detestandum! ô scelus procul eliminandum!

Veteres Ethnici solo naturæ lumine illustrati, adulterium semper veluti pestem quãdam terribissimam, ac contagionem abhorruerunt & detestati sunt: apud Græcos sane adulterium interficere cuiuscunque etiam fas erat. Ægyptij vero grauius adulteria, quam homicidia aut furta castigabant. Hinc Abraham, si forte vnquam attendistis, cum in Ægyptum venisset, aiebat Saram vxorem suam, sororem esse, ne eum velut adulterum Ægyptij, in quos seuerius animaduertere solebant e medio auferrent: hinc ad vxorem ait: *Dic ergo obsecro, quod soror mea sis, ut bene sit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tuam.* Apud Romanos autem adulterium cum crimine læsæ Maiestatis conferebatur: in adulterio hinc iisdem pœnis castigabant eum, qui in adulterio cõnubialem violasset, quibus eum, aduertentem qui in Principem quidquam deliquisset, aut in patriæ salutem ac Reipub. commoda peccasset.

Lacedæmoniorum legislator Lycurgus eodem adulterium, quo patricidium, statuebat loco, decreuitque, ut iisdem in Rep. sua suppliciiis afficeretur, qui alterius fœminæ pudicitiam tentasset, quibus, qui parricidali manu e medio parentem sustulisset. Et sane cum leges de omnibus sceleribus delictisque statuisset, nullam vero de adulterio aut parricidio tulisset: causam rogatus, ait, quod neminem adeo nefarium existimaret, qui alterutrum horum committere præsumeret.

Iudæi vero adulteros lapidibus viuos obruebant: cuius hodierna die rei exemplum in Euangelio habemus, in quo Ioannes refert Phariseos & Scribas Christo, in templo ad populum verba facienti, mulierem adduxisse in adulterio deprehensam, vt ab eo ad-

lapides.

lapides condemnaretur. De hac hodie historia verba facere decreui: primo itaq; de crimine eiusque probatione loquamur, deinde actionem & condemnationem eius examinabimus.

Principio igitur firmum hoc inuiolatumque habeatur; adulteros ubiq; gentium, adeo semper in naturam & reipub. commoda apud omnes iudicatos esse peccare, vt nulla vnquam natio, aut gens, barbara licet atque omni humanitate aliena, fuerit, quæ non leuerrime semper & grauissime in adulteros animaduertit.

Id vobis ad oculum, tum ex lege naturæ, Mosaica, ac lege Euangelica, tum iure diuino, Canonico, ac ciuili demonstrabo.

Primum quidem in lege naturæ, iam à quinq; annorum millibus Abimelecho regi Gerar, Abrahæ vxore rapta, Deus mortem interminatus est, dicens: *En morietur propter mulierem quam tu sibi habet ex viro sum.* Duo Iacob Patriarchæ filij Simeon & Leui, Sichem Syriæ metropolim deleuere, atque omnes Principes eius, in adulterij & raptus pœnam gladio interemerunt. Castus ille adolescens Ioseph contra fas & æquum adulterij eum Putifarix vxore commissi accusatus, in carcerem coniectus est, ac vitæ perdendæ discrimen adiit. Taceo hic tristem illum ac plusquam tragicum diluuij casum, prætereo Sodomiticum incendium, de Gomorrhæo cinere nihil dico. Quis enim ignorat omnia hæc propter adulteria & illegitimos cõcubitus euenisse? Et sane nulla Deus vnquam scelera tam horrendis, tamque grauibus flagellis castigauit.

Ad exteros iam populos, natione barbaros, ethnicos, inquam, ac solo naturæ ductu viuentes, veniamus. Zaleucus Locrensium ciuitate saluberrimis atq; vtilissimis legibus à se munita, cum filius eius adulterij crimine damnatus, secundum ius ab ipso constitutum vtroque oculo carere deberet, ac tota ciuitas in honorem patris necessitatem pœnæ adolescentulo remitteret, aliquandiu repugnauit. Ad vltimum precibus euictus, suo prius, deinde filij oculo eruto, vsum vtrique videndi reliquit. Ita debitum supplicij modum legi reddidit, æquitatis admi-

rabili temperamento, se inter misericordem patrem & iustum legislatorem partitus.

Erat Ægyptiis consuetudo, viris adulterij infimulatis mille flagrorum ictus infligere; feminis vero nasum præcidere. Hinc à Diosdoro & simul Herodoto de Pharaone Ægypti Rege Sesostridis filio, historia sane memorabilis refertur: hic cum decem annorum spatio oculorum vsu priuatus, omni ratione visum recuperare satageret, ac frustra omnia tentasset: oraculo admonitus, non prius sese sanitari restitutum iri didicit, quam fœminæ alicuius, quæ fidem coniugalem non violasset, aut ab alieno concubitu immunis esset, vrinam oculis adhiberet.

Quibus ille intellectis, ratus sese tam facili remedio oculorum vsu facile etiam recuperaturum, reginam coniugem suam ante omnes adiit, cuius cum pudicitiam fidemque erga coniugem vacillare vidisset, nec alienis eam abstinuisset amplexibus didicisset, omnes pene quotquot in aula versabantur fœminas adiit: sed frustra. Vnde cum plurimas alias in regno mulieres tentasset, & omnes perfidas & fide coniugali fracta infames deprehendisset, tandem pauperulam hortulariam reperit, quæ sola fidem seruasse coniugi iudicabatur: per quam & oculorum vsu recepit. Quo facto, tantam fœminarum in regno suo corruptelam & perfidiam demiratus, omnes quotquot violasse fidem repererat, igne consumpsit: pauperulam vero ac plebeiam illam ob recuperatum eius adminiculo visum, repudiata coniuge, sibi matrimonio copulauit.

Parthi, teste Iustino, nullum crimen maiori seueritate castigabant, quam adulterij: hinc vxores suas arcte habitas domi velut custodiæ includebant, ne aliorum commercio & contubernio, aliorum colloquiis & consuetudine, frequentiq; vsu corrumpere, atque ita adulterij pœnas incurrerent. Egre- gia sane & diuina consuetudo, vrinam & illa per Galliam nostram in vsu esset: neq; enim tot scelera ac delicta circa fidem coniugalem videremus. Refert de Aug. Suetonius, tanta eum odio adulteria & adulteros prosequi solitum, vt amicorum veterimo Proculo, adul-

Quomodo adulteria lege naturæ castigata sint.
Gen. 20.
Gen. 34.
Gen. 39.

Vti Ethnicis adulteria puniunt.
Valer. lib. 6. c. 5.

108.4

Suet. de

illa 2. 16.

terij

Mat. A. pph. Re. & Princip.
 terii. cum Romana quadam fœmina commisso reo, caput iusserit præcindi.

Prodeat post tot historicos Plutarchus, qui dignam Alexandro de Alexandro refert historiam. Cum enim milites mulierem quandam melioris forsitan formæ, quam famæ ad eum de nocte adduxissent, ut cum rege cubaret, & ille venientis strepitu & motu excitatus, quia iam tertia noctis vigilia præterierat, rogasset, ubi nam tãdiu hæssisset: & illa respondisset: Expectavi, inquit, rex, donec maritus somno sepultus steteret, ne me exfurgentem inaudiret: suos rex aduocat, iubetque mulierem, vnde eam duxerant, reduci, dicens: Ergone me adulterum putatis, aut alterius me thorum violare aut profanare velle: apage nihil enim est quod magis abhorream ac detestor.

Annon vos, Principes & Reges, Ethnicus ille Rex confundit, & nunc reges intelligite, atque Ethnicos in hæc saltem te amulamini, pudeat illis vos in hos deteriores existere, eorumque continentiam non imitari.

Plutarch.
 Hac porro Cynneses feueritate in adulteros animaduvertebant. Fœminam quæ adulterum conuicta erat, in medium ciuitatis deducebant, eamque saxo insidentem calumnijs & conuictijs profundeabant: cui cum longo tempore omnium ludibrio, & risui exposito infedisset, afinæ imposita per omnes ciuitatis plateas & vicos deducebant, ut tota ciuitate eius delicti conscia, in perpetua infamia ignominiaque vitam transigeret. Video vos barbarorum illorum iustitiam demirari: video vos in stuporem rapi, cum eos qui solo naturæ lumine illustrati erant, tam rigide in adulteros animaduertisse auditis. Non est porro, cur adeo in admirationem rapiamini, cum peccatum hoc naturæ ipsi aduersari videatur. Ita namque id Ambr. describit dicens: *Adulterium natura iniuria est.*

Lib. 5. lex. Mahum. in Alcor. c. 34.
 Et vero Turæ & Saraceni non minori id ipsum odio prosequuntur, ac cane peius & angue esse asserunt: quin & Pseudo ille Prophetes Mahumetes Alcorano suo cauit, ne adulterium quis suorum perpetret; cuius si quis reus constituatur, mille ictibus per flagella inflictiis luat. Addit hic Proco-

pius, etiam legatos, licet alioqui omni iure excepti sint & multis prærogatiuis gaudeant, si adulterii conuincantur, morte affici posse.

Iam tempus est, ut ad legem Mosaicam descendamus, ac diligentius inspiciamus, quibus illa panis, quibusque supplicijs in adulteros voluerit animaduersum. Quam sancta instituta sunt, quam diuina præcepta, ac leges vere regis, quas iam eminus in Leuitico video contemplari? *Qui adulterium perpetraverit cum uxore proximi, morte moriatur. & moechus & adultera.* Et aliam haud dissimilem in Deuter. *si dormierit vir cum uxore alterius, uterque moriatur.*

Dicit forsitan aliquis: Lex vetuit, at exempla desunt, e quibus castigatio hæc manifesta euadat.

At videat ille miseram Babyloniam, adulterii falso liceat accusatam, iam iam ad lapides depolci. Videat integrâ tribum, sumptis armis adulterium cum Leuitæ cuiusdam vxore commissum, vlcisci voluisse. Videat quibusnam Dauid Rex propter adulterium cum Vriæ vxore perpetratum, a Deo flagellis fuerit castigatus. Sapiant itaque adulteri ac respiscant: nam

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.
 Videamus modo leges ciuiles, examine-mus Codicem Iustinianum & Digesta; inquiremus quoniam illa adulteros supplicio pœnaque dignos iudicauerit. At non nisi de sanguine, eculeo, morte ac supplicijs extremis hic agitur. Principio Dion. Cassius asserit, Imperatorem Seuerum seueras admodum aduersus hoc crimen pœnas constituisse, & mortem omnib. esse comminatum, qui eius sceleris insimulari essent: quam constitutionem seuerè ab eo seruata voluit, ac re ipsa seruauit, ut paucillo temporis spatio, plusquam tria adulterorum milia morte dånarit.

Refert Herodius quinto Decretorum suorum libro, titulo sexto de L. Iulia de adulterijs, quasi aliud agens, insignem plane historiam. Cum Tennes Tenediorum rex legem tulisset, qua omnes adulteros morte multari volebat, accidit filium eius adulterium committere, eiusdemque accusari. Hic cum à patre quaereretur; quid fa-

Quoniam modo adulteros lex Mosai-ca punie-rit.

Leuit. 20.

Deut. 22.

Dan. 11.

Iudic. 20.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

Quoniam pœna ius ciuile in adulteros animadu-uerterit.

cto opus esset. Lex, inquit, ad amissim & inuolabiliter seruetur, filioque non minus, quam ceteris pascatur. O vere generosum ac sincerum Principem, ac validum castitatis protectorem!

Leges ciuiles contra adulteros.

Vos porro Iurisconsulti, qui toties de L. Julia, de adulteriis loquimini, eamque toties reprecitis, legitis, inculcatis, ane obseruastis vnquam, quid lege 30. ad finē cap. ad leg. Iuliam de adult. scriptum, velut omnium legum compendium & recapitulatio legatur? *Sacrilegos nuptiarum gladio puniri oportet*. Et in legibus vestris XII. Tabularum, titulo II. de iniuriis, annon aperte legitur: *Macchum in adulterio deprehensum necato*. Imperator vero Leo constitutione XXXII. seueritatem omnium priorum legum moderari volens, decreuit vt adultero nasus præscinderetur, mœcha vero monasterio includeretur.

Inuectio in adulteros.

Quid vero vos adulteri, vos inquam impuri & scelerati mœchi, cogitatis? vbinam mens vestra est, vbinam ratio? an non vobiscum ipsi perpenditis, cum horrendum hoc, & enorme crimen committitis, omnes vos tam naturæ, quam Dei & hominum leges violare & peruertere, toti vos mundo iniuriam facere, Deum, naturam, & homines grauissime offendere? At quibus vos suppliciiis, quibus pœnis, quibus cruciatibus, quibus, vt ita dicam, infernis digni estis? Quantam vobis ipsis familiæque vestræ infamiam notam iniuritis, qui instar brutorum obmutescitis, brutis ipsis deteriores, ac mente capti? ita non pessimum vxoribus vestris exemplum datis, perfidi, raditores, ac fidei violatores, ratione, iudicio, ac conscientia priuati? Anne obliuiscitis, vbinam matrimonium vestrum contractum sit, vbinam sponso illa coaluerit, quinam testes adfuerint? scilicet in templo, coram Deo, vbi Sacerdos veluti Secretarius, Angeli instar testium astiterunt. Non est sane mirum, si qua vos alijs mensura metimini, vobis eadem alii metiantur: si nimirum vobis ab vna parte mœchantibus, vxores vestræ ab altera mœchentur, ac

Frangenti fidem, fides frangatur eidem.
qui versus, etsi numeris non constet, ad rem

tamen nostram facere non parum videtur: vt & ille, qui Gallice multo sonat disertius:

Cornua quis facient, ne cornua ferre reculent.
Vos vero vxores, iam discite sapere, pudorem induite, lubricos illos mores exuite, de honore ac fama solliciti estis, & malamini castas illas Susannas, pudicas Iudith, ac masculas Lucretias.

Reduceite in memoriam, quod olim magni illius Catonis filia Porcia, tali patre dignissima, cuidam, iuuenis fœminæ pudicitiam, quæ iam ad secundas nuptias transierat, laudanti, respondit, nequaquam honestæ sese fœminæ nomine dignam censere eam, quæ plures vno maritos habuisset. O vere pudicam Porciam, sexcentis encomiis deprecandam! si tam viles apud te erant, quæ ad secundas nuptias transirent, quid igitur de adulteris iudicasse te putamus? Quare agite, & Christianæ matres, eius quæso vobis in mentem veniat, pudori vestro consulite, infamiam atq; ignominiam vobis ob oculos statuite, suppliciaque quæ vos manent, si delinquitis, attendite. Sed heus video hic adulteram ad supplicium rapi lapidibus iam iam obruendam. Atq; hæc secunda concionis nostræ pars esto.

Adducunt ei mulierem in adulterio deprehensam. Et eam statuunt in medio: quod cum diligentius mecum perpendo, perfectam hic causam, actionemque ciuilem videor intruere. Accusatores ipsi sunt Pharisei, informationes & accusationes, ac rei caput, in adulterio deprehensam. Lex quoque, inquam peccatum est, simul adducitur: *Moyse mandauit nobis lapidare*, quæ *Leuit. 20. cap. scripta* habetur: *Qui adulterium perpetraverit, &c.* Ad Christum, velut ad iudicem eam deducunt, vt eam condemnaret, qui tamen sententiam suam non interposuit. Quid tam grauibus olim ac diris suppliciiis delictum hoc castigasti, Domine, cum videlicet flammaram globos, sulphureos imbres, ac diluuij rabiem in eius punitionem adhibuisti, & id ipsum iam tibi indemne est? Leges & præcepta tua Domine clementissime, ac simul iustissime, quæ olim dedisti, morte iubent afflicti adulteros; & ipse, qui alias quoque dixisti: *Non veni solvere Legem*

gem, sed adimplere, hodie adultera: parocinium suscipis? Ecce hodie mœcham in flagranti delicto deprehensam, & indemnitate concedis?

Sumite igitur animos peccatrices, nondum vobis cœli aditus occlusus est, datur adhuc accessus. Itaque

Non desperetis, vos qua peccare soletis.

Vos, inquam Chananæ, Magdalenæ, Samaritanæ, vos mœchæ, adulteræ, lubricæ, vagæ. Peccata vestra ac dissolutiones deploratæ, poenitentiam agite, peccata relinquitæ, ante omnia vero ne de venia impetranda desperetis; videte namq; vt hic adultera gratiam in oculis Domini inuenerit, & ab alijs condemnata, ab eodem absoluat.

Cur Dominus hæc adulteram non condemnauerit. *Exech. 18. Osee 6.*
Hic scilicet re ipsa demonstratum video, qd toties olim in veteri testamento repetitum; *Nolo mortem peccatoris*: hic iam locum habet illud: *Misericordiam volo & non sacrificium.* Hinc quoque Ecclesia in officio canere præsumpsit: *Deus cui proprium est misereri semper ac parcere.* O infinitam & immensam misericordiam abyssum! Non enim Dominus ad iudicandum & condemnandum, sed ad sanandum & miserendum venerat, non mortem sed vitam daturus.

Alia causa Deinde quod videret eos, qui ei actionem intendebant, iudices sceleratos esse: ac re ipsa longe deteriores, magisque mortem mulierem millies præmeritos, quam illa: Hærebant illi quotidie aurium tenus vitiiis sceleribus, que immersi, mille grauissimis criminibus, milleque adulterijs cooperti. Toties eos in faciem castigauerat Dominus dicens: *Gens praua & adultera.* Et Propheta olim: *si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.* & ecce miseram adulteram hodie in delicto deprehensam morte plecti, adque supplicium confestim rapi volunt. O vere iniquos ac sceleratos iudices! Hinc Dominus ad illos: *Qui sine peccato est, primus in eam lapidem mittat.* Perinde ac si innueret: *Æquum est, lex iubet, mandatis Dei consonum est, adulteram hanc morte plecti; quare expedite vincula, ferrum, lapides, saxi obruatur, & qui sine peccato inter vos est, primus lapidem iaciat.* Diuinum plane iudicium, ac no-

Tom. 1. Bessai Quadrag.

uum sententiæ genus, nouaque absoluenti ratio.

Vos vero iudices, erudimini qui iudicatis terram: hæc ad vos pertinent, culpa enim vacet oportet, atque omni careat vitio, qui alterius castigare & corripere delicta prælu- mit. Vt quis adulteros, adulteriaque coar- guat, caste viuat oportet, atque ab omni se libidine contineat: ad delicta criminaque castiganda, procul à crimine abesse par est. Meministisne quid Ciceroni olim obiecerit C. Salust. *Carere debet omni vitio, qui in alterum paratum est dicere*: ac si diceret: Te mi- Autor tri- buit Salu- stio, cum Cicero Sa- lustio id obiecerit.
ror Marce, tuamque audaciam, vt in omnes omnino homines dicere audeas: atque eo deuenias impudentiæ, vt equites Romanos, viros honestissimos, ac singularia reipub. membra, corripere non verearis; & ipse no- uus homo cum sis, Arpinas; aut potius Ra- pinas, ante triduum scilicet in hanc remp. admissus (qui quicquid in ciuitate præclarum spe deuorasti, ac locuples ærarium no- strum compilasti) aliorum tamen mores, vitæque rationem taxare, ac calumniari non metuas? Taceas igitur Marce, ac scias oportet omni vitio carere debere eum, qui quid in alijs reprehendere vult

Ecce egregiam in hac re figuram, & al- legoriam. Filij Israel, adulterio à tribu Ben- iamin in Leuitæ vxorem commisso, adeo cōmoti & indignati sunt, vt sumptis armis, sanguine id expiare decreuerint: ac prius eos in aciem procedere vetuit Deus quam propria delicta sacrificiis, ieiuniis, ac lacry- mis expiassent. Vt hinc doceremur, prius nostra vitia esse castiganda, ac tum demum ad aliorum delicta puniēda accingi nos posse. An non hoc ipsum est, qd olim Psalmista ait: *Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas?* quasi de perdis atque impro- bis iudicibus vaticinatus esset, & illis voce summi illius Iudicis denunciasset; Iudices iniqui, iudices improbi ac scelerati, audite Deum vobis dicentem: *Quomodo iustitias meas exercere paratis?*

At nondum hic satis est, o Iudices, non sufficit bonæ vitæ esse, sed ad virtutem ad- iungenda est scientia & doctrina; hæc est in Iudice.

D d d nus

nus vestrum cum dignitate obeundum, cum primis necessaria sunt. Quemadmodum enim avis vnica ala destituta volare nequit, sed duas habeat necesse est: ita vos iudices, nisi duas habeat alas, virtutem scilicet ac doctrinam, habeatis ad sublimes dignitates euolare non poteritis. Audite rem notatu dignissimam. Cum Deus decalogi tabulas Moyfi in monte Sinai traderet, nulas monti bestias voluit appropinquare: quo nihil monstratur aliud, quam bestias, stupidos scilicet homines ac bardos, aut eos, qui instar bestiarum in omne voluptatum ac dissolutionum genus effusi sunt, ad sublimem illum iustitiæ montem non debere accedere. Hinc est, quod variis prius tentaminibus, examinibusque probari debeat, qui ad Senatoris aut Consularij dignitatem in Parliamentis nostris aspirat: adeo vt sacrosancta illa lilia ante porcos & brutos homines non spargantur.

Christus noluit alteram condemnare, q̄ Pharisæi adulteram, & non adulterum adducunt.

Vt maius peccatum machando committat, vir an femina.

Tertia, cur iudicium illorum sententia à Christo approbata non fuerit, ratio hæc est, quod adulteram solam, & non adulterum, qui magis culpandus videbatur, ad Christum adducant. Vir enim dum machatur, maiori sese crimine obstringit, quam mulier. Verum quidem est, si fides & pactum, quod inter vtrumque initum est, spectetur, virum mulierem paritari, & sacramento teneri, nec maiorem esse femina in fide marito, quam viri in fide coniugi seruanda, obligationem. Sed si scandalum & mala, quæ inde propter commisionem sobolis, & confusionem hereditatis (vnde non mediocre rebus publicis damnum euenire solet) oriri possunt, spectemus, femina sine dubio maius delictum censendum est. At naturam intuendo, quoniam maior viri est constantia, ac maius iudicium, femina vero imbecillior atque in casum pronior: grauius vir peccasse censendus est ac maiorem proinde pœnam promeritus. Hinc etiam dicimus, maius & grauius Adami peccatum fuisse quam Eux. Vnde peruersitatem iudicium horum animaduertere poteritis, quando præterito eo qui plus peccauerat, eam quo minus offenderat, castigare disponunt. O iudices non iudices, sed potius

hypocrita! Cur ô Pharisæi non huc Magdalenas adducitis, quæ in conspectu totius vrbis, & ante oculos vestros quotidie peccare non erubescunt! Cur Herodiadem huius criminis ream non constituitis, qua regis vestri aulam improba sua vita & adulterio commaculat. Ne verbum quidem contra eas hincere audetis, quod alicuius esse auctoritatis videatur; ac miseram hanc mulierem, quæ nullum forsitan hoc excepto crimen admittit, morti adiudicatis. Male à vobis iudicatum est; sed bene ab ea appellatum: patrociniatur namque ei ad quem appellauit.

Vnde haud iniuria mihi visus est Anacharis Scythæ leges aranearum telis comparasse, quibus muscæ irretiantur, & quas leges maiores aues perstringant. Ita quoque potentiores sapennero leges transgrediuntur, sed parui atque humiles iis comprehenduntur: latrunculi ac erumenisecæ ad laqueum veniunt, fures & sicarii indemnes abeunt. Hinc Diogenes cum populum ad miserum alicuius, qui iam iam supplicio afficiendus erat, mortem currere videret, & iudices stipantes, iocans dixit: *Magri furi sparium ad Diogenem cuncti.* Vnde Poeta ipsum exprimere volens, iocans ait:

Dat veniam coruæ, vexat censura columbas.

At non eamens Dei est; ipse namque minoribus & ab aliis derelictis patrociniatur, mundus è contra fauet potentibus, cum Deus misericordiam præstet paruulis. Hoc exempli loco esto: *Nec ego te condamnabo mulier.* O benignitatem inauditam, ô clementiam immensam!

Tu autem summe Iudex, iudex æterne, iudex ante cuius tribunal omnes aliquando mortales venire habent: sed simul etiam iudex clementissime, qui nullos vnquam hoc in mundo peccatores condemnare voluisti, sed eorum semper patrociniū suscepisti, pro ijs orasti, plorasti, ac denique mortem subiisti: Tu, inquam, iudex iuste & misericors, qui hodie miseræ huic adulteræ auxiliando affuisti; hanc obsecro nobis gratiam concede, vt quando animæ nostræ, quæ toties cum Satana adulterium commi-

Pre, nefando cum mundo ipso concubitu commissa sunt, toties cum carne polluta sunt, quando, inquam, anima, quae toties praecepta tua violauerunt, coram tribunali tuo a diabolis accusatoribus sistuntur, qui nos toties in flagranti delicto offenderunt quique praecepta tua proferendo dicunt: *Secundum legem debet mori*; tunc Domine summe Iudex, licet clemens alioquin, eandem a te audire sententiam mereantur; id est iudicium, eandem misericordiam, quam hodie misera illa adultera experta est, experiantur. Concede etiam, ut eadem audire verba possint: *Nec ego te condemnabo*. Hoc scilicet nobis, cum iudicio tuo sistemur, ut eueniat, postulo ac vehementer etiam atque etiam oro: interea vero dum hoc hic expectamus, omni tibi puritate, castitate, vitaeque sanctimonia seruire proponimus, hac spe fulti, beatæ visionis tuæ, tandem aliquando nos compotes reddendos. AMEN.

DOMINICA QVARTA QVADRAGESIMÆ.

Partitio.

- I. De pane transubstantiato.
- II. De mari à Iesu transito.
- III. De incomparabili conuersione Eucharistica.

Abiit Iesus trans mare Galilee, & sequebatur eum multitudo magna. Ioan. 6.

FIGVRA.

4 Reg. 4. QVIS vestrum, Auditores, non in admirationem rapiatur, ac diuinum plane opus esse iudicet, cum introitum Prophetæ in domum viduæ Sareptanæ, oleum repente videt exerescere, adeoque multiplicari, ut vasis ipsis domesticis nequaquam potuerit comprehendi, sed aliunde mutuo sumere necesse fuerit. Non minus quoque miraculum fuit, ad solam alterius Prophetæ benedictionem, viginti panes hordea-

ceos multiplicari, ut centum iis homines refectioni & satiati fuerint, ac reliquiae etiam ex iis superfuerint. At multo maius hodierna die miraculum in Euangelio nobis proponitur, cum in deserto & in agris vastæ solitudinis, quinque panes hordeacei, & duo pisciculi adeo multiplicantur, & in immensum extenduntur, ut quinq; hominum millia eis refectioni fuerint & saturata, ac duodecim fragmentorum cophini reliqui fuerint, ita ut reliquiae ipsis missibus maiores fuisse videantur. Priora illa miracula ab Elia & Eliazo narrata sunt, hoc à Christo: fuisse illi Prophetæ, hic Dei filius, omniumque Prophetarum rex simul & Deus. O dignum Christi miraculum, ac præclaram Sacrosanctæ Eucharistiæ Sacramenti figuram, ac laculentum diuinæ prouidentiae argumentum! Ut igitur vastum hunc Oceanum enavigemus; Spiritus S. nobis, veluti Pharos lucidissima, ac beata Virgo ac Deipara, uti Cynosura, ad cursum feliciter peragendum deligendi sunt. Atque ideo eam, uti solet Angeli saluremus:

AVE MARIA.

Inter omnes, quas magnus ille Ezechiel I. Propheta visiones habuit, hæc non postremum mihi obtinere locum videretur, quando scilicet fluium intumescens, & aquas eius adeo turgentes & inflatas vidit, nulla ut ratione potuerit transuadari: *Torrentem non potui pertransire, quoniam intumuerant aquae torrentis profundi, qui non potest transuadari.* Quid nobis & torrens aliud designare videris, quam vastum sacrosanctæ ac sacratissimæ Eucharistiæ Oceanum pretioso Christi sanguine rubentem, eiusque meritorum fluctibus adeo intumescens, nullus ut unquam mortalium ingenij sui acie eum potuerit comprehendere.

Dicitur Aristoteles, quod Euripi fluxum & refluxum, qui septies in die reciprocans ludit, comprehendere non valeret, in eum se præcipitem dedisse. Verum quot Aristoteles, quot Philosophi, quot præclara ingenia, ac subtilia acumina, quot hæretici, eum Euripi Sacramenti huius (quod singulis diebus ne

D d d 2 dicam

dicam horis, septem fluxus & refluxus genera continet, sancti scilicet Spiritus dona) comprehendere ac capere non possent, præ indignatione misere in eo submersi sunt. In eo quippe periére Capharnaitæ; in eo naufragium fecere Lutherani, in eo submersi sunt Calvinistæ. Denique hoc ipsum mare illud Rubrum est; quod plurimos huiusmodi Ægyptios aquis inuoluit, ac sub vndis sepeliuit.

S. Eucharistia cōparatur fluuiō, qui in Paradiso erat. Constituit iam inde à primo mundi exordio, in medio Paradisi fluuium Deus, qui in quatuor deinde diuisus capita, illum voluptatis ac deliciarum locum irrigabat. Similiter iam inde à passione Domini, è medio corporis eius exundantem, Oceanum intueor, qui in septem dispersus flumina, septem videlicet Sacramenta (quorum primum ac præstantissimum est Eucharistia, & è qua veluti è primo fonte cætera omnia deriuantur) omnem paradisum, Ecclesiam nempe militantem, late irrigat & fœcundat. Huc respexisse mihi Psalmographus videtur, dū ait: *Fluminis impetus latificat ciuitatem Dei.*

Psal. 45. Quid enim aliud per ingentem hęc fluuium adeoque exundantem, Deiq; ciuitatem circum vndique irrigantem, designari potuisset, nisi faceret ille sacra Eucharistia torrens? Hic est enim ingens ille fluuius, quem Ioannes in suis reuelationibus vidit, fluuius, inquam, aquæ viuæ, instar crysalli pellucidus, ac de sede Dei, & throno Agni promanans. Et sane sacrosancta Eucharistia fluuius est, è cruce Christi scaturiens, è qua & cætera Sacramenta originem sumpserunt, quæq; veluti thronus ac folium est Agni purissimi, nullaque contagione fordidaui, cuius aqua crysallo splendidiore sunt.

Figuræ quibus Ven. Eucharistia exprimitur. Eucharistia quoque puteus est, ad quem Samaritana accessit; puteus plenus aqua saliente in vitam æternam, puteus profundissimus; deniq; puteus, ò homo, è quo neq; in quo haurias habes, & qui altus est. Ipsa quin etiam puteus est Democriti, è quo ille latitantem in fundo veritatem eruere conabatur. In magno namque hoc puteo Philosophi & Theologi veritatem corporis & sanguinis Iesu Christi eruere & quarere gestiunt, sed ad fundum præ ingenij imbecilli-

Ioan. 4. tate non valentes pertingere, quod non inueniunt, credunt.

O sanctissimam Eucharistiam, ò Sacramentum penitus diuinum!

*— tibi nomina mille,
Mille inuandi artes.*

Milleque figuris in veteri Testamento expressum es. Tu namque es candelabrum illud ex solido charitatis, ac diuinitatis auro (si modo ita lubet) compactum, septem continens lampades, septem, inquam, Sacramenta, omnes ab igne gratiæ tuæ collucentes: etenim in septem illis Sacramentis, non secus ac solem in septem Planetis intueor. Et quemadmodum certum est, solem solum inter cætera astra essentia sua ac natura lucidum & splendidum esse, cætera porro sidera si quid aut luminis aut splendoris habent, id ab eo veluti omnis luminis fonte, participando mutuari; sic & tu inter cætera Sacramenta solum gratiam essentialiter, ac per naturam habes reliquis eandem à te non nisi mutuo sumentibus, & ex vberimo ac locupletissimo tuo fonte in sese, quicquid habent gratiæ, deriuantibus.

Hic obstupescatis oportet, Auditores, hic namque suauissimum illud atque Angelicum manna contemplantini, quo in mundi huius solitudine enutrimur. Videris hic panem illum in cinere humanitatis nostræ coctum, qui magnas Eliæ æmulatoribus vires atque animi robur subministrat, vt in fortitudine erus, ad vsque montem Dei Horeb, beatitudinem scilicet æternam, valeant pertingere. Hic etiam, mutatis terminis, fundam Dauidicam reperiri posse assero, quæ quinque lapidibus limpidissimis sacris nimirum Christi vulneribus, instructa, Philistæos prosternit. Viderur & hic arbor illa vitæ, in Ecclesia velut in paradisi medio plantata. Hic quoniam de arboribus incidit mentio, est quoque magna illa arbor, de qua in Apocalypsi quæ singulis mensibus diuersos fructus, duodecim scilicet fructus Spiritus sancti & dona profert: *In medio plateæ eius, & ex utraque parte fluminis lignum vitæ, offerens fructum duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gentium.*

Hic

Gen. 41. Hic est sacrum illud frumentum, quo sapiens ille Ioseph, famem venturam auguratus, horrea ac repositoria ecclesie sue repleuit, frumentum inquam, de quo Psalmographus, *Et adipe frumenti satiast te.* Hic est panis Angelorum, panis ille Cherubim ac Seraphim, & omnium coeli ciuium. Hic est panis ille suauissimus, panis ille mirabilis, cuius farina nostra est humanitas; cuius frumentum, diuinitas, cuius aqua sanguis Christi; fornax, uterus Virginis, ignis, charitas; cuius denique pistor, Spiritus paracletus est. Hic est postremo panis ille prodigiosus, qui hodie in deserto quinque hominum pavit millia. Atque hoc praesentis concionis thema est: *Abijt Iesus trans mare Galilae, quod est Tiberiadis, & sequebatur eum multitudo magna &c.* Sequamur primo Dominum mare scandentem, ac deinde eum in deserto, ingens hoc & insigne miraculum eorum quinque hominum millibus patratem, quaesitum ibimus.

Eccc cum iam in procinctu sum, ut mare hoc Galilae transnaigem, veniunt mihi in mentem vetera illa, quae Deus olim per Moysen parauit miracula. Eadem siquidem hic mihi videre videor. Moyses enim cum multis in Aegypto editis miraculis, Pharaonem induxisset, ut populum Israel dimitteret, sexcenta hominum millia per mare rubrum, in vastam solitudinem traduxit, in qua caelesti deinde manna saturati & refectione fuere. Videas porro hodie Christum, alterum Moysen, miraculis suis quinque hominum millia ex Aegypto mundi huius per mare Tiberiadis traducere, eosque in desertum cogere, in quo mirabili ac prodigioso quodam modo cibati sunt.

Abijt Iesus trans mare Galilae, ait Euangelista. Semper tu Ioan. profundas illas abyssos nauigas, tu per inaccessum diuinitatis Oceanum semper vela pandis, & sinus laxas. Tu solus es, qui instar aquilae sublime euolantis, semper in sublimibus & altis diuinorum mysteriorum apicibus confides. Tu quippe solus profundum illud SS. Trinitatis mare ausus es intrare, dicens: *In principio erat Verbum; & Verbum erat apud DEVM.* Tu solus etiam qui maria cum Christo sul-

cas quique undosum illud Ven. Eucharistiae pelagus, littora prodigiosae huius panum multiplicationis cymba radendo, audeas tranare: *Abijt Iesus trans mare Galilae.*

Hem quot maria Domine Iesu transna- Insignis uigasti? In primis namque transisti vastum coceptus. illud SS. Trinitatis aequor, aeterna generatione ab aeterno e diuina Patris essentia, velut e profundo quodam mari procedens. Et quemadmodum Oceanus, ut omnes noerunt, in duos sinus diuiditur, in mare Rubrum, & mare Mediterraneum: ita quoque vastus ille & late patens gloriosissima essentia Patris aeterni Oceanus in duos ingentes sinus diffunditur, duas, inquam, personas, quibus vniuersam naturam suam peitus communicat, filium scilicet qui per mare illud rubrum designatur, & Spiritum sanctum, cuius mare Mediterraneum figuram gerit, quod inter duo ingentia maria, Patrem scilicet & Filium medius internatet, & ab utroque velut ab vno mari principioque procedat. *Abijt ergo Iesus trans mare.*

Cum itaque ab aeterno in hocce maris prospero semper cursu, ac deliciis affluens, nauigasset, aliud mare nauigare decreuit, in quo mille ei pericula aduenda, mille discrimina erant subeunda: mare, inquam, incarnationis, in quo ei Maria mater eius, & simul virgo nauis vice functa est; humanitas nostra velorum; charitas & amor, funium loco fuere, ac Spiritus S. naucleri & conductoris. Quinque ferme annorum millibus expectauit, antequam nauis huius ingrediendae tempus aduenisset: quod ubi iam adesset, nouem mensium spatio in ea nauigauit. Atque hoc esse mare illud videtur, de quo Psalmista: *In mari via tua, & semita tua in aquis multu, & vestigia non cognoscuntur.* *Psalm. 72.*

Ex hoc iterum mari in aliud descendit, in mare, scilicet mundi huius, mare plenum syrtibus, scopulis infame, naufragiis notum ac fluctibus semper exastuans. Perpendite, obsecro, quonam modo id regius vates prouiderit: *Viderunt te aqua Deus, viderunt te aqua, & timuerunt, & turbata sunt abyssi.* *Psalm. 76.* Quot hoc in mari pericula adiit, quot tempestates, quot procellas perpeffus est, quam aduersis iactatus est ventis? qua turbulenti-

agitarus aquilonibus. Sicut enim Noë statim ut arcam intrauit, quadraginta diebus, ac totidem noctibus vndarū impetu & ventorum procellis fuit imperitus: ita quoque tu Redemptor, arcam humanitatis nostræ ingressus, ac mundi huius mare nauigans, variis vndique procellis & fluctibus, triginta trium annorum spatio, horride ac crudeliter iactatus es, ac varias tempestates expertus, in quo nulla tibi melior aut tranquillior aura afflavit, nec in quo prius tibi à laboribus quiescere concessum est, quam niuē illā columbā, animā, inquam, tuā, euolante, humanitatis tuæ arca in montibus Caluarie constitit. Vix quoque natus erat Moses, quin statim in perfluentem Ægypti proiectus est: ita quoque & tu Redemptor mundi, vix in lucem editus fuisti, quin confestim in mundi huius mare coniectus sis, ærumnis ac calamitatibus inuoluendus. Audite Euangelistam liquidō testantem: *Abijt Iesus trans mare Galilee.*

Exod. 1.

II.
Mundus
mari cō-
paratur.

Matth. 8.

Luc. 5.

Dan. 7.

Vere te procellosum mare, o infelix munde, dicere possumus, quo nullum aut magis pertimescendum aut periculosius reperiri queat: tu es nempe mare illud tempestatibus concitatisolium, & in quo sæpius tam horrendæ procellæ exurgere consueuere, vt animarum nostrarum nauigium, grauissimis passionum fluctibus ac tentationum ventis concussum, in magno naufragij patiendi periculo versetur. Nā tu munde turbulentum pelagus es, qui etiam fortissimos viros, ac magnā animi fiducia præditos percellis, & Apostolos clamare cogis: *Domine, salua nos perimus.* Tu es mare illud mortuum, in quo tota vitæ nostræ nocte laborantes, nihil meriti capere possumus, adeo vt cum Apostolis clamare cogamur: *Domine, tota nocte laborantes nihil cepimus.*

Tu es mare illud Babylonicum, in quo Daniel olim quatuor ventos digladiantes vidit, post quorū prælium feræ bestię egrediebantur: semper enim furiosis carnis, diaboli, mortis & voluptatis aquilonibus agitaris, post quorum digladiationes peccata monstra terribilia, prodire solent.

An non igitur vobis, Auditores, Christus plurima maria sulcasse visus est? an non id

Ioannes in Euangelio hodierno testatur, cum ait: *Abijt Iesus trans mare.* At nondum hic Æneæ nostri nauigationis finis, Christi scilicet, qui velut alter Æneas est:

— *terris saltatus & alto est*

Vi superis, salua memorem Iunonis ob iram, id diuinæ iustitiæ. Quin & alia adhuc maria sulcauit, videas enim eum in turbulento passionis mari plenis velis enauigantem.

Quo tendis Domine? quid agis? *Eleuauerunt flumina*

Domine, eleuauerunt flumina suos. Iam frementes audire videor vndas, ac rebo-

antes mirabiles illas elationes maris: quam prius turbulenti atque elati fluctus, quam vehem-

entes agitationes! Si semel Domine id te mare ingredi contigerit, non mediocriter, mi-

hi crede, discrimen adibis, naufragium facies, vitam amittes, ac verum me dixisse ali-

quando scies, cum dices: *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me: & Omnes fluctus tuos induxisti super me.* quasi Patri dices,

in quod me pelagus, Pater æternæ, deturbasti, omnes iræ ventos super me intonare fecisti, omnia iustitiæ tuæ fulmina in caput meum eiacularus es: video namque hoc in mari mihi certo certius esse moriendum.

Mihi credas velim Domine, cum vltro ipse procellosum hoc mare ingredi volueris, nūquam te inde, nisi factō naufragio, egressurū.

Eris, eris ille Ionas, qui sæuum redemptionis nostræ mare ingressus (in quo tempestatibus passionis agitaberis, vt humanæ naturæ nauim in tuto, ac velut in portu collocare possis) in profundum iacieris, in fluctibus crucis sepelieris, triduo in terræ centro velut in certi aluo concluderis, ac deinde post triduum rediuitus solis lumen videbis, & vitam tuam nouo lumine illustrabis. At satis superque iam in vndis hinc euagati sumus, tempus est vt ad litus cymbam applicemus, ac desertum petamus, magnum illud miraculum quo, quod Christus mare Tiberiadis emensus facturus est, ibidem contemlemur.

Atque hæc altera concionis nostræ pars est, quam iam prosequamur. Tradit Euangelium, Christum mari iam emenso, quinque hominum millibus stipatum desertum petisse, & illis penuria rerū necessariarū laborantibus, ac triduo ieiunantibus: quinq; panibus hor-

deaccis,

deaccis,

deaccis,

deaccis,

deaccis,

deaccis,

deaccis,

deaccis,

deaccis,

deaccis,

deaccis,

deaccis,

deaccis,

deaccis,

deaccis,

deaccis,

deaccis,

deaccis,

deaccis,

deaccis,

deaccis,

deaccis,

deaccis,

deaccis,

deaccis,

3 Reg. 17.
Matt. 28
Marc. 8.

deaceis, ac duobus pisciculis omnem illam multitudinem pavisse, adeo vt omnibus re-
fectis, duodecim etiam sportæ reliquiis ple-
næ superfuerint. Cuius rei signum Elias de-
dit, cura modicum farinæ quod Sareprana
habebat, mirabili virtute multiplicauit.
Matehæus quidē & Marcus aliud miraculū
referunt, quod idem pene cum hoc esse vi-
deatur: septem scilicet panibus Dominum
quatuor hominum millia alio tempore pa-
uisse ac septem fragmentorum copiosos su-
perfuisse. At hoc miraculum multo mihi
præstantius videtur: quādo nimirum quinq;
hominum millia quinq; panibus ac duobus
pisciculis saturauit, duodecim sportæ reli-
quiarum ac micarum collectæ fuerūt: quod
egregie mihi poeta visus est expressisse:

*Quinque Deus panes fregit, pascensq; gemellos:
His hominum large satiavit millia quinque,
Im; lentur nimio micarum fragmine corbes
Essen, æterna tanta est opulenta mensa.*

Egregii versus, at multo præstantius ip-
sum miraculum est, & diuturnum illud ac re-
gale epulum, ipsaq; prodigiosa panis multi-
plicatio, quæ Transubstantiationem mihi
nostrâ optime exprimere videtur. Illa eam-
dem substantiam benedictione multiplicat:
hæc efficit vt vnum corpus per consecratio-
nem multis in locis esse queat: illa quinque
panibus quinque hominum millia cibant, ac
totum deniq; mundum. O egregiam ac stu-
pendam multiplicationem! Et sane quem-
admodū tu olim duos ex Apostolis tibi ma-
xime aduersantes habuisti, quiq; de tua ex-
cellentia ac splendore dubitarent, Philip-
pura videlicet qui dicebat, *auentorum dena-
riorum panes non sufficiunt*, & Andream
qui addebat, *Sed quid hæc inter tantos?* Ita
quoq; Transubstantiatio nostra duos An-
tichristos sibi quam maxime aduersantes
experta est, qui de eius excellentia ac verita-
te dubitarent: Lutherum nempe, qui Chri-
stum illic impanatum esse credit, & Calui-
num, qui effrænatiori adhuc impudentia
dicere ausus fuit, solam hæc Christi figuram
adesse. O insensate Caluine, ac plane ratio-
nis experte Lutheri! Reuocatis mihi in men-
tem figuras, quibus vestram Sacramenta-

Lutherus
& Calui-
nus Tran-
substantia-
tionis ho-
res.

riorumq; omnium audaciam & impudentiā
confutem.

Duo scelerati effrenatæque libidinis se-
nes castissimam olim Susannam, qua nulla
aut honestior aut castior in vniuerso Baby-
lonis regno reperiebatur, inique adulterij
accusarunt. Duos hic iterum veteranos ve-
teratores prodeuntes in scenam videmus,
Lutherum & Caluinum, qui castam illam
Susannam, sacrosanctum sc. Eucharistiæ Sa-
cramentum, ac præcipuum eius membrum
Transubstantiationem idololatriæ accu-
sant: qua tamen nihil aut sanctius, aut diui-
nius in mundo reperiri queat.

Lutherus
& Calui-
nus cum
Susannæ
delatorib.
collati.
Insignis
cōceptus.
Matt. 2.

In passione Domini, cum multis aduer-
sus innocentem Iesum testimoniis produ-
ctis Iudæi euincere non potuissent, nouissi-
me profigatæ audaciæ testes prodierunt,
qui innumeras in eū blasphemias eiaculari
sunt, quod tum in passione, id ipsum hodie-
na die in Ecclesia contra Transubstantia-
tionē accidere videmus. Tor, eheu! falsa &
iniqua testimonia aduersus Iesum Christū
in venerabili Eucharistiæ Sacramento lati-
tantes prolata erant, tam multi falsarii ver-
ritatem contra testati erant, Berengarius
imprimis, Bertrandus deinde ac Ioan. Hus,
Viclef, alique innumeri: *nouissime autem
venerunt duo falsi testes*: nouissime inquam,
nostro sæculo, nostra tempestate: iam recē-
ter, abhinc quinquaginta, aut sexaginta an-
nis: duo falsi testes: duo Pseudoprophetæ
Lutherus & Caluinus, Germanus ille, Gal-
lus alter, qui innumeras in sacrosanctum
Eucharistiæ Sacramentum blasphemias ac
calumnias euomere.

Vt Christus inter duos latrones crucifi-
xus est medius: ita quoque in Sacramento
Altaris contingere videmus, inter duos la-
trones, duos perditissimos hæresiarchas cō-
stitutus, variis blasphemias impetitur. Arbi-
trabantur Philistæi nouis sese funibus Sam-
psonem captiuum vincire posse, sed ille ex-
ertis manibus eos vt festucam confregit.
Lutherus & Caluinus, noui illi Philistæi de
Samsone nostro qui venerabili Eucharistia
cōtinetur, triumphum agere putabant, no-
uis eum hæresibus constringere gestientes:
sed ille brachia sustollens, ac viribus suis
vsus,

vsus, omnia Philistarum horum vincula, omnes fraudes & imposturas, & ipsos quoque hæresiarchas confregit & in nihilum redegit.

III.
Psal. 115.
Psal. 128.

Euchari-
stia cõui-
uio com-
paratur.

Merito igitur exclames, ò sacra Euehari-
stia, Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo ho-
stiam laudu. ac tu ipse Domine: Sæpe expugna-
uerunt me à iuuentute mea: Sæpe te namque
Domine persecuti sunt, sæpius in te blasphemiarum
tela conrosferunt, ac potissimum in transubstantiationem.
Sed non est hæretici, quod amplius de opere hoc diuino, ac penitus
admirabili, deque veritate Sacramenti huius dubiteris:
accedite, & videte, aperite oculos vestros, ac discussa
caligine, videbitis, conuiuium, quod hodie à Christo in
deserto paratur: conuiuium Eucharistici, quod quotidie
in Ecclesia fidelibus exhibetur, veram figuram esse:
Conuiuium inquam, regium, digni vt in eo animæ & ipsi
Angeli epulentur: conuiuium de quo Ecclesia canit:
*O Sacrum conuiuium in quo Christus sumitur, recolitur
memoria passionis eius, & mens impletur gratia!*
Conuiuium in quo animæ reficiuntur: in quo corpus
CHRISTI cibis & ferculum est, sanguis eius, potus;
altare, mensa; Angeli, ministri; Sacerdos, ipse
æconomus; in quo non nisi de passione inter cõuiuantem
est sermo.

Plutarch.
in Anton.
Splendidum
epulum
Cleopatre

Exod. 18.
Num. 13.
Ios. 15.

Taceatiam superbas Cleopatræ epulas, & cœnam antiquitas, in quam duæ gemmæ
ducentis quinquaginta coronatorum millibus
æstimatæ, inductæ sunt, & conuiuia Antonio
propositæ. Conuiuium namque quod Christus
quotidie in Ecclesia exhibet, multo sumptuosius
ac splendidius est: illuc enim eius infertur diuinitas,
& simul humanitas, duæ maximi pretii gemmæ,
coelestes plane ac valoris infiniti. Et sane de
huiusmodi cõuiuio, aut de aliquo quod cum eo
comparari queat, neminem vestrum putem vnquam
legisse, vel fando audiuisse. Amplum quidẽ
& splendidum cõuiuium fuit, cum quadraginta
annorum spatio cœlum Israelitas manna
suauissimo in deserto pavit: at multo admirabilis
est, populum Christianum atque adeo omnem
fidelium cœrum, iam à mille quingentis &
amplius annis, in deserto mundi huius, ipso
sacratissimo Iesu Chri-

sti corpore, in sacro Eucharistiæ conuiuio
refici & pasci, cibum tamen non consumi.

Refert Antonium Getam Cof. Romanum Spartianus, ita nonnunquam conuiuium
instruere solitum, vt tot missus, & in
singulis missis. tot fercula inferrentur, quor
Alphabetum literas contineret, vt in quo
anser, aprugna, anas, item pullus, perdix,
pauo, porcellus, piscis, perna, & quæ in eam
literam genera eduliorum caderent. At longe
splendidius ac luculentius epulum est,
quod in Sacramento Altaris exhibetur: in
quod missus iuxta seriem & Alphabetum,
gratiarum inferuntur: primo namque octo
Beatitudines, deinde sancti Spiritus dona,
mox virtutes cardinales, ac Theologica: vali-
quando post gratiæ gratis datæ, ac postremo
etiam gratiæ gratum facientes apponuntur.
ò vere præclaros missus, ac diuina fercula,
ò vere sacrum conuiuium!

Iulius Cæsar Dictator cum post domitum Cæsar.
Pompeium, Romam victor ac triumphans Rom.
ingressus esset, ac solus iam in vrbe domina-
retur, vt populo Romano opulentiam ac in quo
splendorem ostenderet, epulum publicum
dedit, in quo viginti mensarum millia fer-
culis lectissimis instructa fuere, simulque in
populum infinitam auri vim velut missile
sparsit. nolite, obsecro, splendorem & pom-
pam Dictatoris huius tantopere demirari.
Christus sane maius & magnificentius mul-
to epulum dedit. Hic namque vniuerso ter-
rarum orbe sub imperium redacto, conuiuium
instruit Eucharisticum, non quidem
pop. Rom. sed omnibus qui in mundo reperiuntur
mortalibus: hic plurimas & varias
mensas exquisitissimas ac lectissimas epulis
refertas videbis: mensas nempe in cœlo ad
reficiendos Angelos, qui non minus de huius
Sacramenti communionem, quam ipsi homines,
participant, mēsas in purgatorio, pro
animabus illic distentis qui huius Sacramēti
beneficio etiam nū gaudent: mensas in Oriēte
pro Abyssinis, Maronitis, Syris, Ethiopibus,
aliisque plurimis qui venerabile Sacramentū
hoc adorant: mēsas in Occidente, mensas in
Septentrionali ac Meridionali plaga, in Africa &
Asia: mensas apud ipsos
Anti-

Antipodas, mensas denique per vniuersum terrarum orbem, exclamare igitur mihi liceat, ô sacrum ac splendidum conuiuium! Deinde vt amplius magnificentiam suam & opulentiam demonstraret, infinitas quotidie gratias, in conuiuias, præter epulâ ipsam confert.

Herodot.
lib. 7.
Pythius
nomen Pythius, & patria Celene, quem Democriti Philosophi patrem esse aiunt: tantas fuisse opes & facultates, ac tantum animi rotum vt Xerxis exercitum, duodecies centenis hominum millibus constantem, ad prandium inuitaret ac laute exciperet: quin & regi inde abeunti quadringentas auti myriadas, ac bis mille talenta argenti dedisse, dixit: sed satis sibi adhuc prouentuum ad vitæ sustentationem reliquum esse ac se, his etiam ablatis, diuitem adhuc posse appellari. Epulum autem hoc regale, quod Christus quotidie exhibet, multo sane opulentiùs ac sumptuosius est: ipse enim iam à tot annis omnem Angelorum exercitum, & ingentem illum hominum cœterum pauit, & mœta semper instructa manet.

Dan. 7.
Daniel Propheta Angelorum regie huic mensæ assistentium & ministrantium numerum volens subducere, ait: *Milia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei.* Ioannes porro inuitatos dinumerare non valens, præ stupore cœsternatus scribit: *Vidi turbâ magnam, quam dinumerare nemo poterat.* Confert deinde Rex post sumptas epulas, omnibus & singulis, singulare illud & eximium donum, beatitudinem videlicet æternam; quod omnia dona longe antecellit: & quatuor ad hæc talenta addit impassibilitatem, agilitatem, subtilitatem, & corporis membrorumque omnium claritatem, qualitates inquam, gloriam cœlestem semper solitas comitari. Dauid Propheta magnificentiam hunc & regium apparatus admiratus ait, nihil vnquam aut excellentius aut diuinius Deum fecisse, vel etiam facere posse; *Memoriam fecit mirabilem suorum misericors & miserator Dominus, eam dedit iumentibus se.*

Potens ille Assuerus, qui alio nomine
Tom. 1. Bessas Quadrage.

Artaxerxes, Persarum Rex, qui in centum & viginti septem prouincias imperium habebat, magnificum & opiparum olim in Suis conuiuium parauit, ad quod omnes regni Satrapas & Dynastas inuitauit: quod sex ferme mensibus durauit. Sed summus ille Assuerus, Rex ille cœlestis maius sane quid præstitit, quando epulum illud Eucharisticum parauit, ad quod omnes homines & Angelos, velut regni sui Principes inuitauit: quos ibi lectissimis ferculis refecit: hoc porro conuiuium iam à mille sexcentis annis incepit, & ad mundi vsque finem perseverabit. An non hoc veterum regum cœuiuium videtur, Auditores, aut simile vnquam vidisse vos meministis? an non ter & amplius felices vos dicere licet, qui ad ipsum à patrefamilias estis inuitati? *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.*

Quare agite Christiani, ad hoc conuiuium festinate, ad sacram communionem, ad sacrosanctæ Eucharistiæ sumptionem properate: hic nempe animæ, quæ in opes sunt meritis, multas sibi diuitias acquirunt, & sufficienter ditantur: hic enim secundum Apostolum omnes Theauri sapientiæ & scientiæ Dei reconditi sunt: Hic manducatur panis, qui sapientibus vitam immortalē ac perpetuam elargitur: nam *qui manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Hic est sacer ille Angelorum panis, qui vos, vbi sumpseritis, beatos efficit. Hic est Angelicum illud manna, quod suauitate sua iam à 5. annorum millibus vos mirum in modum recreat. Hic est panis ille, ô animæ purgandæ, qui vos consolidat, qui patientiam & spem mediis in flammis, inter supplicia & cruciatus supeditat. Hic est ille panis, viatores, qui vobis animum suggerit, ac pusillanimitate sublata aduersus hostes audaces & dæmonibus formidolosos reddit. Hic est ille panis, quem vos hæretici execramini & odistis: ille denique panis qui vos, ô diaboli, ad rabiem & furorem concitat.

Hoc nempe est magnum illud ac mirabile conuiuium, quod hodie in deserto paratur, cuius vt participes reddi queamus, imitandus est ardēs illius populi feruor, & pietas.

E e e ras

Esth. 1.

Matt. 11.

Ioan. 6.

Effecta
sacra Eucharistiæ.

tas; triūdo Christus sequendus est: per quod triūdo tres pœnitentiæ partes, contritio, confessio & satisfactio denotantur. Transcendendum deinde est mare pœnitentiæ, super duram discumbendum est, ecce humilitatē. Substernendum est fœnū pedibus, & effrænis illa caro subiuganda, (*omnis* namque *caro fœnum*) ecce mortificationem, ac mundi contemptum. Turbæ quidem ad conuiuium hoc admittæ sunt, sed dignas sese meritis, ac dura subeundo reddidere. Quid igitur te par est facere Christiane, quando non amplius ad figuram, sed ad rem ipsam accedis: & non amplius in deserto, sed in templo: qualem præparationem tam pretiosi cibi sumptio requirit? quam diligentem excussionem, quam accuratum exigit examen? Si vasa, in quibus manna colligebatur, Deus esse voluit aurea: an non igitur anima, in qua non ipsum manna, sed is qui per manna præmonstrabatur, reponendus est, auro charitatis intus & foris exornari debet?

Exod. 19.
Insignes
allegoriæ.

Gen. 6.

3. Reg. 6.

1. Is. 2.

Centum anni in construenda arca, in quam sese Noe cum suis recipere diluuij tempore debebat, in sumpti fuerunt. Anima mea, cum conscientia tua arca esse debeat, in quam sese verus ille Noe CHRISTVS recipere debet, quanto quæso tempore in ea per pœnitentiæ opera fabricanda occupari te par est? Septem annos Salomon in templo construendo impendit, in quo Decalogi tabulæ & arca Testimonii erant collocandæ. Tibi vero anima, cum conscientia tua in magnificentum templum præparanda sit, in quo non tabulæ legis, sed ipse legislator commorabitur, quantum temporis in eo construendo infumendum est? Si Virgines, quas in Regis Assueri conspectū aliquando venire oportebat, anno integro in conclauis inclusæ tenebantur, quo venustatem & gratiam faciei compararent, ut cum in Regis conspectum prodeundum foret, gratia coram eo reperta ad eius concubitum admitterentur? quanto vos tempore o anima, procul à mundi tumultibus ac turbis seclusæ, remanere deberetis, nulli alii operam rei dantes quam interiori animæ pulchritudini parandæ, ut coram magno illo Assuero gratiam, quan-

do illi sistendæ eritis, reperire possitis?

Et sana, si vos ipsos ad hunc modum præparaueritis, quinque etiam panibus cum turbis hisce saturabimini, hoc est, quinque Christi vulneribus, ac duobus pisciculis, duabus nempe, quæ in eo sunt naturis, sciculis inquam, qui in mari hoc incarnationis, vel in mari illo gratiarum, gloriolæ sc. Virgine ac Matre Maria, si ita intelligere vultis, aut si malitis, in mari huius mundi, natarunt. Tanta porro magnificentia, tanta lautitia ac tanta superbia excipiuntur, ut anima vestra plene saturanda sit, voluntas vestra reficienda, intellectus illuminandus, sensualitas hoc cibo gustato temperanda, & concupiscentia refrananda. An non tū quinque hominum millia saturabuntur? At nondum hic finis, supererunt vobis etiam duodecim fragmentorum cophini: ipsa scilicet peccatorum remissio, gratiæ acquisitio, Dei amicitia, ecce tres: pœnæ apud inferos tolerandæ in purgatorij pœnam commutatio, pax & tranquillitas conscientiæ, Spiritus paracliti consolatio, ecce sex: carnis mortificatio, malarum consuetudinum & habituum prauorum exterminatio, gratiæ argumentum, ecce nouem: integra vitæ emendatio, magna ad beneficiendum promptitudo, ac denique æterna ac cœlestis gloria. An non 12. cophini hæc esse videntur? annon ille egregiæ ac mirabilis reliquiæ sunt, quæ ab hac mensa colliguntur?

O magnifice ac potentissime Princeps, qui sumptuosum hoc, & opiparum epulum præparasti, atque id ipsum quotidie fidelibus tuis exhibes: conuiuium, inquam, quo nullum splendidius aut opulentiùs vnquam extitit; aut existeret: hanc nobis, obsecro concede gratiam, ut quandoquidem in nostrum id ipsum gratiam præparasti, magna cum animi demissione ad ipsum accedere, & ad harum imitationem turbamur mare tecum transire, te in deserto pœnitentiæ sequi, & fœnum bonorum, dignitatum, mundanarumque voluptatum, pedibus substernere valeamus: quo humiliter, religiose ac pie in terram reclinati, gratiarum, benedictionum, deliciarumque quæ in sacro hoc conuiuio digne manducantibus conferuntur,

partii

participes effici mereamur. Deinde à te et-
iam obsecramus, vt animas nostras fame
propemodum enectas, quæ iam triduo aut
fortitan trimestri, no dicam triennio, sacro
hoc & cælesti pane, & Sacrosancto Eucha-
ristiæ conuiuio abstinuere, & eo frustrata
sunt, enutrias: operientes hic interim, do-
nec ad aliud illud epulum, quod post hoc in
æterna beatitudine sequi solet, inuitentur,
ad quod nos Pater, & vnigenitus eius Filius,
ac sanctissimus Spiritus perducere dignen-
tur. AMEN.

FERIA II. POST DOMIN. IV.
QUADRAGESIMÆ.

Partitio.

- I. In Deum cadere iram.
- II. De templi Dei cultui construendū.
- III. De antiquitate vsus templorum, ac vniuer-
saliatē.
- IV. De ementibus ac vendentibus in templo.

Prope erat Pascha Iudeorum, & ascendit Iesus
Hierosolimam, & inuenit in templo ven-
dentes. Ioan. 2.

FIGVRA.

Nam. 15. CVM magnus ille Phinees, Eleazari fi-
lius, Aatonis summi Sacerdotis nepos,
honoris Dei ac castitatis zelo incensus, im-
pudentem Zambri eum Madianitide in cō-
spectu totius multitudinis, magno diuino-
rum præceptorum contemptu, ac totius po-
puli scandalo, fœdo concubitu commiseri
videret: gladium arripuit, ac zelo feruens v-
trumque in locis genitalibus vindice manu
in flagranti delicto confodit. Quod factum
diuinæ maiestati in omnem populum exa-
cerbatæ adeo complacuit, vt ei Sacerdotis
dignitatem in æternum sese daturum spo-
ponderit. Quem zelum cum accuratius in-
tueor, exprimere mihi aliquatenus zelum
CHRISTI Redemptoris nostri videtur,
quem hodiernum Euangelium magnope-

re deprædicat: cernimus quippe hic non
Eleazari, sed filium Dei vnigenitum, non i-
plum Phinees, sed Iesum Christum: honoris
& gloriæ paternæ zelo ardentem (cum non
Zambri, sed plurimos Iudeorum publice
fornicantes, aut potius magna cum ignomi-
nia templi sanctimoniam profanantes vide-
ret) furore quodam sancto agitarum, & fla-
gello è funiculis contorto, gladii loco in ma-
nus accepto, eosdem inuadere ac templo
pellere. Vt potro pro dignitate iram tuam
& furorem Domini explicare possimus, san-
cti Spiritus auxilium, per tuas ò gloriosa
Virgo preces enixè postulandum est, quare
vnanimes legamus;

AVE MARIA.

Non recte, mea quidem sententia, opina-
ti sunt Stoici, cum magnanimum aliquem Dicebant,
& omnibus numeris absolutum virum Stoici
exprimere cupientes, eundem DEVM Deū nun-
quendam appellare non sunt veriti: & quam ira-
dum in summum illud Numen, æter-
num illum Spiritum, amorem quidem &
pietatem clementiamque non vero iram,
furorem & vindictæ appetitum cadere pos-
se asseruerunt; Si enim inquebant, Deus
mutari non possit, & nullis affectibus mo-
ueatur, si denique Ensest vnde quaque per-
fectissimum: quis tanta futurus est impu-
dentia, vt affectibus prauis, passionibusque
quæ inter peccata mortalia etiam locum
occupant, vt est ira, & excandescencia,
dicat concuti & commoueri? Modeste, ac
nequid nimis, ò Philosophi, non attigi-
stis, mihi credite, scopum: at ipsi Prophe-
tæ melius rem attigerunt, & videntes vi-
derunt multo vobis acutius, cum scilicet
oculos Dei ira flammantes, & eius faciem
furore concitatam toties nobis descripse-
runt.

Multo profundius ac verius Moses phi-
losofharus est, cum Deum velut iratum *Exod. 32.*
alloquens, his eum verbis compellauit:
Quiescat ira tua, & esto placabilis super ne- *Psal. 4.*
quitia populi tui. Melius quoque Psalmista,
dum ait: *Domine, ne in furore tuo arguas me.* *Zach. 1.*
Et Propheta Zacharias: *Effunde iram tuam*
Ecc 2 in gen.

in gentes. Tu vero Paule Apostole, quid ais? cuius opinionis es? an Stoicorum dogma sequeris? audebisne dicere Deum irasci non posse? nequaquam, sed nostra ille sententia accedit: *Reuelatur, inquit, ira Dei in caelo.*

Rom. 1. Quid autem, an non manifestum irae argumentum ac vehementis furoris signum est, ob vnicum peccatum angelos caelo, *Gen. 3.*

Gen. 7. Adam cum posteris Paradiso terrestri pellere? quadraginta diebus & totidem noctibus pluuiae habenas laxasse, & omnes aquarum cataractas referasse, omnis vt terrae superficies sub aquis natitaret, an non euidentis, & apertum ingentis passionis indicium? *Gen. 19.*

Sulphureum & igneum imbrem in quinque florentissimas Palaestinae Syriaeque ciuitates, magno impetu vehementiaque immisisse, eaque in fauillam & cineres redegegisse, nonne vobis iram quandam horrendam redolere videtur? an non iram sapit & furorem, tot hominum millia rubri maris aquis immeruisse, & in filios Israel ignitos serpentes immisisse?

Exod. 14. Non igitur recte, nisi quid iudicans fallor, o Stoici, a Deo flammam irae exclusistis, eumque procul a passionum motibus abesse dixistis: cum enim animo mecum perpendo, cum ob vnicum delictum tam grauius in dilectissimum sibi regem eiusque regnum animaduertisse, vt septuaginta subditorum millia peste & contagione lethali abstulerit: credere non possum, aut in animum vlla ratione admittere, quin hic saltem aliqua Dei aduersus populum suum ira fuerit. *Num. 21.*

Quid? quando Angelum Dei iussu stricto mucrone in castris Assyriorum volitantem, ac centum octoginta hominum millia vna nocte prosternentem, ac castra natantia sanguine & caede contemplor: deinde quando omnes Aegyptiorum primogenitos ac eius mandatum vna nocte commorientes intueor: denique quando ob vnum idololatriae peccatum populum Israel in captiuitatem, modo in Assyriam, modo in Babylonem abduci contemplor, tot mihi irae argumenta & signa videre videor, aut sane nulla profus ira potest reperiri.

1. Reg. 24. Verum veteribus hisce historiis relictis, ad Euangelium veniamus, in quo nouum iracundiae signum, & euidentis vehementis furoris indicium habebimus, cui simile Deus vix vniquam demonstrasse legitur. Alcedens quippe hodie in templum Salomonis, & repertis in eo eumentibus, & vendentibus, qui locum illum, omni cultu ac reuerentia dignum, indignis negotiationibus ac commerciis polluebant, tantum irae indignationisque concepit, adeoque commotus est, vt facto e funiculis flagello, eos seueri vultu castigaret, templo eiecerit, & mentas eorum euerterit: *Cepit flagellum de funiculis, & eiecit eumentes & vendentes de templo, &c.*

Exod. 11. Quando hunc Domini furorem inspicio, videre mihi Sampsonem illum, videor, qui cum Philisthaeos idolis immolantes, inque diuinam maiestatem peccantes cerneret, iracundia & furore commotus, accepta asinae mandibula, mille ex iis prostrauit. Et sane non minus mirandum est, quod Sampson noster Christus hodie in templo agit; cum accepto in manus flagello, Phariseos templi sui honorem violantes, ira & furore commotus, eodem expellit. Historiam Ioannes describit: *Prope erat Pascha Iudaorum, & ascendit Iesus Ierosolymam, & inuenit in templo vendentes, &c.* Quod argumentum vt scite & ordine tractare possimus, primo templum ingrediamur, ac deinde ad negotiatores orationem conuertamus.

4. Reg. 18. Quod ad primum igitur attinet, per vocem, Templum, vt plurimum materialem templi fabricam intelligimus, locum scilicet adorationi & cultui diuino destinatum, locum in quo Deum adoramus, Sanctos inuocamus, imagines veneramus, verbum Dei audimus, ac Sacramenta percipimus: locum inquam, quem haeretici horrent, & fideles honorant: locum quem Sathan demoliri & destruere, Deus construere & conseruare conatur.

O maligne Spiritus contradictionis, nefande, inquam, haeretice, qui a primo ortus tui tempore bellum sacris hisce templis, locisque piis indixisti, quotidieque in iis destruendis & euerendis elaboras, ad quid, obsecro, dicis: Semirutis ingemiscant templa rectis, & *las/ra*

ad Euangelium veniamus, in quo nouum iracundiae signum, & euidentis vehementis furoris indicium habebimus, cui simile Deus vix vniquam demonstrasse legitur. Alcedens quippe hodie in templum Salomonis, & repertis in eo eumentibus, & vendentibus, qui locum illum, omni cultu ac reuerentia dignum, indignis negotiationibus ac commerciis polluebant, tantum irae indignationisque concepit, adeoque commotus est, vt facto e funiculis flagello, eos seueri vultu castigaret, templo eiecerit, & mentas eorum euerterit: *Cepit flagellum de funiculis, & eiecit eumentes & vendentes de templo, &c.*

Quando hunc Domini furorem inspicio, videre mihi Sampsonem illum, videor, qui cum Philisthaeos idolis immolantes, inque diuinam maiestatem peccantes cerneret, iracundia & furore commotus, accepta asinae mandibula, mille ex iis prostrauit. Et sane non minus mirandum est, quod Sampson noster Christus hodie in templo agit; cum accepto in manus flagello, Phariseos templi sui honorem violantes, ira & furore commotus, eodem expellit. Historiam Ioannes describit: *Prope erat Pascha Iudaorum, & ascendit Iesus Ierosolymam, & inuenit in templo vendentes, &c.* Quod argumentum vt scite & ordine tractare possimus, primo templum ingrediamur, ac deinde ad negotiatores orationem conuertamus.

Quod ad primum igitur attinet, per vocem, Templum, vt plurimum materialem templi fabricam intelligimus, locum scilicet adorationi & cultui diuino destinatum, locum in quo Deum adoramus, Sanctos inuocamus, imagines veneramus, verbum Dei audimus, ac Sacramenta percipimus: locum inquam, quem haeretici horrent, & fideles honorant: locum quem Sathan demoliri & destruere, Deus construere & conseruare conatur.

O maligne Spiritus contradictionis, nefande, inquam, haeretice, qui a primo ortus tui tempore bellum sacris hisce templis, locisque piis indixisti, quotidieque in iis destruendis & euerendis elaboras, ad quid, obsecro, dicis: Semirutis ingemiscant templa rectis, & *las/ra*

Iud. 11.

Quid sit
pla signi-
ficent.

II.

— *la; sis ingentia muris*

Saxa iacent:

Hieron.
Deus
semper
loca ha-
bere vo-
luit in
quibus
adorare-
tur.

Ipse namque Deus ubique est, & ubique lo-
corum potest adorari? Concedo, & tecum
sentio: at non vides eum, præterquam quod
omnia maiestate sua compleat & occupet
(quod Dei solius est, eo quod infinitum cns-
existat, qui ait: *cælum & terram ego impleo,*)
& præterquam quod etiam in locis, quæ mē-
te secundum Philosophos finguntur, habi-
tet; semper tamen loca quadam singularia,
cultui suo dedicata delegisse, quibus inuo-
cetur, exaudiretur, & mirabilia sua opera
ederet.

Erat quidem Deus, antequam carnem in-
duceret, ubique locorum, & quatuor mundi
plagas maiestate sua implebat; sacrum tamē
Virginis uterum subire non est dignatus,
in eoque sublime illud incarnationis myste-
rium, omnium miraculorū maximum per-
agere. Unde merito mihi canere Ecclesia vi-
detur,

— *quem totus non capit orbis,
in tua seclusit viscera, factus homo.*

Ad eundem modum anima in toto qui-
dem corpore habitat, inque omnibus eius
partibus operatur & agit, idque eo prorsus
modo quo Deus in toto mundo est & ope-
ratur. Est scilicet secundum Philosophos, to-
ta in toto corpore, & tota in qualibet corpo-
ris parte, & tamen in parte vna nobiliores
effectus producit, quam in alia: quod enim
in cerebro agit, multo nobilius est eo quod
in talis & in pedis planta. Ita quoque Deus
ubique & per totum terrarum orbem opera-
tur & habitat, vel, prout Theologi loquun-
tur, est ubique per essentiam, præsentiam, &
potentiam. Et fieri non potest Domine, ai-
ebat David, vt à facie tua & vultu me abscon-
dam, qui vtrumque polū perlustras & per-
spicis; nam, *Si ascendero in cælum, tu illic es, si
descendero in infernum, ades: adeo vt ubique
sis; in templis tamē sublimiori quodam mo-
do es & longe eminentiori: in quibus te ad-
orabo, inuocabo, & peculiari ratione colam:*
*Adorabo ad templum sanctum tuum, & consie-
bor nomini tuo.*

Lucida illa Solis fax vniuersum mundi or-

biumque cælestium ambitum quotidie per-
Sol cōfer-
currens, ac quatuor mundi plagas singulis tur cunt
diebus lustrans, superius quidem in cælo Deo.
cæteris stellis, in mundo vero rebus inferioribus,
lumen suum communicat; nunquam
tamen Zodiacum, in quo duodecim cælo-
rum signa continentur, egreditur, & ex illo
influxus suos in res inferiores emittit; ac
quemadmodum Sol ille Creatoris sui figura
est, ita quoque eiusdem actiones imitatur.
Nam quamuis ingens ille Sol iustitiæ Deus
tum Angelos, qui in stellis cæli adumbran-
tur, tum etiam homines, qui per hæc infe-
riora representantur, gratiarum suarum in-
fluxum participes reddat; tamen vt pluri-
mum in templis, velut intra suum Zodia-
cum, in quibus duodecim Apostoli instar
duodecim signorum sunt, reperitur, in qui-
bus supernaturales gratiarum influxus com-
municat, quæ nobis per Sacramentorum de-
inde motum applicantur.

Sæpius ipse mecum, sacras Scripturas vo-
Conce-
larando, demiratus sum, cur omnia penè o-
ptus.

pera, quæ aliqua ratione cæteris antecelle-
re, ac præstare videntur, semper in rupibus
aut in montium summitatibus peracta sint.

In monte Sinai tabulæ legis datæ sunt, in *Exod. 19:*
monte Oliueti Transfiguratio Christi con- *Matth. 17:*
tigit; & in monte Caluarie Christus mori- *Matth. 28.*
ens expirauit: ubique reperimus montes, v-
bique rupes & petras, ubique præfagia su-
per petras illas Simonis Petri, & in templis
quæ instar montium eleuata sunt, Deum
mirabilia sua cernimus operari. Ecece ma-
nifestam eiusce rei rationem. Dicite, quæso, Ostendi-
vos templorum eueriores & destructores, tur, Deū
an non æque Deus temporum Dominus est in loco a-
ac locorum: & tamen homines obligare no-
liquo cer-
luit, vt eum omni hora & nullo non tem-
pore adorarent, præterquam die Dominica: velle.
atque ita in Exodo scriptum legimus: *Sex-
dibus operaberis & facies omnia opera tua, se-
prima autem die; Sabbatum Domini tui est.*

Cum igitur Deus ex omni hac temporis vni-
uersitate certos quosdam dies sibi delegerit,
quibus adoretur; cur non ex omnibus
mundi adeo late parentis locis, templa sibi
singulari quadam ratione delegit, in quibus
adoretur.

Ecc 31

Ecce:

Ostenditur Ecce & alias rationes. Licet omnes omnium idiplum no proles Deo, veluti Creatori, dicari & con- & aliis ra- seclari debeant; in Exodo tamē voluit Deus tionibus. primogenitos sibi peculiariter offerri: an non

Exod. 13.

Psal. 23.

hoc iudicium est, licet ad Deum totus terrarum orbis spectet, quia *Domini est terra & plenitudo eius*. templa tamen ei & loca quaedam particularia, quae cultui eius dedicentur, esse erigenda. Deinde si satis sit, Deum ubiq; locorum colere & adorare, cur vos Magi, veluti supersticiosi, de longinquis terrarum oris, ab ultimo scilicet Oriente in Bethlehem vsque properatis, ut illis Christum in stabulo repertum adoretis?

Dan. 6.

Cur tu Daniel in captiuitate Babylonica detentus, toties ad templum Hierosolymitanum absens oculos conuertisti, & ad eam partem potissimum in qua templum situm erat, orans & obsecrans manus sustulisti? *Quod cum Daniel comperisset, id est, constitutam legem, ingressus est domum suam, & fenestris apertis in coenaculo suo, contra Ierusalem, tribus temporibus in die steterat genua sua, & adorabat.* Ad quid istorum manuum extensio, & cur has precandi caeremonias adhibet?

Psal. 136.

Vos quoque Israelitae in Chaldaicam captiuitatem abducti, cur toties ad templum istud Ierolosymitanum anhelastis, si tanti sint ponderis preces in agris locisque desertis effusa? cur dixistis querentes & gemebundi? *Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion.* Vos vero gloriosi Apostoli Petre & Ioannes, cur in templum ad horam orationis non am ascendistis? Tene quoque supersticiosam appellabimus, sacratissima Virgo, ad templum, voti persoluendi, filique Deo Patri offerendi, ac munerum in purificatione tui offerendorum ergo, ascendentem? Minime genitricum; at sunt haec potius argumenta & signa manifesta, preces in templis ad Deum effusas, longe ei gratiores & acceptiores, quam eas, quae in agris, & alibi effunduntur, existerent.

Templo- rum qua- lia modo

Huc adis o templorum hostis iuratissimum, deducam te expatiatum, tibi que interambulandum demonstrabo, eadem templa,

qua modo in vsu sunt, iam a duobus annis habemus eum millibus & amplius, & eodem proflus vsu iam cultu, quo nos eadem dedicamus, in vsu fuisse. Defertur petamus, & statim in ipso eius ingressu Israelitas tabernaculo Dei iussu constituen- do occupatos reperiemus, in quo & Deum colerent, & sacrificia offerrent. Cur hunc laborem subitis, o viri, in vanum, ut aiunt haeretici, laboratis? cur non in agris & in media solitudine Deum adoratis, quare non potius in late patenti deserto holocausta & victimas vestras, quam in angusto tabernaculo, immolatis?

Inde ad terram promissionis ascendamus, & in ea Regem & Principem adeo de templo edificando sollicitum fuisse videbimus, ut dixerit: *Video quod ego habeo in domo Cedrina, & arca Dei posita est in medio pelium.* Ingrediamur deinde ipsam Ierolosymorum ciuitatem, in qua ad primum introitum Dauidem Regem templi illius augusti & splendidi fundamenta ponentem videbis: cernes, inquam, triginta hominum millia quotidie strenue operantium, ac quatuor operum praefectorum millia; ubi si tibi modo vacet, & morari velis, septem annos fabricae videbis impendi, ac tanta quidem dexteritate & industria, nullus ut mallei ictus fuerit exauditus. Quod porro Dauid templum inchoauit, ac perficere propter effusum sanguinem non potuit, quodque filius eius, pacificus Salomon, perfecit & consummauit; id ipsum paucis post annis dirutum & destructum intueberis; sed haud longo interiecto tempore exurgeret Zoro- babel, qui priores ruinas sit restauraturus, ac post eum iterum legis patriae aemulatores Machabaei.

Nimis diu Ierolosymis haesimus, egrediamur vrbe, & Apostolos per omnia mundi templa climata, & orbis plagas properantes sequamur. Videbimus Marthaeum templum in Aegypto, Ioannem Ephesi, Bartholomaeum apud Iudaeos edificantem. At dices vnde haec hausisti, vnde haec nosti? Ecce testem habeo Abdiam Babylonium, Apostolorum aequalem, qui eodem cum illis vixit tempore; Eusebium quoque Caesariensem, qui & addit, temporibus suis, imperio scilicet Imperatoris Claudij,

Claudii, omni pœne loco templa Chriftianorum fuisse, ac loca oratione destinata. Tranſeamus deinde Antiochiam, vbi à S. Luca templum ex præſcripto Apoſtolorum Petri & Andree cõſtrui cernes. At in reditu Romam orbis caput tranſire nefas erit, vbi innumera propemodum templa extrui videbimus. Sic enim S. Balbina ad inſtantiam Alexandri Pontificis, Eccleſiam S. Petri ad vincula conſtruit; Helena quoque Magni Conſtantini matre, inſinitas propemodum ibidem ædificat bæſilicas.

Hinc te haud procul Rupella tua deducã, quo loco te in memoriam reuocare velim; quid olim in eius agro peractum ſit. Conſule antiquitatem, euolue hiftorias, ac vetera monumenta perſerutare, ac tum demum vide, num & apud vos vnquam templa ſacra exiſterint. Et ſane, ſi te quærere & indagati non pigeat, repeſies iam à mille quingentis annis, S. Martialem, Apoſtolorum diſcipulum; & Aquitania Apoſtolum; primam faciem, quæ tibi fidei lumen ſuppeditauit, ò Gallia; primum tuum Apoſtolum, ò Aquitania, cuius doctrinam & miracula reuerentis; primum fidei apud vos fundatorem, ò Lemouices (felices inquam tam magno & præclaro patrono, tutore, cuſtode & conſeruatore Lemouices; in cuius honorem templa erecta, & cuius reliquias habetis;) repeſies inquam, ò ſanctorum ſanctarumq; Eccleſiarum hoſtis, glorioſum hunc virum, Burdegalenſes Epiftoſis adhortari & incitare, vt in beatiffimi Protomartyris Stephani honorem templum ædificent. Viden igitur quam vetus & antiqua templorum apud Chriftianos ſit memoria? agnoſciſne & cognofcis eadem iam inde ab Apoſtolorum temporibus nota fuiſſe? Sane ſi ipſæ turres, ſi murorum ambitus, ipſa campanilium cacumina, quæ pluribus in Gallie noſtræ locis adhuc exiſtare conſpicimus, loqui poſſent: ipſa tibi ſuæ fundationis inſtitia; hæc quidem iam ab annis mille, illa etiam longe vltcrius, acceſſerent.

X Concil. Si hæc tibi forſan antiquitatis memoria in quib. de non arrideat, decem tibi Concilia proferam templis ſit quæ te conſutabunt, & quæ cum templo. mentio. num meminerint, cum templa velut loca

quædam ſacra, & res quafdam ſanctas, in honore habenda eſſe vnanimi conſenſu aſſerant, errorem tuum coarguent. Ecce tibi hæc eadem ad oculum depromam; Concilium Pariſienſe ſub Ludouico & Lothario regibus: Concilium Aurelianenſe primum & quartum, Matisconenſe, Anriſiodorenſe, Aqueſe, Herdenſe, Toleranum duodecimum, Gangenſe, & Arauſcanum. Omnia hæc templorum honorem & cultum præcipiunt eorumque vſum approbant & indicunt: *Si quis uerum Dei docet contemptibilem eſſe debere: anathema ſit.*

An non igitur merito templa defendimus, eorumque cultum auctum & propugnatum imus? tu vero hæretice quam te ſacrilegum & proſtigatæ audaciæ oſtendis, cum eadem demoliri & euertere ſtudes. Interroga patres tuos & dicent tibi, pere ab omnibus omnino hominibus, quantum temporis interfluxerit, ex quo in vſu eſſe cœperint: & dicent tam antiquam eorum memoriam eſſe, vt cum ipſis hominibus cœperint: & tam diu duratura, vt cum mundo finienda ſint. Denique vt hic finem faciam, aperi hodie oculos hæretice, accede ad Euangelium, & videbis ipſum Chriſtum Dominum accepto flagello, iniuriam & contumeliam, quæ templo ſuo irrogabatur, vindicaſſe, & euentes ac vendentes templo exegiſſe. Quid hic audio Euangelifta: *Tantane animi caluſtus ira?*

Quoſnam vero, vt ad alterum concioniſ membrum deſcendamus, hos vendentes & ementes eſſe dicemus? quinam hi negotiatores & nummularii, qui in templo diſtrahunt & coemunt? Dicere poſſumus, per eodem rerum ſpiritualium mercatores, beneficiorum proxenetas & diſtractores, Prioratum Abbatiarumq; inuaſores, deſignari. Hi ſunt namq; qui domum Domini ſpeluncam latronum, ac prædarum receptaculum conſtituunt; denique paucis vt complectat, per hos ipſos Simoniaci adumbrantur. Hi ſunt namque noui illi Philiftæi, qui arcam Domini exercituum, & idolum Dagon ſub eodem tecto collocare geſtiunt: qui templum ad orandum deſtinatum, in perillyium mercantium conuertunt, auaritiæ ſuæ Idolum.

IV.
Qui perem-
mentes &
vendent
intelligantur.

2. Reg. 3.

Ioel. 3.
Dan. 3.

Idolum iuxta arcam humanitatis Christi constituere satagentes. Hi sunt Tyrii & Sidonii illi, Babylonii illi, qui templa prophanant, violant, diripiunt ac deuantant, de quibus Ioel Propheta: *Argentum meum & aurum culistis cito, velociter reddam vicissitudinem.* Hi sunt scelerati illi Nabuchodonosores, idolorum cultores, qui postquam plurima templa euerterint, ac multa beneficia distraxerint, in bestias commutati sunt, & instar bestiarum ad inferos quoque deturbantur.

1. Mach. 3.

Eiecit vendentes & ementes. O Simoniaci, vos estis impii hi negotiatores & mercatores: vos estis impii illi Balthasari, qui Ecclesiae opes diripiendo, nec vasa modo sacra, verum etiam ipsa beneficia depradando, eademque cum concubinis vestris dissipando ac decoquendo, sapius meritis & dignas direptionum vestrarum poenas perfoluistis. Veniat, obsecro, vobis in memoriam impij illius Heliodori, qui cum sacros templi thesauros, pecuniasq; depositas sacrilega manu auferre moliretur, tam insignes ab Angelo inflictae poenas dedit, vt pane exspiraret. Vos igitur Angeli templorum nostrorum protectores, & tutores estis. Ecce Angeli rebelles, caelo; gulosi Adae, Paradiso; traditores Iudae, Apostolatu; peccatores Ionae, nauis; corui, arca; & hodie sacrilegi mercatores, templo eiectione sunt. *Eiecit vendentes & ementes.*

O infelices Ecclesiastici, tamne tristem vobis casum imminere, tantum vobis accidere infortunium, vt vos e templo eiiciendi sitis, qui alios eiusdem introitu arcere conuenistis, & ipsos etiam Demones expelleretantane vobis ignominia euenire, vt vos templo sitis eliminandi, qui eiusdem ianitores estis, qui clauis eiusdem geritis, tanta inquam potestatis clauis vt Ecclesiam, regnum caeleste, & simul infernum referare atque obserare queant? Vestrae auaritia, vestrae Simoniae, vestrae hypocrisis Christum hodie ad iracundiam prouocant, vt vobis dicere necesse habuerit. *Vos fecistis illam speluncam latronum:* ac si diceret. Vosego Ecclesiastici, vos beneficiarii in templo meo constitueram, sperans fore vt ex eo domum

orationis, domum pietatis, ac domum sanctitatis faceretis, & ecce vice versa in speluncam, & receptaculum latronum, praedonum ac direptorum eam conuertistis, & omnia latrocinii praedique infamia sunt.

Reuera ita se res habet Domine: eheu quor latrones e templo tuo egressi sunt, qua multi praedones e monasteriis prodierunt: Arius, Eutyches, Montanus, Berengarius, Lutherus, Oecolampadius, Caluinus, alijque plurimi in templo tuo latrocinia exercuerunt, & ecce omnes aut Monachi, aut saltem Sacerdotes & Ecclesiastici fuere. Eheu qua sacrilegi hi negotiatores erant? imo vero praedonum & latronum Principes, atq; illos omnes Domine templo expulisti. *Eiecit vendentes & ementes.* Non vendebant hi minutim ipsa beneficia aut Ordines, vt hodie Simoniaci facere consueuerunt, sed instar mercatorum maiorum totam simul Ecclesiam diuendebant. O sacrilegos, ac praedonum Principes! Vendebant hi mysterium SS. Trinitatis, vt Ariani; illi incarnationem Christi inuadebant, vt Nestoriani; alii vero recentiores diripere sacras imagines, calices, Sacramenta, Sanctos, Vota, Monasteria, ieiunia, vt Lutherani & Caluinistae: de quibus merito Dominus dicere potuisset: *Vos fecistis illam speluncam latronum.*

Iam vero, o Sacerdotes, & Ecclesiastici, vt ad propositum redeamus, ne quae so amplius Deum ad iracundiam prouocetis, ne ue illi materiam & occasionem detis, quo vos flagello e funiculis contorto, templo suo exigat. Sit vita vestra honesta, nemini vllum scandalum dando. At recordemini vos esse lumen mundi, ac sidera Ecclesiae, Episcopos vero ipsos planetas, Pontificem ac caput Ecclesiae, Solem. Sidera igitur & stellas imitemini, quae in firmamento quidem semper micant, ac nunquam eclipsim patiuntur: ita & vos bono exemplo vitaeque honestate semper alijs praelucete, ac nunquam scandalo aliquo deliquium pariamini. Tanta namque vestra dignitas est ac sublimitas, vt ipsam Angelorum multis partibus antecedit. Hinc S. Franciscus citius sese honorem Sacerdoti; quam Angelo si eodem sibi tempore occurrerent, exhibiturum aiebat.

S. Anto.

Quanta
sit Sacre-
dorum
dignitas

S. Antonius quotiescunq; Sacerdotem obuium haberet; in genua coram eo prouolutus, benedictionem ab eo efflagitabat. Magnus ille Imperator Constantinus in Nicæna Synodo Sacerdotes Patronos & Patres nuncupabat. Imperator Theodosius ad pedes S. Ambrosii Sacerdotis & Episcopi prouolutus obnixè ab excommunicatione per eum absolui petiit. Orbis illud flagellum & Italiae terror Attila, Hunnorum Rex, quo vix vllus vnquam immanior aut crudelior extitit, cum in conspectum Leonis Papæ totiusque Cleri Romani, qui ei imminentes Italiae calamitates commiserati occurrerant venisset, tacita quadam in viro sancto elucente maiestate perterritus, arma deposuit, ac iussa sese facturum spopondit.

Quamobrem Sacerdotes, quos Dominus in templo constituit, vt ex eo domum orationis faceretis, hæc ipsa templa honorate, in ijs debitum Deo cultum exhibete; nolite ea hypocritarum & Simoniacorum domum constituere; sed domum bonorum ac fidelium ministrorum, vt aliquando audire mereamini: *Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fusti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium.*

Ecce, Domine Iesu Christe, hodierna tibi die profiteamur, zelum domus tuæ nos comedisse, & promittimus nihil tantæ nobis curæ fore, quam Ecclesiæ tuæ honorem, templorum cultum, & nominis tui gloriam, ac perpetuum in tuo obsequio affectum: ad hoc vnum contendemus, hoc vnum spirabimus. Deinde tanta diligentia, ac tam accurate munus nostrum, ad quod te donante vocati sumus, explebimus, vt nullam vnquam irascendi occasionem daturi simus, qua nos è templo tuo exigere possis. Ipsa nos prius opprimat mors, quam loca hæc sacra profanemus, quam aliquid in ijs aut diendamus aut emamus: mille potius mortis genera ingruant, quam in ijs Simoniam committere, & hypocrisis aut fucatam pietatē fouere præsumamus. Ecce promittimus ac vouemus Domine, fidele tibi hic obsequiū nos exhibituros, quo, sicut boni ac fideles serui Ecclesiæ militatē egressi sumus, aliquā

Tom. I. Bessai Quadrag.

do in ipsa triumphante conspiciere te mereamur. Amen.

FERIA III. POST DOM. IV.
QVADRAGESIMÆ.

Partitio.

- I. De Inuidia.
- II. De Doctrina Christiana Isagoga.
- III. De legibus Christiana admirabili præstantia.
- IV. De scientia Christi.

Iam die festo mediante, ascendit Iesus in templum & docebat, & mirabantur Iudæi, dicentes: Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit? Ioan. 7.

FIGURA.

REGINA Saba ab extremi orbis partibus ^{1. Reg. 10.} multo comitatu, ac multis nobilibus & Principibus stipata, Hierosolymam ad sapientiam Salomonis audiendam cum venisset, ea audita, ac visa eius magnificentia & splendore, adeo obstupuit, vt extra se raptam, & vltra spiritum non habens dixerit: *Beati viri & beati serui tui hi, qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam.* Attollite oculos, Auditores, ac videte synagogam illam nationum omnium reginam, per Prophetas scilicet ita nuncupatam, ab extremis Iudææ finibus, magna nobilium, Scribarum, Phariseorum, summorumque Pontificum stipatam multitudine in templum prodeuntem; & audita non sapientia Salomonis, sed doctrina & prædicatione Iesu Christi, præ stupore extra sese raptam, adeo, vt præ admiratione dixerit: *Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit?* Nonne id optime cum figura videri coincidere? Est hoc hodierni Euangelij subiectum, de quo, vt aliquid ad maiorem Dei gloriam, vestrumque omnium solatium dicere possimus, ad Spiritus sancti subsidium ac solitum Deiparæ Virginis patrocinium confugiamus, dicentes:

AVE MARIA.

fff

Roga-

Anachar-
is dictū.

Rogatus olim Anacharsis Scythia philo-
sophus, cur toties homines tristitia affice-
rentur, ait: id non aliunde, quam ab inuidia
proficisci; dolent enim & tristantur, cum a-
lios late & prospere agere vident, & virtu-
tes in ijs percipiunt, quas sibi deesse sciunt;
adeo, vt tantum de alienis virtutibus, quan-
tum de suis sceleribus doleant. Et sane ipsa
inuidia pestis est, quæ vt plurimum Virtu-
tes, felicitatem, ac benefacta comitatur:

Menox. li.
5 sent. de
summo bo-
no serm. 38.

Quibus prospere res succedunt, contingit oriri
primo amulationem, deinde inuidiam. Iisdem
pæne verbis Isidorus: *Nulla est virtus, qua
non habeat contrarium inuidia malum.* Quod
Stobæus egregia similitudine declarat. Quæ-
admodum eos, qui in Solis lumine ambu-
lant, semper umbra sequitur, ad eundem
modum eos, qui ad gloriam aspirant, inui-
diæ æstrum comitari consuevit. *Iter faci-
entem per solem necessario comitatur umbra:
incedentis vero per gloriam comes est inuidia.*

Apoth.
Themis-
toclis.

Hinc magno illo Atheniensiu duce de The-
mistocle refert Plutarchus, eum in iu-
uentute dicere solere, scire se ac perse-
ctum habere, actiones suas non famam me-
reri, cum ipsa nondum eas inuidia comita-
retur.

Apo. 12.

Hinc non immerito quidam inuidiam
Antagonistam fortunatorum appellabat.
Equidem cum dracone illo, de quo in Apo-
calypsi, non immerito eam posse compara-
re videor, qui cauda stellas è cælo trahebat:
Ipsa namque inuidia caudæ suæ veneno vir-
tutes, quæ instar siderum in anima cellu-
cent, inficere & euellere contendit, earum-
que lumen extinguere aut saltem offuscare
nititur. Quot pestilens illa Megeira tragæ-
dias, quot turbas vbique excitauit? Ecce
in cælo Angelos ad seditionem conceitat,
& aduersus diuinitatem conspirare cogit.

Gen. 4.

Vix quoque illa Averno prodierat, quin
statim mundi primogenitum Cain exti-
mulat, vt necem fratri machinetur! Eadem

Gen. 37.

hæc pestis filios Iacob inuasit, & decem fra-
tres in Ioseph paruulum armauit. Eadem in-
ter Iacob & Esau in matris utero adhuc la-
titantes orta, vtrumque ad prælium com-
mouit, vt sese mutuo calcibus impetierint.

Gen. 25.

Eadem inter Dauidem & Saulem, generum
& foerum surrexit, & sane nunquam ali-
quis tot prælia vidit vel audiuit, quot ab vna
inuidia promanarunt. O multorum malo-
rum parens inuidia, quot ruinas & extria in
mundo produxisti: tu mortem ô infelix ma-
ter peperisti, tu peccatum in mundum in-
uexisti; sed cur non potius abortum fecisti?
*Inuidia nempe diaboli mors intravit in orbem
terrarum.* Tu quoque es scelerata illa vipera,
quæ matrem, quæ te produxit, ineca: tu
mordax illa rubigo, quæ eum in quo habi-
tas erodis: tu virulenta illa aranea, quæ que-
quid attigeris in lethale virus commutat.

Dixit olim quidam, & sane non inelegan-
ter, tria in mundo reperiri, quæ res altissimas
semper & eminentissimas impetere consue-
uerunt: ventum scilicet, fulmen, & inuidiam;
quod egregie Poeta nescio quis conuertit,
dicens:

Summa petit liuor, perflant altissima venti, Eliano
Summa petunt dextra fulmina missa Iouis, Lactantio

Venti scilicet arbores proceras aggrediun-
tur, fulmina cæli turrium cacumina, in-
uidia vero virtutes heroicas. Vnde & a-
lius.

*— nec magnas patiens exurgere laudes,
Inuidia.*

Hinc in Alexandro Macedone, veluti rem-
tanto Rege indignissimam, ac magnam in-
uidiæ eius argumentum, obseruat Aelia-
nus, tres eum præcipue è ducibus odio esse
profecutum: Perdicam scilicet, quod æquo
esset bellicosior, Lysimachum quod militiæ
peritus, & optimi ducis munere optime
fungeretur. Antigonum vero quod splendi-
dus esset, ac regium fastum indueret. Verû
relictis hisce Ethnicis, qui veram inuidiæ &
liuoris imaginem intueri desiderat, expres-
sam illam in Pharisæorum hic animis repe-
riet, qui iniquo semper oculo, & inuidiæ li-
uore suffuso, Christi miracula intuiti sunt,
& immortalium odio persecuti. Hinc in
hodierno Euangelio interrogant: *Quomodo
hic literas scit cum non didicerit?* O inui-
diam, ô liuorem, ô æmulationis pestem!
Nos vero primo Christi doctrinam, quam
illi tantopere æmulati sunt, excutiamus.
âcin-

deinde de eiusdem ingenio scientiaque lo-
quemur.

Legisla-
torum ve-
retum do-
ctrinaEu-
angelica
miraculis
confirma-
tur.
Exod. 19.

Principio igitur dicimus, doctrinam qua
Christus caelo arulit, hoc ipsum Euange-
lium esse, quod vobis hodie annuntiamus,
Lycurgus novas leges Lacedaemoniis scri-
psit, Solon Atheniensibus, Zalcueus Lo-
crensibus, Numa Romanis, at hodie Chri-
stus Christianos edocet, ipse est, qui Ecce-
lesiae ac toti mundo leges, easque recentes, &
nunquam auditas promulgat. Praelecta est
haec doctrina olim in monte Sinai, cum
ventorum procellarumque turbine, cum tuba-
rum clangore, ac fulgurum sonitu, quae
omnia doctrinam hanc vere admirabilem
futuram ostendebant: eam deinde Christus
in natiuitate, vitae serie, morte ac resurre-
ctione, miraculis prodigiosisque operibus
confirmavit: *Cæci vident, claudi ambulant,
mortui resurgunt.* Ipse quoque Paraclerus Spi-
ritus nouis eam postea miraculis stabilivit;
quippe qui caelo descendit, eius ut rector &
director foret, & ipsos Apostolos, doctrinae
huius praecones futuros, erudiret. Scri-
ptum est enim: *Spiritus sanctus docebit vos omnia.*

Matth. 11.
Ioan. 14.

Ipsi vero Apostoli sub tam egregio Prae-
sidente Doctores facti, eandem docuerunt, pro-
mulgarunt, ac per totum terrarum Orbem
praedicarunt, semper plurimis miraculis in
eius confirmationem patratis. Et sane in-
gens miraculum est mirabilem hanc doctri-
nam semper miraculis comitantibus incre-
mentum sumpsisse. Quod mihi quadantenus
in eo expressum videtur, quod in arca Testa-
mentum. tabulae legis semper cum virga Moysis
asseruarentur: ad significandum, in Ecclesia,
quae vere arca est, legem Euangelicam nun-
quam progressum facturam, nisi ipsa miracula
miraculorum operatrix, nisi ipsa miracula
eam semper comitarentur.

Figura.
Iud. 1.

Ecce & aliam figuram, Muri & propugna-
cula Iericho, quae armis expugnari non po-
terant, ad primum tubarum Israelitarum
clangorem confestim conciderunt; quo de-
notabatur, muros & valla idololatriae, ac
sublimia illa superborum fastigia, quae per
veteris legis vigorem & fortitudinem euin-
ci non poterant, ad tubarum Apostolicarum

sonitum, ad primam sanctae illius doctrinae
vocem, prosternenda, & euerrenda.

Vere igitur haec doctrina admirabilis est,
quippe quae vniuersum terrarum Orbem
peruasit, quae ab omnibus hominibus rece-
pta, & ab omnibus vniuersitatibus & scholis
approbata est. Apollo, S. Paulus, Gamaliel,
Ioseph ab Arimathia, quatuor Iudaicae legis
Doctores, eam synagogae nomine compro-
barunt: Hierotheus, Dionysius, Iustinus,
Philosophi Platonici, ei velut dignae, Aca-
demiae Atheniensis nomine, subscripserunt:
Quadratus, Agrippa, S. Marcus & Lucas ma-
gna sane lumina, virique magni medicorum
nomine eam receperunt: S. Ignatius, Timo-
theus, Titus, & Barnabas viri omni literarum
scientia excultrissimi eam laudarunt, lauda-
tamque in Cypro per omnes Africae oras dis-
seminarunt: Imper. Constant. Imperii Rom.
nomine & Clodoueus Rex Galliarum, eam
dignam quae reciperetur, iudicarunt. Per om-
nia denique tribunalia & subsellia magni
illius Parlamenti, mundi scilicet, vera & ge-
nuina iudicata est: in Africa, Asia, Eutopa,
America, apud Antipodes, in Monarchia
Graecorum, Persarum, Assyriorum, & Ro-
manorum, inter Iudaeos, in medio Gentiliu
& Ethnicoru, quin & apud Barbaros. Quod
vero omnem admiratione superat, est, quod
eius auctor, institutor, ac promulgator in om-
nium conspectu inter duos nefarios latro-
nes in ignominiosa Cruce, saturatus oppro-
briis ac magna cum infamia fuerit suspen-
sus, & in eadem mortuus: quod duodecim
tantum discipulos habuerit, viles piscato-
res, qui eandem disseminarunt, eiusque ratio-
nem coram omnibus mundi Academiis iudi-
cumque subellijs, apud omnes Philosophos
reddiderunt, ac per omnes mundi angulos
fundarunt: nam *in omnem terram exiit sonus
eorum.* Quibus tamen non obstantibus, tan-
tum breuissimo temporis spatio incremen-
tum sumpsit, ut vtrumque polum omnis sui
fama impleuerit, ac mille sexcentis ipsis an-
nis durauerit.

Vere igitur doctrina admirabilis est, qua
nulla vnquam in mundo aut praeclearior, aut
diuturnior extiterit, doctrina, inquam, cuius
praestantia verbis nequit explicari: cuius obie-

III.
Doctrina
Iesu Chri-
sti vbique
terrarum
recepta
est.

Psal. 18.

Obiectu
principia
& pprie-
tates legis
Euangeli-
cae.

ctum est omne bonum, amare Deum & proximum: cuius principia sunt fides, spes, charitas: cuius proprietates sunt, credere Deum iustissimum, septem in Ecclesia Sacramenta esse, agendam poenitentiam, confessionem peccatorum esse pernecessariam, quadragesimam ieiunium seruandum, non committendam fornicationem, dandas eleemosynas, pro peccatis satisfaciendum, diligendos inimicos, aliasque res propemodum infinitas. Doctrina, inquam, ad quam velut ad principium, omnes aliae scientiae & doctrinae referuntur: doctrina, quae abstrahit ab omni materia singulari, sensibili, & intelligibili. Per eam namque voluptates, delitiae, vanitatesque quae sunt in materia sensibili, prohibentur. Docet illa amorem erga nos ipsos esse exuendum, non esse personarum acceptiorem faciendam: & hoc quidem in materia singulari. Docet eadem sublimia quaedam mysteria, modo de SS. Trinitate, modo de incarnatione Christi, quae res adeo purae sunt, & ita ab humano ingenio secretae, vt abstrahant ab omni materia intelligibili, vt nos eadem mente comprehendere aut intelligere non valeamus.

Psal. 18.

Egregium porro de doctrina hac elogium dedit Doctor ille regius Dauid: *Lex Domini immaculata conuertens animas, testimonium Domini fidele, sapientiam praestans paruulis.* insignes profecto proprietates; in primis, quod immaculata sit, nullo errore nullaque falsitate permixta, & quod nihil fidei bonisque moribus repugnans contineat. Doctrina vero & lex Mahumetana scater erroribus Iudaeorum, plena est ineptiis, & anilibus deliramentis, Haereticorum referta est horrendis blasphemis & impietatibus sola nostra immaculata est. Scater erroribus tuus Thalmud, o Iudae: barbarissimi ac solacissimi reperiuntur in tuo Alcorano Mahumetista: errores, falsitates, ac mendacia Catechismus & Institutiones tuae continent. Calvinista: tu vero Catholice nihil praeter veritatem in Bibliis tuis reperire poteris.

Doctrina Aristotelis & Platonis: Errasti o Aristoteles, cum in libris quodam loco ais: Ex nihilo nihil fieri: item: Mundum esse ab aeterno: errores sunt, meo & omnium

saniorum iudicio grauissimi, ac cum veritate nimium quantum pugnantes. Diuini tibi cognomen veteres tribuant, quantumcumque velint. Plato, equidem dicere ausim & aliter, plurimos in scriptis tuis errores reperiri, plurimas absurditates & ineptias: vt in primis cum de idaeis ab intellectu remotis agis, quas nescio qua subtilitate excogitasti qualque sine vlla necessitate in rerum natura vis subsistere. At tu solus, Domine Iesu, in doctrina tua ne minimum quidem errasti, sed illa sincera est, vera est, immaculata est.

Omnis illa veterum Philosophorum scientia, traditiones illae Rabinorum, leges illae Arabicae, & Mahumeticae, merae sunt fabulae, ac germanae gerrae, si cum tua lege, Christe Iesu conferantur. Praeuiit mihi Dauid, dicens: *Narrauerunt mihi iniqui fabulationis, sed non vt lex tua.* Vos vero miror Mathematici: cur tantopere Euclidem vestrum miramini, ac tanti eius regulas faciatis, quarum demonstrationes adeo evidentes afferitis, vt hominem quodammodo cogant, ac mentes violenter impellant, iis vt fidem habeat, easque verissimas esse fateatur: ac nullus vnquam extiterit, qui ne latum quidem vnguem ab iisdem recedere ausus fuerit, aut falsitatis eas vel minime coargueret. Quam infinitis partibus, quam longis intervallis doctrina Iesu Christi Euclidicis regulis certior est, & admirabilior: iam 1600. anni effluxere, & amplius, & ne minimum quidem aliquis errorem, in doctrina Evangelicorum reperire potuit. Quia & ipse audacter a Iudaicae legis doctoribus petiit, vt vel minimum si possent in doctrina sua errorem ostenderent, dicens: *Quis vestrum arguet me de peccato? Quis vestrum o Rabini, o Doctores, quis vestrum o Philosophi, qui scientiae tantum innitimini vel minimum in vita defectura, vel errorem in doctrina reperiat? Lex nempe Domini immaculata est.*

Et sane ea est doctrinae Christi excellentia, & perfectio, vt si plane & integre, ad vnguem in aliqua Rep. vel regno seruaretur, ciues illius non in mundo, sed in paradiso quodam voluptatis esse se crederent. Si enim aliqua

Doctrina
Christi
conuertit
animas.

Luc. 7.

Isa. 54.

Luc. 24.

IV.

Doctrina
Christi fi-
delis est.

Luc. 16.

Ion. 2.

Dan. 13.

Esth. 7.

Isa. 14.

Dan. 4.

aliqua ciuitas foret, in qua incola Deum præ reliquis rebus amarent, ac proximum vt se ipsos, nullus alienum quid tolleret, abessent auaritia & cupiditas, omnes indigentibus & pauperibus succurrerent; an non aureum rediisse seculum aut eam Rempub. vere cœlitem iudicaremus? O igitur sacrosancta ac penitus cœlestis doctrina! Tu etiam *conuersus animas*, Turcas, inquam, & Saracenos, Iudæos & hæreticos. Et sane hæc ipsa miracula patrat, peccatores conuertit, Idolorum cultores, Simoniacos & adulteros. Vix enim Christi prædicationem audierat Maria Magdalena, quin statim relictis peccatis, ad bonam frugem redierit: nec Samaritana, quin penitentiam egerit: nec duo discipuli euntes in Emaus, quin statim oculi eorum fuerint aperti. Saluator Domine, quid sicut Orphea dixero, qui rupes & saxa, qui arbores & ligna ad sonum dulcisonæ reftitudinis, ad prædicationem doctrinæ tuæ duxisti?

Egregia sane doctrina, sed multo adhuc fidelior est, *Testimonium Domini fidele*, fidele, inquam: quidquid enim promittit & spõdet, exequitur: quicquid debet, exsoluit. Promittit pauperibus gloriam æternam, ac diuitibus æterna supplicia comminatur. Lazarus pauper & inops ample remuneratus est, gloria nimirum cœlesti: diues etiam epulo experientia didicit fidelem esse, cum æternis suppliciis adiudicatur. Intentat peccatoribus obfirmatis tormenta, supplicia, punitiones, & damnationes. Pharaõ, Cain, Iudas, alique innumeri didicerunt id esse verissimum. Vere itaque fidelis est: promittit namque consolationem afflictis: nam Ionas auxilium & solatium sensit in balæna, Daniel inter leones, Susanna in vitæ periculo constituta. Intentat superbis deiectionem, ac potentes de sede se depositurum confirmat, & fidelem se ostendit. Videas namque Luciferum cœlo deiectum, Aman in aula Regis Assueri suspensum, Nabuchodonosor in Babylone humiliatum. Pollicetur se humiles exaltaturum, & quam sese hic fidelem demonstrat? Videas enim Ioseph in Ægypto, Danellem in Chaldæa, Dauidem in Iudæa ex humili gradu ad sublime

dignitatis fastigium euectos. O increduli Iudæi, ô inuidi Pharisæi, quid igitur in doctrina hac culpandum inuenitis? quid inuidia & liuore excæcati interrogatis: *Quomodo hic literas scit cum non didicerit?* Quænam hæc doctrina est? qui fieri potest: vt hic tam docte verba faciat, tam disertus sit, & eloquens, qui nunquam literas didicit, & nefando quidem audiuit?

Erat hoc secū dum orationis nostræ membrum, in quo Iudæis scientiam Iesu Christi, quo nobis hanc doctrinam tradidit & captiuitatem aperiemus. D. Thom. Sorbonæ nostræ columen, & Scholasticorum princeps ait: Christum in quantum homo fuit, nobilissimam, pulcherrimam, ac perfectissimam omnium quæ vnquam in mundo fuere, aut futura sunt, creaturatum fuisse. Et inquires, num Deus ea quæ semel condidit, perfectiora reddere queat, affirmat posse: quin & mille mundos infinitis partibus hoc ipso quem incolimus, qui olim quidem ab eius essentia promanauit, excellentiores & pulchriores de nouo posse condere, sed tria iam ab ipso tanta perfectione facta esse, nempe gloriam beatorum Iesum Christum quoad humanam naturam, ac Beatissimam Mariam Virginem, nil vt illis perfectius creare posset; adeo, vt haud minor dementia & ignorantia esse videatur, quærere vndenam Christus Dominus doctrinam suam hauserit, quam inuestigare à quo sol lumen habeat.

Sed alia; Auditores, res arcessenda est, Christus & ab ipsa incarnatione eius initium ducendum. Iesus Christus Deus erat & simul homo, in quantum Deus tanta erat argumentum est, ac non exigua blasphemix species, perere: *Quomodo hic literas scit?* Non secus ac si pereretis, Tantane Deus sapientia, tantane scientia præditus est? Eiusdem enim cum patre suo naturæ est & substantiæ. *Ego & pater unum sumus*, id est, *Ioan. 10.* in natura. Eadem habet perfectiones, eadem qualitates: omnipotens vt Pater; æternus; infinitus; omniscius, & omnia quidem simul, & ab omni æternitate, ac per scientiam visionis, ea quæ fuere, & per eam, quæ

quæ simplicis intelligentiæ dicitur, ea quæ tantum fieri possibilia sunt. Quin & in ipso erat notitia, sapientia, scientia, præscientia, providentia, prædestinatio, reprobatio, ac magnum libri vitæ arcanum.

Christus In quantum homo, Christus etiam dupliciter considerari potest, vel ut comprehensor, vel ut viator, & quoniam à primo natiuitatis suæ momento comprehensor fuit, atque anima eius beata Verbi diuini visione gaudens: hinc duplicem cognitionem habuit, talem qualem Angeli, & qualem beati in cælo, at utramque longe nobiliorem. Intellego hic cognitionem Verbi, & omnium rerum cognitionem in Verbo: quæ duæ diuersæ sunt. Aliis eas nominibus nuncupat August. *Vespernam sc. & matutinam*, adeo ut Christus eodem instanti Doctor fuerit & homo, & eodem simul comprehensor: omniumque rerum notitiam perfectam habuerit, non quidem actualem, sed tantum habituaalem, per quam omnia in Verbo illo perspiciebatur: poterat nempe in verbo omnium rerum, quas nosse exoptabat, representationem successiue habere.

Diuina Et sane Auditores, si bene diuinam essentiam intueamur, videbimus eam speculo effimilis est se perfimilem, in cuius crystallo omnia tam speculo, præterita quam præsentia & futura representantur: in quam Angeli & beatorum animarum respicientes, beatitudine fruuntur, eam præsentat. que essentiam contemplando, omnia in illa contemplantur. Quemadmodum etiam speculum in medio aulae alicuius positum, inspicientibus omnia quæ in eadem sunt, representat: ita quoque Deus in mundi medio quodammodo positus, & in omnibus eiusdem climatibus dependens, omnibus qui in eius essentiam oculos coniciunt, vniuersas creaturas, & omnia quæ in vasta mundi huius aula sunt, ostendit & obicit. Hic discas obiter hæretice, quam ratione, sancti ipsi orationes supplicationesque nostras audire & exaudire valeant, dum eas in illo diuinæ essentia speculo intueantur.

Vt sancti Consolare igitur idiotas, ac sumite animum nostras vos qui in simplicitate hætenus vixistis, preces re-exultate iam & lætemini omnique ratione more au-contendite, ut per bona ac salutaria opera

aterna illius beatitudinis compotes reddi mereamini: eius namque semel participes anteffecti, infinitis proculdubio parafangis omnes Doctores, Philosophos, aut Theologos, qui vnquam extiterunt, aut existere antecelleris. Nam, ut D. Gregorius ait: *Quid est quod non vident, qui videntem omnia vident?* Atque à me querere hodie desine Iudæe; *Quomodo hic homo literas scit, cum non didicerit?* Quoniam à primo ortus sui die, in speculo illo verbi omnia contemplabatur. Beatus erat, magnus Doctor erat, & in omni scientiarum genere versatissimus.

Deinde, si eum ut viatorem consideremus **Christum** magnum eum quoque Doctorem reperimus. Neque enim eo, quo nos modo, natus est; anima namque nostra, teste Aristotele, tabula rasa persimilis est, in qua si egregiam aliquam imaginem, aut cognitionis alicuius exemplar effingere volumus, ut tempus & ætas maturior, iudiciumque capacius eandem efforment, necesse est. At habebat Christus animam omnium rerum cognitione exornatam, & dotatam habebat etiam scientiam, quam infusam appellant. Quin & Deus à primo conceptionis principio, statim ei, non secus atque Angelis & Adamo, quamprimum conditi fuere, omnes species intelligibiles communicauit, quas nos rudes & stupidi, non nisi magno labore, studio, & difficultate per sensus exteriores, è rebus naturalibus elicere possumus: atque has eum ad communem sensum, velut ad generale tribunal, ad quod omnes sensuum exteriorum actiones referuntur, reuocamus; ille statim omnes intellectui agenti representat, qui vbi ea pura & ab omni terrena materia secretas reddiderit, tandem intellectui patienti, in quo omnis nostra cognitio efformatur, imprimit & infigit.

Docet nos id Philosophia, quod ab illa sane petere necesse fuit, ut Christum etiam in quantum viator extitit, omnia à prima natiuitatis suæ hora perspecta & cognita habuisse, demonstrarem: in quam rem luculentum hic conceptum ad meliorem eius intelligentiam proferam. Nam quemadmodum

admodum corpora illa cœlestia vna cum stellis suis ac lumine condita sunt, arbores item in paradiso fructibus plene abundantes: ita Christus Iesus, arbor illa vitæ, fructibus, gratiis, scientiis ac meritis plenus, in quantum homo, conceptus fuit: & putrum illud firmamentum, omni corruptione & Eclipsi carens, vna cum stellis suis, scientiis nempe, & omnibus notitiæ Philos. ac Theolog. generibus productum fuit, cum omnibus denique perfectionibus conceptum.

De scientiis infusis
lignis
tractatus.
Luce. 11.
An non meministis excursus illius, quem 11. ætatis anno fecit, cum triduo inter Doctores in Synagoga disereret, adeo ut omnes eum propter ætatem tum propter doctrinæ varietatem & pondus in stuporem raperentur. *Stupobant autem omnes qui eum audiebant super prudentia & responsis eius, & videntes admirati sunt.* Vbinam tantum in studiis profecerat? quis eum docuerat? quas scolas adierat? hoc ab ipsis hausit incunabulis, à primo natiuitatis die secum detulit. Cur igitur vos, ô inuidi Iudæi clamantes queritis: *Quomodo hic literas scit cum non dixerit.* Vos vero, mihi dicite, quoniam in collegio studuerint Angeli? in quam vniuersitate cursum profecerint demones, quorum tamen tanta scientia est, ac rerum experientia?

Gen. 40.
Cant. 40.
Dan. 2.
4.
Ios. 10.
Quis fuit Regens Adami, quis doctor eius, quis præceptor? qua in scola Noe Mathematicam didicit, ad tam ingentem machinam construendâ? in qua Academia quis vnquam docuit somnia interpretari, & infirmas animi cogitationes detegere, in qua tamen arte Ioseph & Daniel, hic in Babylone, ille in Ægypto ad miraculum vsque edocti fuere. In quo tandem orbis angulo tradita est scientia futura præuidendi, in qua tam multi prophetæ excelluerunt? in quo Iudo didicit Iosue solis cursum inhibere, & Isaias eundem ad occasum cogere? Qua in classe Salomon adeo sapiens ac peritus rerum effectus est? Erant hæc omnes scientiæ infusæ: omnes hos ipse docuerat Deus, & in primis Filium suum carissimum redemptorem nostrum Iesum Christum à primo conce-

ptionis instanti omnium species & habitus scientiarum ei instillans.

Ecce ut hic vestra principia ac fundamenta conciderint Philosophi. Ecce ut axioma vestrum falsitatis arguatur, *Nihil est in intellectu, quod prius non fuerit in sensu*, omnes namque scientiæ prius sunt in intellectu Saluatoris mei, quam ad sensus exteriores deueniant. Psalmographus huc respexit dum cecinit, *Omnia gloria eius filia regis ab intus*, *in simbria aurea circumamicta vna ieraticibus* quo loco per Regis filiam animam magni illius regis, Christi Iesu intelligit, cuius omnis pulchritudo & decor intrinsecus latet: cuius omnis scientia in intellectu consistit, nulla ratione à sensibus exterioribus dependens: magna noticiarum varietate insignita & circumdata, quæ ad auream diuinitatis simbriam adhærescunt, cuius rei egregiam è sacris libris allegoriam proferam. Castitatis illud spectaculum Iudith, Manassis vidua, Bethuliam egressa, vt Holoferni caput præcideret, tanto se artificio & varietate ornauit, tot sibi geramas, & margaritas, tot monilia & armillas, tot lunulas circumdedit, vt ciues ipsi egredientem obstupescerent, Assyrij quoque visa tanta pulchritudine extra sese raperentur. Eodem modo sacra illa Iesu Christi anima cælo egrediens, vt Satanam profigaret tanta gratiarum varietate, tot donis, tot diuitiis spiritualibus insignita fuit, vt ea egrediente angeli cælorum ciues, & homines in hac terra veluti militantes, dixerint: *Que est ista qua progreditur, quasi aurora? pulchra vt luna, electa vt sol?*

Et quoniam de militibus sermo incidit: milites illi Hierosolymitani, qui ad magnum illum Doctorem capiendum venerant, tribus de ea doctrina verbis auditis, obstupescerent & admirantes reuersi sunt, dicentes: *Nunquam sic locutus est homo, sicut hic loquitur*, S. Paulus quoque eius merita perspecta habebat cum diceret. *Hic est in quo sunt omnes thesauri sapientia & scientia Dei reconditi* Hunc & omnes Prophetæ satis manifestum & notum reddere. Vnde Baruch: *Hic adiuuauit omnem disciplinam*: & multo adhuc manifestius

Arist. 3. de anima.

Psal. 44.

Iud. 10. Allegoria.

Cant. 6.

Ioan. 7.

Colos. 2.

Baruch. 3.

Isai. 11.

stius Isaias: *Requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientia & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis*: perinde ac si dicere voluissent: Noli o munde, si in Messia tuo tantam à pueris scientiam notes, si tanta eum ab incunabulis doctrina præditum videas, obstupescere; Erit enim ipse velut quidam thesaurus omnium diuitiarum Dei, ac de omni scientiarum genere loqui ac disserere poterit. Ingens igitur temeritas est, ne dicam dementia ac vesania, amplius quærere: *Quomodo hic literas scit cum non didicerit?*

Tu enim omnia nouisti Domine mi Redemptor, & nihil est quod te fugiat. In quantum namque Deus es, tantum nosti, quantum Pater, itaque scientia tua infinita est vt Patris, eadem est quæ Patris, eiusdem natura. In quantum vero homo es, ac simul comprehensor omnium rerum iam inde ab incunabulis scientiam habuisti in ipso sacro virginis utero Doctor factus es, eandem habens scientiam, quam ipsi Angeli, Throni, ac Seraphini in cælo: si vero te vt viatorem inuenimus, nihil lane erit, q̄ te ignorare deprehendemus; imo vero te scientiam habere, q̄ à primo cõceptionis momẽto ad eum plane modum tibi fuerit infusa, quo eiusdem species Angelis, Adamo, ac Salomoni, & plurimis aliis infusa fuerunt, comperiemus: omnia deniq; mi redemptor, Saluator, Deus meus & omnia te perspecta habere. Quamobrem non sine iniuria hanc tibi hodie calumniã Pharisaei impingunt, petentes vnde nam hæc scientia tibi fuerit infusa, quippe qui eam iam inde à natiuitate habueris. Equidem iam non miror, legem tuam nullo vnquam errore fõdatam esse, sed cæteras è contra leges erroris coarguere: non miror doctrinã tuam sine vllis ineptiis, commentis & deliriis esse, sed veritate plenissimam, & vt maxime fidelem: cum tu qui omnia nosti, & quem nullum latet secretum, hanc nos doctrinam docendo errare nequieris. Quare, o Deus vere, Deus veritatis plenissime, hanc nobis gratiam concede, vt ita miracula admirari, ac tam inuiolate sanctam tuam doctrinam seruare possimus, vt in nobis meriti loco esse queat, quo aliquando illud diuinæ tuæ essentiæ speculum in suprema

beatitudine conspiciere possimus. Amen.

FER. IV. POST DOMIN. IV.

QUADRAGESIMÆ.

Partitio.

I. De anima obccatione.

II. De caco nato.

III. De caco illuminato.

Præteriens Iesus vidit hominem cacum à natiuitate. IOAN. 9.

FIGVRA.

IVSTVS ille Tobias cum visu orbarus esset, nouo quodam genere per Angelum Raphaelem, idque felle piscis, quem Angelus in via repererat, visum & oculos recuperavit: licet id ipsum remedium magis iisdem obfuturum videretur. At nobiliorem oculorum persanationem, in Euangelio hodierno contemplan. Hic enim cacum natum video, lumen oculorum per Angelum testamenti, id est Iesum Christum, qui eis non felle piscis adhibuit sed lutum, quod felle magis eisdem contrarium erat, recuperantem. O omnium miraculorum maximum! o meditationem cui nulla vnquam similis in mundo extitit! Quam vt dignitate auditoribus hic congregatis aperire queam, Spiritus tui paracleti Domine, ac beatissima Virgo magni illius Medici Mater solitum mihi auxilium quaeso ne deeges: quamobrem angelica te salutatione cõpellabimus:

AVE MARIA.

Doctus iuxta ac pius Ioannes Climacus dicere solebat, primam ac maximam dæmonum animarum exitio inuigilantium curam esse, oculos mentis eruere, animamque penitus occæcare: quamdiu enim lumen illud cæleste, ac fax illa spiritalis per eod-

dem intrat: directores illi & prædones virtutum; gratiarum, ac meritorum thesauros diripere vel auferre nequeunt. Ac merito quidem & vere, equidem in eius conforma- tionem, vir sancte, figuras ex Sacris literis depromam. Philistæi Sampsonem in vinculis tenentes, prius excæcatum interemerunt. Nabuchodonosor quoque Sedechiæ Regi Iuda oculos iussit erui. Ad eundem modum & tibi, ô anima, quando in dæmonum manus incidere te contigerit, oculi statim e- ruuntur. Hæc scilicet sunt stratagemata ac versutiæ Diaboli, vt quo animas in extre- mam perniciem deiciat, oculos eis euellat, qui cum amissi fuerint, mirum est, in quas non miseræ illæ voragine ac præcipitia concidant.

Exod. 16. Hem! quænam Pharaonis regis cæcitas fuit, vt ipsa vltro rubri maris vndis sese im- mersit, nec videre quid ageret, potuerit? 4. Reg. 11. Quænam etiam cæcitas fuit Davidis, vt ad enorme adulterium cruentum etiam homi- cidium adiunxerit? Ecquæ fuit illa caligo Salomonis, vt qui adeo sapiens erat, quiq; Deo tam superbum ac splendidum templum construxerat, fœmineis incantationibus & verbis dementatus, earumque amoribus ir- retitus, idolis sacrificia immolaret? Ita & diaboli animas quas excæcarunt, ducere & rapere, quocunq; libitum fuerit consue- uere. Cuius rei egregium in libris Regum exemplum habemus. Cum Dominus ad E- lisiæ preces milites Regis Syriæ, qui cum populo Israel bellum gerebat, visu orbasset, eos Propheta Samariam deduxit: quo cum peruenissent, & oculis sibi redditis in me- dio hostium sese versari conspicerent, adeo cõsternati sunt, vt præ timore in terram fue- rint collapsi. Ad eundem modum, ô anima, cum suo te fascino Dæmones dementarunt, quo te cumque voluerint, ducunt per me- dia vitia, per voluptates, imo ad medium vsque inferorum: vbi si hanc tibi Deus gra- tiam præstaret, vt oculi tibi aperirentur, non dubium, quin te dæmonibus plurimis cir- cumdatum intuereris.

Exod. 16. Inter plagas, quas Deus Ægyptiis immi- sit, non sane postrema fuit densa illa ac pal- pabilis tenebrarum caligo: quippe quæ ad- Tom. 1. Bessai Quadrage.

eo spissæ fuere, vt se mutuo domestici ac vi- cini agnoscere non possent. Ita quoque om- nium, quæ animæ accidere calamitates possunt, maximas censeo esse tenebras quas peccatum afferre consuevit: sunt omnium, quæ animæ infligi queunt vulnerum grauif- simum: atque cæ interdum adeo spissæ, vt præ densitate propriam ipsa calamitatem vi- dere non possit. Hic David Rex tetra hac noctis vmbra circumfusus, gratiæ lumē ge- mebundus ac suspirans postulabat, *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam*: Perinde ac si dicere voluisset, tanto iam tempore, Dõmi- ne, densæ illæ peccati nubes animam meam obsederunt, à tanto iam tempore solem gra- tiæ non vidi, da igitur vt lumen videre que- am: Ægyptiæ quidem tenebræ triduanæ tã- tum fuere, Ionas quoque tantum triduo in ventre ceti deliruit, Tobias etiam non diu in cæcitate versatus est, & ego miser inte- grum iam propemodum annum, in tenebris & obscuritate viuo. Quare tempus est, Do- mine, vt rutilans ille vultus tui sol oculis ef- fulgeat aut saltem gratiæ tuæ lumen mihi illuceat. *Emitte lucem tuam, &c.* Scio quid- em, Auditores per eadem hæc verba, ora- tionem intelligi posse, qua David Messia ex- spectati aduentum à Deo postulauit: quippe qui lux mundi futurus erat, quique de se ipse postmodum dixerit, *Ego sum lux mundi*, & lumen de lumine, vt ait S. Athanas. ar non displicet mihi prior illa explicatio, eamque materię de qua hic agitur, conuenientiorem iudico.

Quid ais David, peccatumne igitur ani- mas excæcat? Haud dubie. Expertus id fue- rat miser ille Rex, qui peccato commisso in tanta cæcitate versabatur, vt quid ageret, & quo pergeret nesciret, *Quis hoc ait? de se ipse confiteretur: Notam fac mihi viam in qua ambulem*, dicere vult. Eheu Domine adeo peccata me excæcarunt, vt nihil penitus vi- deam: adulterium hoc & homicidium, tan- tas oculis tenebras offuderunt, vt quo in- cedam nesciam; sis igitur dux meus, tu me conducas, animamque gratiæ tuæ face illu- mina.

Ipsè denique diabolus tenebras oculis of- fundit, qui propterea Princeps tenebrarum nomi-

Psalm. 42.

Ioan. 9.

Psalm. 1.

Peccata Davidi re- gi oculos eripuerat.

Ggg

nomi-

nominatur quod D. Ioan. in Apocalypsi egregie demonstrat: Videbar ille namque duos Angelos phialas in manibus habentes quorum vnus cum phialam super regnum bestiarum, id est, super mundum effudit, *statim factum est regnum tenebrosum.* & totus mundus tenebris inuolutus fuit: alter vero diem adduxit, ac lumen secum detulit. Quid hæc sibi ænigmata & inuolucra volunt? aliud nihil, quam Satanam, prauum illum Angelum, statim ac Phialam peccati in animæ regnum effuderit, Cymmerias ei tenebras afferte: ac per alium Luciferum sc. Deum ipsum designari; qui gratiæ lumen effudit ac diem inducit. Nemo sese amplius in hoc emblemate explicando torqueat, genuina eius namque interpretatio in hodierno Evangelio latitat. Videas namque hic duos Angelos, vnum prauum, diabolum scilicet, phialam, id est tenebras misero huic homini offudisse, eumque à primo natiuitatis suæ tempore excæcasse: alterum vero, Angelum Testamenti, Iesum Christum, ei lumen restituere, ac diem oculis eius inducere. Primo de cæco aliquid dicamus, ac deinde de eius sanatione, & in his duobus velut in cardine ostium, nostra voluetur concio.

II.

Cæcitas hæc denotat hominem in peccato conceptum.

Omnes qui sine Baptismo moriuntur, nunquam Dei essentiam valent intueri.

Quod ad primum igitur pertinet, cæcus hic natus ipse homo est in peccato originis conceptus, quam à Deo per lutum Sacramentorum ac lauacrum Baptismi sanatus est, ac visum recuperauit. Omnes, pro dolor! strabi, lusciosi, cæci sumus, idque à prima natiuitatis hora, quippe qui matris utero tenebris offusi, oculosque humoribus distillantibus ac lippitudine grauatos habentes egredimur: ita ut nisi cælestis ille Empyricus ac summus ille Ophthalmicus manum adhiberet, numquam cælum, aut iustitiæ solem intueri possimus. An non vos, ô anima innocuæ, quæ in limbo apud inferos detinentur,

Quas dulcis vita exsortes, Et ab ubere raptos.

Absulit æra dies?

certissimum est, nunquam in diuinæ essentia conspectum venturas, cum sine baptismo, qui tenebras dispellit, hinc emigrastis? Quemadmodum enim verissimum est eos, qui in lege Moysis octaua die non circumci-

debantur, beatitudine fuisse in æternum priuatos: ita quoque certo certius est, eos qui in lege gratiæ sine baptismo hinc decedunt, idem salutis discrimen subire. O infelix ac nefandum peccatum originis, redolent hæc & spirant etiamnum peruersitatem tuam! ô omnium infelix Adam, sunt hæc in fortuna, quæ ad nos hæreditariè iure deuoluuntur; desperate Satan, sunt hæc adhuc malitiæ inuidiæque tuæ indicia!

Vt porro melius, Auditores, generalem hanc cæcitatem intelligere queatis, scindum est primum parentem nostrum Adam, statim à creatione sua, in peccatum misere prolapsus esse, nosque omnes eodè simul inuoluisse, quippe qui humanæ naturæ caput & origo erat: adeo ut vix nati simus, quin statim peccati huius rei constituamur, ac sine dubio ob id vnicum in æternum castigandi simus (quod dogmati tuo repugnat Pelagi) ac proinde sine gratiæ, & ideo in tenebris viuentes. Hinc bene mihi Paulus scripsisse visus est, dum ait: *Sumus natura omnes filij iræ?* à primo scilicet natiuitatis die aduersus Deum arma gerimus, & ipse vicissim nobis bellum indicit, nosque omnes sibi inimicos arbitratur. Et quoniam Adam, in quo omnes peccauerunt, peccando eodem nos peccato inuoluit: hinc etiam Reges in mundum hunc prodeuntes eadem labe inquinati sunt: testem aduoco ipsum Regem & vatem qui de se ait: *Et in peccatis concepit mater mea.*

Quid ad hæc vos ô sacri interpretes, Ecclesiæ que Doctores, *Non solum eius exemplo peccauerunt, sed omnes vnus homo fuerunt,* ait diuus Augustinus: Stultum est inquit, dicere, solum eius exemplo nos peccare: constat enim Adamum omnium nostrum personam gessisse atque omnes sub eo tum, veluti sub pileo comprehensos, & omnes vnius loco fuisse, & vnum omnium figuram representasse. Quid vero te Ambrosii? quid tibi viderit, quæ tua opinio est? *Manifestum est in Adamo omnes peccasse, quasi in massa: Et in quo peccauerunt etiam hi, qui de ligno non comederunt,* ait D. Ioannes Chrysostom. Anselm. vero: *Omnes in illo peccauerunt quia quando ipse peccauit, omnes in illo erant.*

Atque.

Atque hæc est communis Ecclesiæ sententia, atque omnium omnino fidelium opinio.

Omnis in Adamo interpretatiue comprehendebantur.

Eramus, ut vestra ego phrasi loquar Theologi, interpretatiue omnes in Adamo comprehensi, & omnes & singuli ei quodammodo procuracionem absolutam delegaueramus, quo promiseramus ratum nos habituros, quidquid nostri causa acturus esset, & eandem cum ipso fortunam subire paratos fore. Si enim omnes Deus homines, qui ab initio mundi hæcenus fuerunt, & modo sunt, & sequentibus temporibus usq; ad mundi finem futuri sunt, in paradiso post Adami creationem cōuocasset, & hoc eos oratione compellasset: O vos omnes qui huc conuenistis audite; Ecce Adamum hunc quem uidetis uobis ducem constitui, hunc omnem uestrum caput esse uolui, omnibus eum numeris & partibus perfecti, omnia illa arma quæ necessaria futura uidebantur tradidi, adeo ut nihil ei ad munimentum deesse uideatur. Mentem eius omni scientiarum genere insigniui, uoluntati eius gratiam abundantissime infudi: dedi adhuc ei iustitiam quandam originalem, quæ partes inferiores refrænabit, affectus ebullientes compescet, rebelles animi motus cohibebit, eosq; rationi obsequentes reddet. Ea tamen cōditione & lege, si homines, ut si dux uester & antecessor in illo innocentia statu perseveret, meque honore & debito cultu prosequatur, immortalis futurus sit, omnis calamitatis & ærumnarum expers, & ego eum cum tota posteritate æterna beatitudine sim cumulaturus: At si ingratus suiq; oblitus aduersum me insurgat, meamque uoluntatem contempnat, eiusdem uos criminis rei sitis futuri, ac proinde eodem supplicii genere damnandi, eandem mortis uiam ingressuri. Quid uobis de his uidetur? anne hoc uinculo innodari uultis, eandemque obligationem subire, hisne conditionibus subscribere?

Quid ipsi interpretatiue significet.

Omnium Doctorum opinio est omnes sine dubio, si res ad uivum fuisset peracta, assensuros sine dubio fuisse dicentes: Paratum cor nostrum Domine, paratum, eandem fortunam, quam dux noster subit, etiam expe-

riiri, eisdem corpus periculis, quibus ille sum, exponere. Videte igitur quomodo uoluntas nostra, & consensus interpretatiue consensisse dicatur, & quomodo omnes interpretatiue in Adamo comprehensi fuisse intelligantur.

Frustra igitur est Pelagiane, cum ais, omne peccatum debere esse uoluntarium, ac proinde paruulos, qui nunquam uoluntate aut ratione usi sunt nullius peccati culpam teri. Sed sufficit, id uoluntate alterius ratum habitum, qualis uoluntas Adami fuit, quæ interpretatiue simul & nostra. Ezechiel quidem Propheta uidetur hic aliqua nobis ratione aduersari, in quo exponendo sese ueteres omnes mirum in modum torserunt; cum ait: *Filius non portabit iniquitatem patris.* Sexcentas huius loci expositiones afferre queam: at quam modo offeram omnium mihi potissima uisa est; nimirum, de peccato actuali, quod in ipso agente terminatur, nec ad alios procedit, hoc debere intelligi non uero de peccato originis, quod magni huius corporis, humanæ uidelicet naturæ, caput corrumpendo & uitiando, nos omnes, qui eiusdem capitis membra sumus, eadem opera uiciat & corrumpit. Quem admodum enim cum fons & uena contagio aliquo infecta est, omnes eius riuus quamprimum de luce participant: sic & cum Adam omnium mortalium fons & origo, peccato ueluti lethifero ueneno infectus fuit, necesse fuit & nos, qui instar riuulorum ex eo deriuamur, ueneno ac tabe, iam inde à matris utero, infici.

Sufficit peccatum paruulorum uoluntarium esse uoluntate aliena.

Ezech. 18.

Ecce proferam huiusce rei figuras. Cum omnes filii Iob apud fratrem primogenitum simul pranderent, ac splendide epularentur; ecce uehemens quidam turbo à deserto ueniens, magno impetu & fragore, quatuor domus angulos concussit, & ad terram prostrauit, omnesque simul discumbentes, uniuersam scilicet Iob sobolem cōmuni ruina inuoluit. Eheu! nos nos inquam, filii magni illius Iobi cælestis sumus, quem quotidie patris nomine compellamus, dicentes: *Pater noster qui es in calis.* Qui cum olim in domo fratris nostri primogeniti, Adami scilicet iucunde in deliciis Paradisiacis

simul epularemur; ecce tibi subito peccati ventum ab infernali latere proruentem, qui tanto impetu quatuor voluntatis nostræ angulos concussit, vt eam ad terram prostrauerit, & omnes ruderibus inuoluerit, & sub iisdem sepelierit. Hic ô Pater æternæ, ô Iob cœlestis, filios tuos carissimos amisti.

Gen. 10.

Videamus quid in diluuiò contigerit. Referunt sacræ literæ aquas adeo densas, & vndas adeo vehementes, vt solus Noë cum Arca fuerit saluatus, cæteri omnes terræ incolæ aquis immerfi, misere perierint. Idem omnino in peccato originali fieri videmus. Huiusmodi namque ac tam vehemens eius diluuium fuit, vt omnes quorquor ab Adam continua successione descenderunt, in eummersi fuerint, ac solus Iesus Christus, Noë noster, & arca sanctificationis eius, Maria scilicet Deipara, incolumes enatarint.

Ios. 6.

In direptione excidioq; Ierichuntis, sola domus ac familia Raab meretricis incolumis permansit, cætera omnia ad terram prostrata ac solo æquata sunt. In conflagratione quoq; Sodomæ ac Gomorrhæ, sola familia Loth incendio erepta fuit, reliqui omnes fulmine & sulphure consumpti, spectaculum diuini furoris exitere. Insignes profecto figuræ. Ita quoque in vniuersali humanæ naturæ excidio, quod peccatum originale inuexit, sola Deiparæ Virginis anima, velut altera domus Raab, incolumis seruata fuit: & in crudeli illa naturæ Sodomiticæ conflagratione, eadem quoque Virgo, vera iusti illius Loth vxor, sola, peccati originalis flammis & incendio erepta fuit, cæteris omnibus in fauillam & cinerem redactis.

4. Reg. 5.

Giezi seruus Elizai, Prophetæ, propter vnum Simoniam peccatum, ob argentum & munera à Naaman Syro accepta, leprosus factus est, & omnes posteri eius, dixerat nempe ei propheta: *Lepra Naaman adhærebit tibi: Et semini tuo vsque in sempiternum.* Ad eundem modum Adam, summi illius Prophetarum regis seruus, propter vnum à se in Paradiso sacrilegium commissum, vitium comedendo pomum, leprosus factus est, & peccatis contaminatus, morti, æru-

mnis, morbis cum omni sua posteritate adiudicatus. An non vobis vere mirandæ hæ figuræ videntur? aut non potius vobiscum taciti demiramini, quæ mala peccatum originale secum trahat?

Ipsa quidem eclipsis, quæ Domini passionem contigit, quæque vniuersam terræ superficiem tenebris ad tres horas cooperuit, mirabilis extitit: at eclipsis, cuius peccatum originale in paradiso causa extiterat, longe horribilior fuit, cum nimirum Adamo propter peccatum suum moriente, tenebræ super totam naturam humanam factæ sunt, quæ plusquam quatuor annorum milibus durauêre, vt vix etiam hodie claresolem possimus intueri. Eheu peccatum, merum nihiles, & aliud nihil quam quædam priuatio, & tamen tantum mali affers, tu nos paradiso excludis, ad tartarum deturbas, Angelorum consortio priuas, ab eorumque societate separas, dæmonum vero socios reddis. Tu es lapillus ille, qui ad pedes fragilitatis Adami deuolutus, ingentem illam generis humani statuam, quæ caput aureum, id est, iustitiam originalem habebat, comminuisti, & in puluêre ac cinerem redegesti. Tu es ille pisciculus remora nuncupatus, qui vastam illam humanæ naturæ nauim, in gratiarum pelago feliciter nauigantem, sistis, ac naufragium pati cogis.

Dicere soletis Philosophi solem deliquium pati non posse, quod octuagies ter ram magnitudine superet: dicitis etiam stellas, quæ in firmamento sunt, ab eclipsi immunes esse, quod nimis à terra remotæ sint, Sanctosque eiusque vmbra ad eas vsque nequeat pertingere: Videte tamen vt hic ipsum originale peccatum, quod in sese nihil est, solem quendam, qui magnitudine infinitus est, ad deliquium cogat, obscuret, auferat, ac nos ipsos visione Dei ac sanctissimæ Trinitatis priuet; quin & ipsos Sanctos & Angelos, qui instar siderum effulgent, lumine, quo non videantur, priuet, itaque nos excæcet, vt eosdem videre non possimus, nisi magnus ille opifex nobis oculos aperiret, vt hodie huic cæco nato aperuit. O rem nouam! ô paradoxa inaudita! ô cæcitate pertimescendâ! ipsi quin etiam Apostoli rem dem-

demirati, Domine, aiunt, quis peccauit, hic, an parentes eius ut cecus nasceretur? prob! o discipuli quatas difficultates referatis? Intra istis hic materiam de peccato originali, scire vultis, num filii parentum delicta luere debeant, putaris, omnes miseras & calamitates, quæ nobis incidunt, à peccato originem sumere, & ab eodem proficisci? Erratis profecto, erratis; audite quomodo vobis respondeat Deus: *Neque ille, neque parentes peccauerunt, ut cecus fieret, sed ut manifestaretur gloria Dei*: Certum est enim, Deum tribulationes immittere, vel ut gloriam eandem remouendo declaret, vel ut hoc loco factum videmus; vel ut iustos probet, & eorum patientiam exerceat, quomodo cum viro sanctissimo Iob, eum persequendo; cum Tobia, ei visum auferendo; cum Iosepho, eum diuendi patiente, egit: cum nullum tamen peccatum commississent, ob quod eis huiusmodi mala infligeret, sed e contra sanctissime semper vixissent.

Desinant igitur maleuoli & virulenti homines perperam de aliis, cum eos ærumnis & afflictionibus oppressos vident, iudicare: sunt hæc sapissime benedictiones, ac certissima prædestinationis argumenta. Sæpe tamen contingit, ut quæ nobis calamitates eueniunt, à peccatis prioribus originem sumant, ac sæpe etiam Deus filios ob parentum delicta castiget: cuius euidens testimonium in veteri Testamento legimus dum scribitur, *puniens peccata patrum in filios, usque in tertiam & quartam generationem*.

Quid ais, o Moyse, adeone Deum vindictæ audium putas, ut a uorum peccata in fundo quartæ generationis excuiat, & tum primum puniat, cum memoria illorum pene euauerit. Et sane ita seres habet. Ad hunc quippe modum filii Giezi lepi à percussis sunt, propter auaritiam & cupiditatem parentis: ita & posteritas Cham peccatum patris luit: sic & puer qui ex Bethsabæe natus erat, in paterni adulterii castigationem, mortuus est.

Et sane è peccato ut plurimum mala, quæ nobis accidunt, promanare solent: per id namque video diluuium super vniuersam terræ faciem venisse: peccatum, pestem

illam, qua septuaginta hominum millia in bis acciregno Iuda extincta sunt, inuexit: miramentum Ionam virum sanctissimum tempesta- causa est. te quassatum, quassauit peccatum; miramini 2. Reg. 24. Apostolos in medio mari naufragium perlon. 2. timescere, causa fuit Iudæ peccatum: mira. Matt. 8. mur denique tot mala, quibus Ægyptii tum Exod. 9. 10. domi, tum in mari rubro afflicti sunt, vnius Pharaonis imputanda sunt peccatis. Postremo ipsi quoque veteres peccatum semper bellorum, ærumnarum, & infortuniorum originem & seminatium, & sanc iure meritissimo, appellarunt. Eius sententia in primis regina Esther fuit, quæ cum Esth. 4. sceleratum Aman in necem & perniciem Iudæorum conspirasse cerneret, suspirans & lacrymans ad Dominum ait: *Peccati in conspectu tuo ideo traditi sumus in manus inimicorum nostrorum*. Idem etiam sanctus ille Tob. 3. senex Tobias confessus est, dum ciues suos in Niniuem à Salmanazaro Assyriorum rege captiuos abduci videret. *Quia non obediimus tibi, traditi sumus in direptionem, & captiuitatem, & mortem*. Plurane testimonia desideratis? Agmen claudat ipse Daniel, qui cum duram illam & tristem, & longam captiuitatem Babylonicam, quæ iam septuaginta ipsis annis durauerat, nondum finem accipere cerneret; maiorum suorum peccatis eam imputauit: hinc plorans & conque- rens, ait: *Propter peccata nostra, & iniquitates patrum nostrorum, Ierusalem & populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum*.

Sed, ut video, nimium à via defleximus. Christus ad cæcum nostrum redeamus, videamus hodie cæ- ingens hoc miraculum patrari, accedamus remonias ad cœlestem huac medicum, accuratiuif- in sanatio- que inspiciamus, quam scite spirituales ne vsurpat. oculos, quamque dextre persanet. Est hoc alterum concionis membrum. Euangeli- sta refert plurimas hic caremonias adhi- bitas, ac plurima medicamenta recenset, ut lurum, spurum, lauacrum, atque alia huiusmodi: *Expuit in terram, & lutum fecit ex sputo, & linxit super oculos eius, & dixit ei: Vade & laua in natatoria Siloe*. Hic plurima nobis arma proferuntur, hæ- retice, quibus te caremonias nostras im-

pugnantem, eisque illudentem arguamus, & os oppilemus obgannienti: adis, & accede propius, & vide quot summus ille Magister caeremoniarum hic caeremonias adhibeat. Sed hæc oportuiori tempore dicenda erunt, vt iam quid lutum & natatoria Siloe significant, aperiamus.

Quid per
lutum quo
Dominus
cæcū hunc
sanauit,
denotetur.

O sacrum lutum, ô lutum mysteriis plenum, an non tu hodie oculis cæci nati abibicum, vt cæci illi mundani, suam fragilitatem ac vanitatem suam, eo melius agnoscerent? Superbis. ô mundane, iactaste, pauperem imitaris, Rhodomontem illum amularis, terram pedibus caleas, & cõtemnis, oculisque in sublime elatis eam renuis vt matrem agnoscere; cum tamen Ecclesia eadem frontem tuam conspergat, tibi que inelamet: *Memento homo quia cinis es*: quasi diceret. Non est quod ita, ô homo, superbias, aut iactes, quem te putas? tibi velim persuadeas, te præter terram nihil esse: non tamen ideo humiliare te cupis, aut paupertatem tuam primæuam & agnatam agnoscere, adeo vt Christus Dominus, quo eam videas, eadem oculis hodie adhibeat, visui applicet, ac tacito quodam modo tibi suggerere videatur. *Memento homo quia cinis es*: Vide quid sis, nosce te ipsum, tuum nihil intruere, ac regalem tuam progeniem inspice.

Tob. ii.
4. Reg. 4.

At quænam hæc cæcos curandi ratio est, oculos scilicet opplere luto, cum nihil sit, quod magis iisdem aduerferet, nihilominus Euangelista id tam minutim describit. Tobias quidem felle piscis vsum recuperauit: Elisæus aquas Iericho sale iniecto dulces reddidit. Videturne vobis id fieri posse? hic vero oculos cæci luto opplere vt clare videant, an non meræ nugæ videntur? Absit, omnia namque plena sunt mysteriis, & nihil omnino, quod aptius aut idoneum magis ad oculos clariore reddendos, visumque confirmandum, quam ipsum lutum, videatur; Quam primum enim vt id ipsum oculis adhibemus, esse nostrum agnoscimus, ac simul mundi vanitatem perspiciamus, videamus quam inanes sint diuitiæ, quam fuitiles di-

gnitates, quam parui momenti honores, cum nihil præter lutum exque luto compacta, & in lutum & puluerem redigenda sint omnia. O igitur lutum vere admirabile!

Porro quid tu ô natatoria Siloe, nisi Sacramenta denotas? Hæc namque sunt illa Natatoria Siloe, balnea, piscinæ, rubramaria, quæ Naamanes à lepra emundant, cæcis visum restituunt, paralyticos sanant, & Ægyptios submergunt. Vos igitur cæci peccatores ad natatoriam hanc confugite, huc properate, si visum recuperare velitis. Hæc siquidem sunt medicamenta, quæ peccatis applicare debemus. Nam veluti fructus arboris vitæ non prius mortem Adamo attulit, quam illam in manu sumpsit: ad eundem econtra modum fructus proceræ illius arboris, sanctæ nimirum crucis, sufficit quidem ad mundi salutem procurandam, sed prius necesse est, vt nobis applicetur. Piscina probatica omnibus quidem morborum & infirmitatum generibus poterat mederi, sed ea conditione, vt ipsi infirmi & languentes in illam sese conicerent, id ipsum mihi de passione dicere liceat; quam tantis quidem meritis & potentis pollere scio, vt mille etiam mundos, si necesse foret, saluare posset; sed nullus eam quoque valoris esse, aut peccatorem ad vitam posse reducere, si merita illius per Sacramenta vulnere non applicentur. E a igitur peccatores, ad balnea hæc, ad Sacramenta hæc properate.

Hinc discas oportet, hæretice, qui meritis Domini eiusque sanguini nimium confidis, utrumque hoc te à mortali peccato purgare posse, si per pœnitentiam tibi applicetur, & à venialibus etiam abluere, si tum per bona opera, elemosynas nimirum & ieiunia, tum per res Sacramentales, qualis est aqua benedicta, tibi applicetur: à peccato originali quoque te liberare, si per Baptisma tibi approprietur: passionem quoque pœnas peccatis debitas posse tollere, si per bona & pia opera, ieiunia, inquam, & cilicii gestationem, per flagellorū percellionem, aut per indulgen-

dulgentias Pontificias, alicui adhibeatur. Aufer quippe illa pœnas & supplicia, quæ in altera vita sustinenda sunt, sed per purgatorium applicata. Hoc est nempe quod Dominus insinuare volebat, dicens: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam.*

Sequimur te, bone Iesu, presso vestigio, omnique te humilitate præcuntem stipamus; grauari iam sunt humeri nostri dura illa cruce pœnitentiæ, & ieiunij, quo eam ad montem vsque Caluarie post te feramus. Tu modo vires suggere, tu animum adauge, tu perseverantiæ virtutem concede: in primis vero quoniam penitus cæcûtimus, & ita cæcûtimus, vt neque te nec nos ipsos, nec mundum ipsum cognoscere valeamus; reuela oculos, aufer graues illos catharos, vt te verum esse Deum, ac redemptorem, ac futurum Iudicem agnoscere valeamus. Aufer nebulas & velamen, tu qui summus ophthalmicus es, vt mundum, eiusque vanitates, inanias, ineptiasque, fraudes & verfutias inspiciamus, ac simul nos ipsos, quid nimirum simus, vnde veniamus, & quo tendamus, agnoscamus. Et postquam, Domine, magnum illud miraculum nos sanando feceris, tum demum ad Nataroriam Siloe, ad Sacramenta nimirum tua, festinabimus: vbi, cum magna lachrymarum abundantia omnes peccatorum nostrorum maculas elucemus, animæ super niuem dealbabuntur, vt dignæ efficiantur, quæ te aliquando in superna felicitate, in qua te cum Angelis laudare concedetur, valeant contemplari. Amen.

FERIA V. POST DOMINI-
CAM IV. QVADRAG.

Partitio.

- I. De honore sepultura.
- II. De defuncto.
- III. De adolescentis defuncti resurrectione.

Ibat. Iesus in ciuitatem que vocatur Naim,

& ecce defunctus efferebatur, filius vnicus matris sue. Luc. 7.

FIGVRA.

ELIAS Propheta Sareptam Sidoniorum, cum venisset, diuina inuocata potentia, pauperculæ viduæ filium à mortuis suscitans, cum matri exultanti, & magna lætitiæ signa danti viuum reddidit. In Euangelio vero hodierno scriptum est, Dominum ac Redemptorem nostrum Iesum Naim ciuitati, quæ haud procul ab Hermo sita erat, appropinquantem, viduæ cuiusdam filium, qui terræ mandandus efferebatur, etiam à morte ad vitam reuocasse, ac matri viuentem reddidisse. O vere magnum miraculum. Eadem vtrobique circumstantiæ: illic fuit vidua, fuit & hic, vtrobique filius mortuus, & vtrobique ad vitam reuocatus: hoc vnum intererat discriminis, illic Eliam, hic vero Christum Iesum fuisse. Plura & ampliora mox audietis, vbi solitum sancti Pneumatis auxilium, gloriosissima virginis suffragia interponendo, fuerimus consecuti, quam proinde solita salutandi formula compelemus.

AVE MARIA.

Tradit Laertius ex sententia Platonistia iustitiæ genera esse, vnã quæ Deo, alteram quæ hominibus, tertiam quæ mortuis impenditur. Quo nihil aliud ille designare volebat, quam quemadmodum Deus adorandus, homines amandi, ita mortuos sepulchri honore afficiendos esse. Sunt hi namque vltimi ac maximi, qui mortuis haberi possunt, honores. Præit mihi hic Tullius etiam Ethnicus: *Honor sepultura est maximus, qui haberi mortuo potest.* Et est mihi credite actus quidam iustitiæ & religionis, mortuorum corpora, quæ in hac vita templa quædam Spiritus sancti, animæ socia, ac tantæ pietatis organa frere, honore huiusmodi afficere. Explodis hoc hæretice, ac cauillando huiusmodi versiculo nobis illudere soles;

Nec tumulum curo, sepelit natura sepulchros.

Hoc

Hoc tu abusus, & superstitionis nomine appellare consueuisti, equidem singularem Dei punitionem esse censeo, honore sepulchri caruisse.

Hier. 22.

4. Reg. 9.

Iob. 12.

Gen. 23.

Honor sepulchralis plurimis exemplis demonstratur.

2. Reg. 2.

2. Mach. 1.

Ecce huius rei demonstrationem. Cum Deus Ioachim Iosia regis Iuda filium grauitate castigare decreuisset; non aliud supplicium intentauit, quam sepulchri se eum honore priuaturum; *Sepultura asini sepelietis, putrefactus & proiectus extraportas.* fuit haec quoque; puniatio impiæ Iezabelis, quæ canes loco vespillonum habuit, & plateas loco tumuli:

Et erunt carnes Iezabel sicut stercore super faciem terræ in agro Iezrael. Nec est quod quis existimet, heri aut hodie sanctam hanc mortuorum sepeliendorum consuetudinem in usu esse coepisse: iam à duobus annorum milibus angelus Tobiam commendabat, quod Iudæos hinc inde per compita ab Assyriis in captiuitate iugulatos, terræ clanculum mandaret, *Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos.*

Laudatur quoque Abraham, quod iusta funeris vxori suæ Saræ perfoluisset. *Cum surrexisset, inquit scriptura, ab officio funeris: unde euidenter colligere est, egregie eam à viro cum pompa exequiisq; terræ mandatam.* Iacob quoque Patriarcha, eiusque filius Ioseph, tanti vltimum hunc sepulturæ honorem fecere, vt in extremis constituti testamento decreuerint, ne filii ossa sua in barbara terra Ægypti tumularent, sed eadem in terram Chanaan, vt in sepulchris patrum suorum conderentur, transferrent. Dauid rex, audito Saul pralio fufum occisumque, à Galaaditis sepultum, legatos ad eosdem misit, qui immensas eius nomine gratias, ob honorem Sauli, eiusque filio Ionathæ ac reliquis populi principibus exhibitum agerent, quod nimirum corpora eorum ex agris locisque desertis, ne à feris, & volucribus discerperentur, collegissent, eaque sepulturæ mandassent. Magnus quoque laudibus effertur strenuus ille populi defensor Iudas Machabæus, quod milites suos, qui in bello cecidissent, honorifice sepeliri curauit, eorumque causa magnam auri vim Hierosolymam ad templum Domini miserit, quæ pro animabus eorum offerretur.

Discipuli quoque Ioannis Baptistæ, cognito, magistrum capite truncatum, *Venerunt & tulerunt corpus, & sepelierunt illud.* Quis igitur sepulchri honorem iam recenter inuentum esse, aut supersticiosum audebit asserere? Cum ipse Dominus noster, Iesus Dominus Christus, qui toto vitæ tempore honores fugerat, & contempserat, in stabulo nasci, in praesepio reclinari, in deserto degere, denique in cruce mori voluerat, magnifice tamē sepeliri voluerit: hinc Nicodemus & Iosephus ab Arimathia adeo in Euangelio celebrantur, quod eum de cruce depoluerint, sindone munda inuoluerint, ac sepulchro è petra exciso, in quo nemo adhuc conditus fuerat, mandarint.

Verus igitur & nouum testamentum honorem sepulchri laudat, celebrat & commendat: omnis namque eum antiquitas celebravit & coluit, seque erga mortuos semper benignam & propensam ostendit Relictis porro, quæ ab antiquitate peti possent exemplis, ecce recens hodie nobis in Euangelio proponitur; cuius tanta fuisse pompa & frequentia describitur, vt similem in sacris literis legisse, vel audisse non meminerim. *Ece defunctus esset, & magna turba cum illo: omnes pene ciuitatis.* Nam incolæ foenus sequuntur, interfunt exequiis ipsi Apostoli, Deum pro defuncto orantes, ipse quoque Dominus pompæ occurrit, & vt hanc magis magisque celebraret, luculentum hocce miraculum, mortuum ad vitam reuocando edidit: Primo de ipso defuncto, deinde de eiusdem resurrectione loquimur.

Quod ad primum igitur, historia hæc ab *Ecce* incipit, quod vt plurimum magnum quid innuere solet: nunquam enim particulam hanc sacra scriptura usurpat, nisi ad res magnas, nouas, & nunquam auditas significandas. Isaias enim profundum & sublime illud Incarnationis Dominicæ mysterium ob oculos positurus, & populo annuntiaturus, in ipso principio *Ecce*, adhibet, *Ecce, inquit, virgo concipiet & pariet filium.* Euangelista quoque de trium Magorum aduentu in urbem locutus, *Ecce, velut excubitorē aliquem in limine ponit: Ecce Magi ab*

orienti

orientē venerunt. Eadem quoque ratione S. Lucas, magnus religionis Christianæ commentator, resuscitationem mortui describere volens, ab Ecce quoque eam exorditur. *Ecce defunctus efferebatur*; perinde ac si aperte voluisset dicere: Non hic Paralyticum ad piscinam membris suis restitui videbitis, non hemorrihoſſam à sanguinis fluxu liberari, non Chananae filiam à dæmone curari, non hic cæco nato lumen oculorum reddi, de quo heri audistis; sed mortuum ad vitam reuocari, omnium scilicet miraculorum maximum, quale nūquam fortasse vel vidistis, vel ab aliquo factum audiuitis. Licet enim olim Elias & Elifæus mortuos ad vitam excitarint, id precibus & orationibus, ad Deum fufis contigit; at hic adolescentem solo Christi verbo & iussu, ad vitam redeuntem videbitis: *Adolescens, tibi dico, Surge*: deinde ii ipsi, quos Prophetæ à mortuis excitarunt, adhuc dormiacebāt; at hic iam conditus efferebatur. Quocirca Ecce.

Sed quam bene omnia hic coincidunt, quam egregia hic nobis referuntur mysteria? Heri de cæco nato verba fecimus, ac per eū, si rite recordor, peccatum originale, ac merito quidē denotari diximus: quippe quod nos à primo natiuitatis die Dei visione priuat: hic vero mortuum habemus & defunctum per quem peccatū mortale designari existimo, quod animam occidat, ac trucidet, eiq; mortem afferat: Et sane mortuus hic viduæ filius, qui terræ mandātus effertur, peccatorē significat, qui Ecclesie filius est, quemque dæmones statim à peccato lethali commissio apud inferos sepeliendū efferrent, vt cum diuite olim Epulone egerūt, nisi Dei gratia, vt hodie hic Christus Dominus, ei occurreret, quæ eum ad vitam reuocaret. O paradoxa ac res inauditas! viuos inter mortuos cenſeri. Huc ades ô Cosmophile: tuque effrenate ac d'solute iuuenecule, siste paululum, est q; tibi dictum velim, quod cupiam nuntiari: putas forsità te in viuis agere, & eheu! mortuus es. Veritate ipsa, mihi crede, hoc est verius: verte omnes tere in partes, tripudia, quantum volueris, iacta te, quantum potueris, totas ludo, iocisq; tranſige noctes, discurre, euagare, & concipe quidquid vales, si inde digressus

peccato lethifero vel minimo, intus fueris lauciatus; mortuus sine dubio es, & vniesū iā in tartaro pedem habes, nihilq; tibi veræ reliquū esse existima. Quid hoc? ipse Dominus Iesus: *Anima qua peccauerit sp̄a morietur.*

Hinc optime mihi Dominus adolescenti illi, qui illum sequi volens, prius tamen confectum ætate parētem sepelire sibi vt liceret, veniam rogabat, respondisse visus est: *Sinite mortuos sepelire mortuos: quasi dixisset, Ne hoc tibi curæ sit adolescens; sine ab iis qui iam in anima mortui sunt, sepeliri eos qui corpore sunt mortui. Quid est autem quod mors in corpore facit, quod peccatum in anima non faciat; illa scilicet corpus sensibus & agendi facultate priuat: hoc vero animam gratia, meritis, functionibusq; spiritus destruit. Hinc tradunt Philosophi, ac bene quidem, salminis quoddam genus adeo tenue & subtile reperiri, vt gladium vagina etiā illæsa permanente comminuat ac fundi faciat: corporis humani ossa frangat, pelle non tacta aut minimum læsa. Huiusmodi fulmen, peccatum lethale appellare possumus, quod nimirum animam occidit, & corpori parciat. Vnde Platonographus: *ad nihilum redactus sum & nesciui*; & alibi. *Conturbata sunt omnia ossa mea; anima mea turbata est valde* dicere vult: Adeo animæ meæ regionem peccatū vastauit, ac destruit, vt omnia ossa, id est, præcipuæ animæ facultates, cōturbata sint, & locomota. Aristoteles cum de morte ageret, eam omnium *terribilium* *terribilissimum* appellauit: sed multo maiori eum ratione mihi dicere liceat, Philoſophe: *Omnium terribilium terribilissimum est peccatum.* ipsa enim mors non nisi vita nos priuat, sed peccatum præter vitæ, etiam animam & Deum aufert. Fierine igitur potest infelix peccator, te diutius viuere, cum vita, anima, & Deo careas? Tanta Basilisci serpentis traditur esse virulētia, vt etiam visu interimat, solusq; eiusdem intuitus venenum videnti afferat: at lethale peccatum longe, mihi credite, lethalius est & virulentius, sola namq; eius cogitatio animæ perniciem afferat. Hoc ipse Salomon cum perceptū haberet, nos omnes ad peccatū, nō secus atq; venenatæ aspīdis, fugam inuitat dicens: *Tamquam à facie colubri fuge peccatum.**

Ezech. 18.

Matt. 8.

Egregius conceptus.

Psal. 72.

Psal. 6.

Lib. 3. c. 6.

Egregius conceptus de peccato mortali.

Eccl. 27.

Quid sic
peccatum
mortale.

Adfis hic igitur, occæcate peccator, qui tam facile in peccatum prolaberis, ac poenitentiam agere de anno in annum differis, siste gradum, ac iuxta hunc mortuum pedem figito; ut tibi quid peccatum sit aperiam quæque supplicia promereatur. Proponas tibi velim ante oculos, quemadmodum Deus infinitum & summi bonum est, ita quoque peccatum infinite ac summe malum dici posse: deinde ipsum peccatum adeo lethale ac mortiferum virus esse, ut animas quæ natura immortales sunt, morte afficiat. Quin etiam ipsum ligna quodammodo, & fontem esse, qui flammam infernalem semper foueat & æternam reddat.

Peccatum
diabulos
deformes
reddidit.

Vnde accidere putamus, dæmones adeo deformes, tetros & horribiles factos, cum olim instar Angelorum & ipsi Angeli resplenderint? quis eos in tantam turpitudinem commutauit, aut adeo atros reddidit? anne fuligo & titiones tartarei? nequaquam: sed ipsum peccatum omnem illam turpitudinem arcessiuit, adeoque inamconos visu effecit. Quænam igitur tua esse debet turpido, ô homo, quæta deformitas & inuenustas, cum tot anima tua peccatis redundet: dæmonibus ipsis multo, mihi crede turpior es: si enim vnicum peccatum mente & cogitatione sola comprehensum, tantam iis deformitatem potuit adducere, quantam, quæso, sexcenta & amplius tibi peccata allatura cæses?

Anima
quæ in pec-
cato mor-
tali est si-
milis est
inferno.

Eheu infelix & miserande peccator, si oculos obnubilatos non haberes, si animæ statum peruideres; videres, haud dubie iam in infernale quoddam barathrum esse commutatam: nihil enim est apud iustos, quod non in anima tua reperire est; ardet in ea ignis ille & flamma concupiscentiæ, dæmonum monstrum in ea stabulant, & sedem figunt, peccata, spissa vmbra, ac Cymmeriæ tenebræ illie reperiuntur, passionum truculenta furia habitant, vermis conscientia perpetuam sibi mansionem ibi delegit, qui eam semper rodit & excruciat, continua denique illic blasphemiarum & conuicia exaudiuntur: quid igitur hic deest, quo minus animam inferorum locum in se continere dicamus? Volue & reuolue tecum diligentius infelix anima, quam iniuriam sibi fieri crederet. Beatus aliquis, si beatitudine sua priuaretur, infernalibus flam-

mis ad iudicandum: nihil, mihi credite, illi grauius aut tristicus accidere posset, ô infelix, ac fatue peccator, hoc ipsum tibi malum peccatum parit. Expellit te nimirum cælesti paradiso, non secus atque Adamum olim terrestri: quin & æterna te beatitudine spoliare, teque in profundam tartari abyssum deturbat.

Docetis Philosophi, ac vere quidem docetis, materiã omnium corruptionis esse principium, & plurima exinde axiomata cuditis, in primis quidquid à materia descendit, corruptioni obnoxium esse: deinde quidquid materiæ infinita etiam axiomata formari possunt, corrumpi, & alia huiusmodi. At multo melius si mecum doceretis peccatum omnium damnationis principium esse, à qua sententia infinita etiam axiomata formari possunt, scilicet: *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur: & nihil coinquatum peccato intrabit in regnum cælorum, aliaque sexcenta.*

Dicere de virtute solebat Cicero, tantam eius pulchritudinem ac splendorem esse, ut si oculis corporis cerni posset, mirabiles excitaret affectus, omnesque in amorem sui accenderet: idem mihi de peccato, contrario licet effectu, dicere licet, tantum in eo scilicet turpitudinis, ac terrores delitescere, ut si animi oculis videri posset, omnes omnino mortales in sui odium execrationemque excitaret, & totus id orbis velut pestem certissimam ac terribissimum exitium abhorreret. *Quamobrem tanquam à facie colubri, peccatum fugite, velut monstrum id ipsum perhorrescite.*

Næ ipsum peccatum monstrum terribissimum est, adeo informe & horrendum, ut si tanta nobis fides esset, qua id cognoscere possumus, mille potius mortis genera perpeti, milleque subire cruciatus, quam vel leuissimum lethale crimine admittere malle. Ipsi quin etiam Angeli & Sancti, qui modo in cælis commorantur, tantopere peccatum execrantur, Angelique ut si is diceret Deus: *Necessè est Cherubim, pudissimos Patriarchas, Apostoli, martyres mei, vnum vos totum peccatum lethale committatis, alioquin in queri, quæ infernale barathrum perpetuis cruciandi igni: vel minibus estis deturbandi: Omnes procul dubio vnanimi voce responsuri essent: Quidquid tibi visum fuerit, Domine de nobis libere decerne, & nos, si iubet, in nihilum potius redige,*

tridē nihilo produxisti, quā vt vllō maieſtatem tuam crimine offendamus, vt vllum aduerſus te delictum committamus; aut rem adeo deteſtabilem perpetremus: & in infernalē nos potius voraginē detruide, nunquam inde egreſſuros. Multo namq; nobis futurum eſt antiquius, æternis apud inferos cruciatibus torqueri, æterniſque flammis mancipari, quam te tam nefarie, tamque nequiter offendere. O vere diuinum propoſitū! Idem omniuo propoſitum fuit honeſtiffimæ illius matronæ Sufannæ, quæ propoſita hinc infamia, pudore, omniq; adeo ignominia, illinc vero peccato, ignominiam potius, ac dedecus ſubire, lapidibus obrui, & crudelem, infamem ac nefandam mortē perpeti parata fuit, quam in adulteri peccatum conſentire, dicens: *Anguſtia mihi ſunt vniq; ſi enim egero, mors mihi eſt: ſi autem non egero, non effugiam manus veſtras: ſed melius eſt mihi abſq; opere incidere in manus veſtras quam peccare in conſpectu Domini*, O fœminam omni commendatione digniſſimam!

Quid? fieri ne igitur, obſtinate peccator, poteſt; tam parum de peccato ſollicitum viuere? vt non penitus ad eius vel memoriã timore contremiſcas, & idipſum committere exhorreſcas? fieri ne poteſt ſecurum te agere, ludere, ridere, ac tripudiare, cum te mortuum ac Dei factum inimicum videas? cum cernas te Dei traditorē fuiſſe, aduerſus maieſtatem ac diuinitatē eius conſpiraffe? Hæc omnia ſi animi tui non permouent, ſilicet te ac petra duriorē, ferro & ære rigidiorē, & ſenſibus deſtitutum pronuntiabo.

Balthaſar Regis Nabuchodonoforis filius manu in pariete mortis aduerſus eum decretum & ſententiã ſcribentis, viſa, adeo conſternatus eſt, vt quemadmodum ſacri libri ſcribunt, facies eius commutata ſit, & compages tenum eius ſoluerentur & genua eius ad ſe inuicem colliderentur. Te verò, ô prophane & obdurate peccator, cum peccatum in fronte tua ſeſquipedalibus litteris mortis ſententiã ac damnationis decretum exarare videas, credine poteſt, intrinſecus non commoueri, aut præ metu non exalbeſcere: horrore non concuti, & ſi non timore, pudore ſaltem commoueri?

Manaſſes Rex admiſſo peccato, adeo coram diuina maieſtate erubuit, vt vix oculos ad cœlum ſuſtollere præſumeret, dicens: *Non ſum dignus videre altitudinē cœli*. Tanta quoque verecundia Dauidis Regis fuit, vt coram hominibus comparere vix auſus, gemens diceret: *Tota die verecundia mea cõra me eſt, & conſuſo faciei mea cooperuit me*. Hæc ſunt igitur infortunia & exitia, Auditores, qui nobis peccatum afferre, & affecta, quæ in anima operari ſolet, vt ſcilicet eam immortalem morti obnoxiam reddat.

Ecce defunctus efferebatur: Ecce pompa procedit, Ieſus non vocatus eidem occurrit, vt aliquod miraculū edat. Sequamur eum igitur, vt ſic ad ſecundam concionis partem veniamus, videamusque ab eo hunc adoleſcentem ad vitam reuocari. Taceant omnes, ac linguis faueant. loqui mutuo incipit dicens. *Adoleſcens tibi dico ſurge*. Adoleſcentes calamitratī, qui in deliciis veſtris ſepulti ſteritis, voſq; adoleſcentulæ quæ voluptatibus in dormitis, ſurgite in pedes, ſurgite, iuber Deus; ac pœnitentiã de peccatis veſtris agite. O vberem myſteriorum eampum!

Quatuor verbis, *Dixit & facta ſunt*, cõdita eſt vniuerſa hæc mundi machina: quatuor item verbis, *Verbū caro factum eſt*, ipſum Incarnationis myſteriū innixum eſt: quatuor verbis tremendum Eucharitiæ Sacramentum conſecratur. *Hoc eſt corpus meum*. hic quoque per quatuor verba videas ad vitam adoleſcentem reuocari, *Adoleſcens tibi dico ſurge*. O vere mirabilem numerum quaternarium! ô quadraturam! ô cubum!

Hic igitur adoleſcēs eſt, non depōtanus, aut decrepitus ſenex, nō annis grauis, quem nimia ſenectus mori coegit: nō puer infans, quem mors in cunis oppreſſerit: ſed adoleſcens iuuenulus, in Aprili, in Vere, in flore ætatis conſtitutus. Filius item vnicus matris ſuæ honeſto loco natus & è primoribus Ciuitatis: legitur namq; in Euangelii cõceptu. *Et magna turba ciuitatis cum illa*, ad cuius ſcilicet exequias tota pene ciuitas confluxerat. O mortem, crudelem nimium mortem! vere te cæcam appellare poſſumus, quæ, nec diuitias, nec ætatē, aut conditiones mortaliū inuicis, vnde merito olim vates ille Venuſin?

H h h 2 Pallida

2. Paralip. 3

Pſal. 41.

III.

Quæ vis in numero quaternario lateat.

Adoleſcēs hic eſt præcipuis ciuitatis erat.

Horat. li. 3. *Pallida mors aquo pulsat pede pauperum tabernas.*

Regumq; turres.

Vos vero matres an non vobis matris huius tristitiam, dolorem, angustias ac lamēta ob oculos ponitis? an non vobiscū ipsā perpenditis, quanta illa tristitia, vnico suo quem habebat filio amisso, affecta fuerit: vnico in quā filio orbatā, mater illiberis, & diues absque hārede? Audire mihi querelas eius, ac suspiria videor, ac muros ciuitatis eius lamentis percussos, hanc vocem emittere: *Quantis, quamq; grauib. infortuniis caput meum d. superi, inuoluistis? quot mihi dolores & ærumnas arcessiistis? an ne reperiri aliqua in vniuerso orbe mater queat, que me patiendo superet, in quam tot, quot in me miserā, calamitatis tela Deus emibrarit? Vnica, cheu, proles mihi erat, vnicus omniū facultatum hāres in quē domus inclinata recumbebat, miserę spes vna senectę, præsidium ac rerum columē mearum, & hunc ipsum mihi eripit, & quodammodo auellit Deus. Cūr non, obsecro, ipsa præcessi? Quin tu amara mors filiū superstitē relinquēdo, matrē non potius abstulisti? Itane te fili mi delitię meę, suauium meum, corculum meū, vitę, spes, atq; omnia mea mihi eripi, nullo vt vnquam die, post hęc te mihi fas sit intueri. his crediderim lamētis & vocib. orbatam hanc matrē æra fatigasse. Vos autem matres, an non matris huius miseret? vos vero adolescētes, an nō hinc mortē formidare discetis, q̄ nemini omnino parcat,*

Nec imbellis iuuenta.

Popliisibus, timidovs tergo.

Semper nos Deus hinc in optimo statu constitutos euocat. Vos autem Christiani, hinc discatis velim nos semper ex hoc mundo à Deo euocari, quando optime intrinsecus in animo constituti sumus, & quando minimum damnationis periculum subest. Parvulum hunc è cunis ad sese euocat: prævidet namq; fore eum, si longius vitę spatium concesserit, de salute periclitaturum. Hinc patrem familias scilicet rebus suis incumbentem, ac laudabiliter viuentem in flore etatis, ex hac vita tollit: auguratus fore, eum si vita diutius producat, à mundo insecutum, decipi adhuc & circumueniri posse. Hunc vero peccatorē è mediis fornicibus, euocat, sinitque eum in pec-

cato mortali cōstitutum hinc emigrare. Sed cheu, Domine si sufficiens illi tempus & diutius spatium dedisses, vitam forsitan emendasset, ac pœnitentiam pro delictis egisset. Dicendum tamen est Deum in optimo vitę statu eum abstulisse: si namque longior ei in vita mora fuisset indulta, plura haud dubie peccata admisisset, ac grauius proinde iudicium sibi arcessens, grauiori apud inferos supplicio cruciandus fuisset. O immensam Dei misericordiam, ac benignitatē infinitā!

Hinc quoq; discamus oportet, Deam vitam nostram non annis aut diebus, sed meritis demeritisq; metiri. Nam veluti mundus propter hominem conditus est, eiusq; terminus ac finis, completus electorum & reprobatorum numerus, futurus est, id est, tam diu mundus subsistet, donec certus ille prædestinatorum ac reiectorum numerus, quē Deus cōstituit, fuerit completus. Ita de vnoquoq; nostrum dicendum est, vniuscuiusq; vitam, merita aut demerita loca termini habere præfixa: hoc est, eatenus hominē in hac vita agere, donec peccata virtutesq; eius completa sint. Atq; inde euenire puto quare plurimi in iuuentute moriantur, vitę cursum peccatis incidendo, qui licet pauxillo vixerint tempore, innumera tamen peccata commiserūt. Docent hoc meliterę sacrę in quib. traditur, Deū expectare non nihil voluisse, antequam sulphuream pluiuiam in Gomorrhæos emitteret, donec sc. peccata eorū cōplerentur: *Nē dum completa sunt iniquitates Gomorrhæorum.* Quāobrem adolescētes, si longa vitę tempora vobis exoptatis, ac diutiuscule vitā vultis pertrahere, rarissime peccate: nā vt bene Poeta:

Cur multum peccas, si multum viuere curas?

Hinc interrogatus olim Thales, eequidnam difficile vidisset, optime mihi respondisse visus est, *Senem tyrānum*: vix enim quęquam eorum canescere, aut ad extremam senectutem peruenire videas. Idem mihi de peccatore fas est dicere: vnum esse de rarissime contingentibus, peccatorem ad decrepitam ætatem pertinere: cum peccata ei vitę filum præcidant.

Referunt etiam naturalium rerum scriptores, leonem non esse longeuum, quod nimium sit ferox & violentus: ita quoq; peccatorum

Gen. 11

Simile

toicm

rorem assero diuturnæ vitæ non esse, quod vehementior sit, eiusq; agendi ratio dissolutanimum ac violenta.

Rex cum in regno arcem esse videt, quæ omnem circum circa regionem diu exet, expilet vicinos, ac deprædetur omnia: idq; veterani alicuius, ac profligati militis imperio, qui nec regem nec iustitiam metuat, prædonum in ea agmen & sicariorum foueat, qui excursions in agros vicinos agat, miserisq; agricolas exhauriant, prædasq; immensas secum deferant: Rex, inquam, querelis ad aulâ delatis statim mittit qui locum dedi petant, quod cum obsessi recusant, eundem tormentis & balistis quatit: at ubi videt sese nequidquã in eo oppugnando tēpus terere, subterraneos cuniculos agit, itaq; subtus muros puluere sulphureo agente, loco simul & prædone potitur. Deus Rex ille Regū ac Dominantium Dominus idē omnino cum animab. præstat: Cum enim animam peccatricē corpus adolescentis alicuius, veluti locum quēdam munitum videt occupasse: in eoq; spiritualium prædonū agmen collocaſſe, qui plurima hinc inde crudelitatis genera exerceant, infinita peccata cōmittant, adeo vt ad aulâ cœlestem querele de maleficiis perferantur; sepius eandem sanctis inspirationibus admonet, sese vt reddat, dicēs: *Conuertimini ad me in toto corde vestro: sed ubi sese hac nihil viã videt p̄ficere, infirmitatibus eam, tribulationibus, calamitatibus aliisque vitæ incommodis concutit: nã multa flagella peccatorie. Vbi nec hac ratione res succedit, cuniculis agere instituit, ac terrâ corporis suffodere, occultum quendam humorem subinducens, qui paulatim in imensum exereſcens, tandē hominem instar cuniculorum ad terram proſternat, & ad tumulum deducat. Huius exemplum rei hodie in Euãgelio legimus, ubi dicitur: *Adoleſcens tibi dico surge: Ego sum qui dico, iubeo, qui peccata deleo. Ego. Deus saluos faciendi, mei sunt exitus mortis: ego qui ad cingulum potentie mee clauis mortis & tartari gesto, habens clauis mortis & inferni. Surge igitur, erige te, mihi obsequere: Ego sum qui Ionã de profundo pelagi liberaui, Daniele de lacu leonum, Lazarum de sepulchro viuentem: seduxi, quiq; mundum e nihilo condidi.**

Surge igitur adoleſcens, surge, & quoniam, miser, decideras, vt necesse fuerit surgere? in mortem scilicet, à qua non datur ad vitam reditus: nam à priuatione ad habitum non datur regressus, in peccatum quoq; in quod qui prolapsus fuerit, difficulter admodum exire potest, nisi Deus misericordia sua affulgeat: *Spiritus vadens & non rediens, & p̄ne ad infernales abyſſos, è quibus reuocare gradum & superas euadere ad auras nulli haectenus concessum est, in inferno enim nulla redēptio.* O graues casus, & profundos lapsus! Surge igitur quantocyus. Quis enim mirū, adolescentem hunc sub graui peccatorum onere fatiscentem concidisse: sum cœlum quod adeo solidum ac firmum est, vnum Luciferi peccatum sustinere non potuerit, sed sub pedibus eius subsederit: Terra quæ aperta sit indignata, nec peccata Chore aut Abiron perferre valuerit. Christus quoque Redemptor noster, validus ille Atlas nostra delicta humeris portare volens, sub onere succubuerit, & sub eodem expiravit. Surge igitur modo infœlix peccator è peccatorum tuorum cœno, surge deses & vecors: surge piger & negligens, Deoque melius, quam haectenus fecisti obsequium exhibe.

Quam porro necesse est, Domine, vt à te subleuemur: omnes enim sub peccatorum onere fatiscentes prostrati iacemus, omnes velut mortui sumus, anima nostra omnem penitus sensum amisit, moueri nequit, & in extremis versatur. Graue namq; illud peccatorum pondus eam oppressit, adeo vt sub onere gemat; numquam valens exurgere, nisi tu misericordie illi ac benignitatis manum porrigas: iam composita est, & ad tumulum effertur, non extra ciuitatē Naim, sed extra mundum: demones adstant, vt eam terræ, dicere velim tartaro, mandent, tartaro inquam, Cãini, Pharaonis, Abironis, diuitis epulonis, aliorumque, ac cōmuni damnatorum sepulchro. Quamobrem, Domine, in occursum eius propera, miraculum hic ostēde, resuscita, ac iustifica illam, vitam gratie tue quam amisit, eidem restitue, vt hodie adolescenti huic reddidisti. Gemit enim & plorat misera illa mater Ecclesia, orat te vt filium eius à peccati morte ad vitam gratie re-

H h h 3 uoces.

Psal. 77.

Nullū est in mundo onus peccato grauius.

1001. 2.

Psal. 31.

Psal. 63.

Apo. 1.

Ioan. 2.

Dan. 8.

uoces. Nostras adhuc animas à mortuis excita, vt nemini nisi tibi soli viuentes, aliud non spirent, quam gloriam nominis tui in hoc seculo, & in altero beatitudinis æternæ fruitionem expectant. Amen.

FERIA VI. POST DOMINI-

CAM VI. QVADRA-
gesima.

Partitio.

- I. De humana vita breuitate.
II. De Lazaro infirmo.
III. De Lazaro resuscitato.
IV. De mortuo in peccandi consuetudine.

Erat quidam languens Lazarus à Bethania de castello Martha & Maria sororum eius. Ioann. II.

FIGVRA.

4. Reg. 4.

Synamitis illa mulier, extremo propter Synici filii mortem dolore affecta, ad pedes Elizei prophete sese prosternens, ac lachrymis, lamentis, & foemineo ululatu aërem fatigans, ita eum permouit, vt filium importunitate victus, ad vitam reuocarit. Attollite oculos, Auditores, eosque in hodiernum Evangelium coniciite, & eandem pene rei feriē hic perspicietis: hoc namque loco duæ mulieres, duæ inquam sorores, fratris morte ingemiscens, Christi pedibus aduoluuntur, eumque precibus & lachrymis adeo permouent, vt earum postularis annuens, fratrem nouo quodam & inaudito modo ad vitam reuocarit. Quid vobis videtur? an non magis hic vtriusque rei consensus & cōmunio? illic mater pro filii, hic sorores pro fratris vita supplicat: illic Propheta mortuū excitat, hic omnium Prophetarum Princeps. Illud vero discriminis subest, illic scilicet Elizei discipulum & seruum, hic vero filium Dei vngentum miraculi patratorem esse, miraculi inquam, cui simile Christus nunquam edidisse legitur, quodque miris casibus redundat: in eo namque sepulchrum aperitur, insti-

tæ dissoluuntur, saxum reuoluitur, ac mortei ad vitam reuocantur. plura audietis, si Spiritus sancti auxilium inuocauerimus, & Angelorum hominumque reginam salutatione Gabrielis salutauerimus.

AVE MARIA.

Expostulare cum rerum omnium creatura natura solitum ferunt Theophrastū Philosophum, quod longius vitæ spatium cornicibus & coruis quam hominibus dedisset. Magnus ille quoque naturæ arcanorum indagator Plinius, nostrā ætatem cum animalū viuacitate comparans, eandem querelam renouauit, naturam dicens ceteris animantibus, soli vero homini nouercam extitisse, cum enim cornices ad quinque secula vitam producere, ceruos ad nouem: ceruos ad mille annos viuere, Phœnicem vero ad bis mille, videret, inter tot vero hominum myriades vix vnum atque alterum reperiri, qui centesimum annum pertingat, naturam maximam hominibus iniuriam irrogasse dicebat.

Ac merito quidem mea sententia, Gentiles cum immiti illa & rigida nutrice ita expostularūt, quæ vix nos in luminis auras edidit, quin statim in ærumnarum calamitatumque pelagus demergat, nullaque data quiete, statim ad tumulum violenter etiam inuitos rapiat. Nulli eam melius aut aptius comparare queam, quam matri Moysi, quæ filium iam tribus mensibus seruatum, regis tandem iussu obsecuta, fiscole scirpeæ bitumine ac pice illite, impositum in profluentem, omnē maternū affectū exuens, deicit: Natura ad huius imitationem, plena crudelitatis nos vix natos fluctibus vitæ huius imponit, è quibus nunquam, nisi cum ad mortem tendimus egredi licet.

Imitatur ipsa quoque crudelem illum Pharaonem regem Ægypti, qui omnes masculos Israelitarum iam recens natos occidi iussit, filias vero viuere permisit. Emulatur inquam cum hoc in genere crudelis illa & inhumana regina, ne dicam tyranna, dum homines iam iam natos ad mortē cogit, bestiis vero, quas filiabus affimilo, longa vitæ tempora concedit. Adeo vt dicere verbo liceat, vitā nostram breuissimā, imo merū nihil ac velut fumū esse.

esse. Vnde bene mihi medicorū filii in principio præceptorum suorum scripsisse videntur, *Ars longa, vita brevis*. Aristoteles animalculum quoddam esse asserit, cui nomē Ephemerum, & latine diarium reddas quadrupes & quaternas alas habens, reptile simul & volūtere, quod mane quidem nascatur, meridie sole splendente perfectum sit, sole vero occidente simul occidat, & emoriatur. Vbinam tam mysticū animal reperisti? Philosophus? quod ad viuum humanam vitam exprimat, quæ sepe vita huius animalculi diuturnior non est. Extenditur hæc interdum vix in annum, aliquando vix ad mensem, aliquando diaria est. Esse nostrum habere incipimus in aurora infantie, in meridie, in vituli nempe ætate, perfecti sumus & ad vesperam in senectute emorimur. Docuit hoc me vates regius, dum canit: *Mane sicut herba transeat, mane floreat & transeat: vespere decidat, induriet & arefeat*. Similis quippe est humana vita rosis, quæ in spinis excrecentes mane nascuntur, & nitent, meridie languent, ac vespere decidunt: cretæis namq; in miseris & ærumnis, egredieris in aurora iuuentutis, flores & viges in ætate vituli, & ad senectutis vesperam euanescis & peris.

Ephemerus es igitur o homo, ac vita tua non nisi vnus dies: nõ est quod tibi amplius annos pollicearis. Nestorius terminus enim vitæ tuæ vnus tantū est dies. Vnde Ezechias Rex, *De mane vsq; ad vesperam finies me*. quasi diceret. Quænam hæc vita est, Domine? anne vere vita poterit nominari? sed hinc difscas oportet, o Rex, vitam tuam nõ nisi vnus diei esse. Et quemadmodum, qui in carcere coniecti sunt, numquam diem integrū, post datam sententiã in carcere agunt: ita nemo mortalium, vt bene Iustinus Martyr, & Ireneus obseruarunt, vquam integrum diem, secundum Dei calendarium supputãdo, post mortis sententiã aduersus primum parentem Adam latam, viuere potuit, mille namq; anni, teste S. scriptura, *tanquam dies hesternæ quæ præterijt*. Nemo enim vnquã ad mille annos peruenit. Adam prius mortuus est, quam ad finem illius diei peruenire potuerit (vixit enim tantum nongentos tringinta annos:); alii quidem cum prætergressi sunt, vt

Mathusalem, sed tamen non nisi nongentos sexaginta nouem in hoc mundo egit: adeo vt vere dicere possimus, hæc vitam ne integrum quidem diem durare posse.

Aristoteles lib. 1. Physic. quam Auertoes, Iamblichus. ac D. Thomas sequuntur, temporis naturam inuestigans partes examinãs, post multa in vtramq; partem allata, tandem in eo cum cæteris cõuenit, aliud nihil ipsū esse quam imaginariū quid, quod mente tantum & cogitatione comprehendatur: cū enim tribus constet membris, quæ reuera nihil sunt, præterito nimirum, præfenti, ac futuro, nihil aliud ipsū, quam phantasma quoddam ex trib. compactum membris, esse iudicabāt: ipsū, n. tempus præteritū transit, & non est amplius; futurum instat, & nondū adest: præfens punctū est, ac vix nihil, semper enim effluit. & nunquam in eodem statu permanet. Quanto hoc melius de vita nostra dici posset: quæ nihil aliud quã phantasma quoddam, è tribus instantibus & momentis copulatum, quæ in momento & ictu oculi transeunt. Præteritum quippe non est amplius, futurum nondum est, præfens præter momentum nihil est, omniaque in momento præterreunt & abeunt.

Ita porro sanctissimi viri ac Propheta, Dauid & Iob de hac vita, ipsi quoque viuentes, Philosophati sunt; vnus eam vmbra, alter fumo comparat: quorum vestigijs insilens Salomon, eam nihil esse aliud ait, quam inanem vmbra transitum: Iacobus vero Apostolus vapor ad modicum apparenti assimulauit. Sed diutius æquo huic exordio de vitæ breuitate agentes, immorati sumus, cū breuiiores hic fuisse oportuisset. Eius autem rei egregium & viuum nobis exemplum Evangelium hodiernum proponit, iuuenem scilicet honesto loco natum, atque illustribus progenitum parentibus, ætatis suæ vigesimo aut vicesimo quinto anno, vita defunctum, iam in quadriana sepultura fœtentē, ac vasto lapide obseratū. Historiam prosequitur S. Ioannes his verbis: *Erat quidã languens Lazarus à Bethania, de castro Martha & Magdalena, &c.* Ante omnia de Lazaro, deinde de eius resurrectione agemus: atq; ex his duobus eximium hoc saluatotis miraculū eliciemus.

Quod

Arist. 1. 5. de animalc. 19

Psal. 83.

Jai. 38.

Hist. tripar. vita. Irena lib. 5. vmbra hæ. resti. Psal. 83.

Auer. 4. Phys. 1. 1. 1. 17. Ibid. q. 17. Egregius cõceptus

Psal. 108. Iob. 8.

Sap. 2. Iacob. 4.

111.

Quod ad primum, refert S. Ioannes, huius miraculi præco, in Bethania castello, quod haud procul Ierosolymis aberat, nobile quædam, Lazarum nomine, Marthæ & Magdalena: adeo in Euangeliis deprædicatū, fratrem habitasse: qui cum in grauem ægritudinem incidisset, sorores commiseratione & affectu tum naturali, tum fraterno commotæ, Christum summum illum medicum certiorē reddiderunt, vt fratris suiq; ambarum miseretur, dicentes: *Domine, ecce quæ amas infirmatur.* Non miserunt consulere oraculū Beelzebub Dei Accaronitarum, vt olim Ochosias Rex; sed consulere Christum Dominū. Ipsum namq; sciebant summum illum medicū, qui totiam infirmitates & morbos per Iudæorum regionem curauerat; qui Hæmorrhoidiam duodecim annos sanguinis profluuio laborantem, sanauerat; qui paralytico, triginta octo annos, ad piscinam aquæ morum expectanti, sanitatē reddiderat: qui seruo Centurionis paralyti distento membrorum vsū restitueraat; qui socrum Petri magnis febribus laborantem, ab eisdem liberauerat. Sed altius illæ rem petiuere, & ab vltima memoria exemplum hausere; sciebāt sc. esse eum ipsum, qui Ezechiam Regem, de cuius vita medici desperauerant, sanitati restituerat: atq; hinc, non dico spem, sed firmā & indubitatam fiduciam, sanitatis recuperandæ concepere, dicentes: *Domine, ecce quæ amas infirmatur.* Breuis hæc & curta oratio est, sed fide ac spe plena. Orant illæ, vt Iacob. Apostolus orandum monuit, *Postula in fide nihil hæsitans.* Deinde iam longo vsu, & familiari eius consuetudine perspectum habebāt, cum benignitatis ac misericordiæ fontem esse: didicerant quoque à Psalmista: *Speret in te qui nouerunt nomen tuum, quoniam non derelinquis quærentes te.* Dicere olim solebat Demetrius Phalereus, *Amicos in rebus latis adesse debere vocatos, ac in aduersis non vocatos.* Hinc germanæ illæ tantum aiunt, Domine hic de vita agitur eius quem vnice diligis, ac summo amore cōplecteris: nihil addunt amplius, nihil postulant aut decernunt aliud: sciunt Deum nouisse omnia, ac semper nobis quæ necessaria sunt abunde & libenter elargiri.

4. Reg. 1.

Matt. 9.
Ioan. 5.
Matt. 8.

4. Reg. 20.

Iacob. 2.

Psal. 9.

Demetrii Phalerei Dictum.

Plato, eumq; secutus D. Thomas tradūt, Lacedæmonios nihil aliud à Diis postulare solitos, quam vt quæ vitia reip. viderentur, darent, cætera Deorum arbitrio relinquēdo. Id ipsum hoc loco & sorores hæ præstitisse videntur, dicentes: *Ecce quæ amas infirmatur.* Quid dicitis piæ sorores? si frater vester à Deo diligitur, quomodo morbo diuexatur? quis credit Deum tribulationib. & calamitatibus probare eos, quos habet charissimos? Mouit hanc olim quæstionem fortissimus ille populi Israelitici dux Gedeon; cum enim ab Angelo salutaretur: *Dominus tecum viro- rum fortissime.* statim hanc ei quæstionem proposuit: *si Dominus nobiscū, quomodo tanta mala patimur?* Idem inter Iob, eiusq; amicos olim disceptatum fuit, qui asserbant iustis nullas à Deo calamitates & afflictiones immitti posse. Quin & Sampsonis vxor Dalila de mariti in se affectu expostulans, ait: *Quomodo dicitis quod amas me, cum animus meus non sit mecum.* Idem omnino hæ sorores; licet recte innuere voluisse videntur, *Ecce quæ amas, infirmatur:* quasi dicere voluissent, *Quomodo te erga fratrem nostrum affici dicis, Domine, eiusque commodis studere, cum tam graui cum morbo cruciari patiaris? æger enim decumbit, & vsque ad mortem decumbit.* Sapienter, meo quidem iudicio ò Martha, tuq; ò Magdalena, locuta estis, ac bene fundata vestra est oratio: solet enim Deus quos diligit, castigare, eosq; plus cæteris, tribulationibus & afflictionibus premere: ita namq; Deus cum dilectis suis agit, vt Angelus olim cum Iacob Patriarcha: cum enim Angelus integra nocte cum eo luctatus fuisset, abiens eum in femoris neruo percussit, qui deinde emarcuit, mox benedictionem suam ei elargitus. Deus quoq; post diuturnā amicitiam & vsū, amicos tandem castigat, tribulationumq; ictum iis infligens, in mundi prosperitate eos claudos reddit; sed inde euocatos benedictionibus cumulare consuevit. Quod olim Deus cum Hebræis in captiuitate Ægyptia detentis, & eadē iam iam liberandis; id plerumq; cum amicis, electis, & prædestinatis agere consuevit, quos è mundi captiuitate educere conatur: diabolus illis,

Consuetudo Lacerationis in oratione diis.

Iud. 6.

Iud. 16.

Dilectos suos premuntur Deus carum visitat.

Allegoria

illis, loco Pharaonis est, mundus Aegypti: ca- ro, carceris tentationes, afflictionum; & vt eos inde eripiat, per rubrum tribulationum mare eos educit.

Caelum igitur in caput iustorum aduersitates & afflictiones effundit, vt eos e mundo educat; quibus si carerent, longiorem in eo moram traherent. Augustinus Israelitas admiratus, cur in Aegyptum, in qua tot laborib. & afflictionibus olim tam diu exerciti erant, reuerti maluerint, quam in deserto Angelorū esca enutriti, exclamat: *Quid fecissent: si omnia prospera illis fuissent in Aegypto, cum etiam ita flagellati in eam media via redire vellent.* Ita quoq; mihi dicere liceat Augustine. Quid non mundi amatores facerent, quis eos educere posset, si laeta semper aura afflaret, cum vix tot preffi calamitatis, tot armorum nis grauati, inde queant educi?

Exod. 3. 6. 7. & 14.

Gen. 26.

Gen. 11.

Monebant olim Angeli Loth, vt sese Sodoma eriperet, quae iam iam igne consumēda, ac fulmine sulphureoq; imbre esset euerenda: & tamen bene monentibus credere nolens, violenter quodammodo eiectus est, *Coegerunt eum exire*: quis igitur eum educere potuisset, si Angeli omnia laeta, & vrbis prosperitatem denuntiaissent. Si tribulationum multitudo, cogit te mundi Sodoma exire, o homo, vt te à diuinæ iustitiæ fulmine tucaris, quis alioquin te eripiat? si omnia tibi ad votum fluere, & ad voluntatem omnia cederent, quis te respicere ac retrogredi cogere? *Quamdiu* Laban benignum se ac mitem Iacobo demonstrabat, nunquam ille de eo relinquendo cogitabat; sed statim vt frontem nubilam ac rugosam, vultu erecta, oculos liuidos totumq; vultum ei subiratū ostendit, domum paternam cogitauit, ac de reditu in patriā agere coepit, subirati hominis vultum sustinere detrectans. Idipsum & hominib. huius mundi accidit: quamdiu n. vetus ille idololatra Laban, mundus, in quā benigne arridet & fauet, quamdiu filias suas, id est, voluptates, in matrimonium se datum spōdet, quamdiu omnia ad vorū fluunt; de eo relinquendo ne minimum cogitant: de

Quamdiu caelo, vbi illorum patria est, ne minima mē- mōdus ar- tio est. Sed statim vt eum propius intuentur, ariet, nul- ac vultum eius in diuersa mutatū agnoscūt,

Tom. 1. Bessai Quadrag.

benignitatemq; illam in crudelitatem con- la de eo uersam, prospera in aduersa, affectus in per- defeciendo secutiones, & plurimas tribulationes, ingru- est mentio ere; tum demum de reditu in patriam cogitare incipiunt, tum illis caelum in mentē venit, ac sese de mundo proripere gestiunt.

Tradunt rerum naturalium scriptores, Cōcentus Draconem dextra manu captum, sequi ro- egregii. le, ac refractarium esse, sed sinistra apprehensum, ducentem sequi: huic similes esse cen- seo mundanos: in prosperitate enim, quam per manū dextram intelligimus, superbiunt, ac caelo eos ad se trahere conantī & vocitanti resistunt; sed cum tritior fortuna accide- rit, & angustia animi ingruunt, statim vocāti obsequuntur. Huc respexisse videtur est Da- uid, cum ait: *Cadent à latere tuo mille, & decē millia à dextris tuis*: ac si dicere: Si infirmitates & afflictiones Domine, quae per sinistram significantur homines deiciunt ac proster- nunt: prosperitates sane, quae interdum accidunt, decem millia fundunt, decem millia proficiunt. Vnde euidenter apparet Domine, nihil à te electis tuis melius aut salutaris quam afflictiones dari posse, vti Lazaro amico tuo integerrimo quemq; ita diligebas, etiam immisisti.

Psal. 90.

III.

Iam ad reliquum historiae progrediamur, Christus igitur de Lazari infirmitate factus certior, in Iudæam properat, cui sorores dolore ac tristitia confectae mortemque fratris deplorantes obuiam procedunt. Progreditur primo Martha, & his Dominum verbis compellauit: *Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.* Vbinam haesisti Domine, cur tam procul à domo nostra abfuisti: te, cum maxime necesse foret, caruimus: tristem ecce casum Domine, quem sine lachrymis explicare nequeo, fratrem nostrum Lazarum abstulit atra dies, & funere meo sic acerbō: Lazarus esse desit, qui totus erat tuus, quemq; vnicē diligebas. Iam quatruiduo sepultus est: o amaram & lugubrem mortem, sane si hic adfuisses, tristis ille casus nunquam accidisset.

Illinc vero Magdalena confecta tristitia, ac vocem intercludentibus lachrymis se ad Domini pedes prosteruit, quodque lingua proferre nequit, lachrymis euincere se posse sperat.

Ii i sperat.

sperat. Qui fieri dicam Magdalens, vt toties Domini pedibus aduoluaris? Meminerat, Auditores, hic sese resurrectione animæ impetrasse, ideo fratris sui resurrectionem ibidem sese impetraturâ sperat. Meminerat Sumamitidem ad Prophetæ olim pedes prostratam, filio vitam obtinuisse, se vero ad pedes Iesu Christi prostratam, vitâ charissimi fratris obtinere posse. Didicerat quippe è Psalms Dauidicis, *Adoremus & procidamus ante Deum, ploramus coram Domino.*

Psal 94.

Redemptor vero noster vndiq; sese impetratum precibus, & obsecratione ardenti presum videns, hinc scilicet Martha lamentis & Mariæ lachrymis, illinc vero Lazari amore ad sepulchrum accidit, & nos simul ad alterum concionis membrum, in quo vbi Lazarum scœntem, grandi cooperitum marmore pedes manusq; vinctum, reperit (quem ante ostiduum sospitem, integrum, valentem, & incolumen viderat) lachrymas præ ingenti animi affectu tenere non potuit, *sed lachrymatus est Iesus.* Domine Iesu Christe quid ploras? vnde hæ lachrymæ? anne forsitan quæ diffidas Lazarum ad vitam redire posse? an vere quod eum defunctum videas: Nequaquam Domine, nequaquam; non illa lachrymarum tuarum causa. scio namq; te vno verbulo vniuersam hanc mûdi machinam è nihilo produxisse & lōge tibi facilius esse mortuis portas referare miseroque Lazaro vitam reddere. Noni adhæc, Domine, & docuit me Anna prophetissa, te illum esse *qui deducis ad inferos, & reducis.* Vnde igitur hic lachrymarum imber? quæ tantorum suspiriorum clamorumque causæ: Vnica peccati in quo peccator tam securus agit, consideratio, hō gemitus, hæc suspiria, singultus hos, & lachrymas cient cuius imaginem ad viuum in Lazaro hoc expressam videt. Hæc causa & ratio est. cur hodie lachrymatus aeremq; clamoribus impleuerit, atq; imo pectore traxerit suspiria. Cum amici Iob nudum eum & afflictū in firmario sedentem, ac testa sanientem intuerentur, septē continuo diebus calamitates animo volentes, illa lachrymati sunt. Hic vero videas Iesū; Lazari amicum, cum eundē in tumulo protensum, ac semiputridum videret, amare lachrymantē.

2. Reg. 5.

Figura.

Dauid Rex morte dilectissimi sui Ionathæ *2. Reg. 2.* audita, totus in fletum resoluebatur. Christus vero rex cognito amico; suorum primum Lazarum ad patres abiisse, vndenque eum in sepulchro iam conditum, vbertim fleuit.

Contemplamini igitur hic verum illum Iosephum, qui dominatur in tota terra *Gen. 45.* Egypti, super colla fratrum procumbendo lachrymantem: ò vere diuinas lachrymas, ò lachrymas sublimè mysterium spirantes! Tres quidem mortuos Dominus ad vitam reuocauit, filiam sc. Archisynagogi, filium viduæ in suburbis Naim, & hodie hunc Lazarum: at nusquam lachrymasse, nisi hodie, legitur. Illic præter ipsum miraculum nihil est, quod admirationem mereatur, nō sunt lachrymæ, neue aliæ cærimonix: hic vero scænter, si quis enucleatius rem indagare velit, poterit per tres hosce mortuos tria peccari genera intelligere, originale scilicet, veniale & actuale: vel peccata operis, oris, & cordis Resuscitatio filix Archisynagogi, in domo facta cogitationem denorat quæ nondum animæ fores exiuit Filius viduæ ad portam ciuitatis. Nam resuscitatus, verba significat, quæ iam in ore, quod animæ porta est, versantur: & quemadmodum veterique facili negotio ad vitam reuocatur; ita quoq; vtraque illa peccata facile à Deo remittuntur. At per Lazarum, qui iam quatruiduanus est, qui iam in tumulo scœnter iacet, & in cuius resuscitatione Dominus ita sudat, peccatum opere ipso completum; quod iam inueteratum, iam in sepulchro prauæ consuetudinis conditū est, designatur. Hæc quanta in huiusmodi resuscitatione difficultas! Hic opus, hic labor est, hic necesse est Iesum lachrymari, & imo de pectore trahere singultus, atq; voce iudicium clamare *Lazare veni foras.*

Certissimum deinde est, omnia facillime peccata remitti, præter id quod iam consuetudine inoleuit, inualuit, animoq; iam vsu ipso instrum quodammodo est, & in tumulo diuturnæ consuetudinis eoditum quod difficile admodum eluitur. Hinc duæ illæ sorores fratrem iam abhinc quadriduo in sepulchro positum, ac semiputridum ad vitam reuocari posse nunquam credere potuerunt. *Duo.*

Allegoria. Duo quoque illi viatores. qui in Emaus proficisciebantur, videntes iam tres dies effluxisse. ex quo Dominus in sepulchro conditus erat, omnem spem eum redituum viuendi amiserant. Tres etiam illæ Mariæ nunquam eum visuras sese putabant, aut eum monumento exire posse; nisi ingens ille lapis primum ab ostio monumenti esset reuolutus: Hinc dixere in inuicem: *Quis reuoluet nobis lapidem?* His omnibus edocemur, quam difficile resurrectio spiritualis, peccatoris scilicet, cui ingens prauæ consuetudinis saxum incumbit, vel qui iam non dicam triduo, sed triennio in peccatorum tumulo iacet, iustificatio cōtingat. Difficilis tua resuscitatio fuit quatridentu ne Lazare, ac multo sane difficilior tua peccato quadriennio mortue, tua inquam iustificatio.

Ingens profecto miraculum fuit, post triduum Ionam de profundo pelagi emergentem, ac de vêtre ceti prodeuntem intueri. At longe maius miraculum est post triennium, peccatorem affirmatum, & obstinatum, à centro inferni prodeuntem, videre, & eum è peccati ventre per cetum designati prodire, & ad solem gratiæ reuerti.

Christus tempore passionis Patrem tertio orauit antequam discipulos sopore grauios excitare potuerit. O peccatores, qui in peccatis vestris sepulti iacetis, quoties vos cælestis ille spiritus visitet necesse est; quot ille vobis inspirationes deberingerere, quot miraculis opus est antequam respiscatis? Et sane secundum Arist. consuetudo est altera natura.

Quam licet expellas furca, tamen usque recurret. vt ait Horat. Nunquid enim *Æthiops poterit mutare pellem suam, & pardus varietates suas?* dicit Propheta. Quin potius, ô vates ais; Nunquid potest peccator vsu consuetudineq; in ueteratum aliquod peccatum elucere? Vere igitur difficile fuit Lazarum ad vitam reuocare.

Mirum est, inquit Chryl. quantum in vtramq; partem possit consuetudo: filii Israel licet suauissimo mâna in deserto pascerentur, semper tamen ad allia & cepas Ægyptias aspirant. quoniam illis in Ægypto assueuerant. Referunt Platonem Philosophum, licet

vnus nec plures in mundo Deos esse crederet, sciretq; reliquos, innumeros Deos statuendo, turpiter labi, nunquam publicis conuentibus in quibus Deorum illorum festa & solemnitates agebantur, abstinuisse, sed iis sæper quoniã ita assueuerat, interfuisse. Tradit etiam Plutarchus magnum Macedonum regem Alexand. vniuersum licet orbem sub imperium redegerat, nunquam tamen consuetudinem, aut prauos, quos à Leonida magistro imbiberat, mores, deponere & exuere potuisse. Sed videte præter hæc omnia Lazarum quatridentu tantum mortuum, ad vitam non nisi magna labore posse reuocari, & non nisi clamante & lachrymante Christo.

Et infremuit, & clamauit voce magna. Nōne sufficiebat Domine fleuisse, & opusne adhæc erat vt infremeres, & voce magna clamares? Audite mihi vocem videor respondentem, vt hinc infelix peccator discas quã difficili negotio è peccatis resusciteris, id est, quam difficulter respiscas. Solet Leo vt naturalium rerum scriptores tradunt, catulos quos mortuos parit, rugitu ad vitam reuocare. Hic porro Leonem de tribu Iuda audias frementem & rugientem & clamore valido reboantem, vt catulo suo Lazaro mortuo, vitam restituat.

Referunt iidem ceruas fœtus suos non nisi cælo tonante edere; hic vero terra & sepulchrum instar ceruæ ad vocis Christi tonitru Lazarum è ventre redituum proferunt, solemq; faciunt intueri. Huc respexit nimirum Apollolus cum ait: *Cum clamore valido & lachrymis offerens exauditus est pro sua reuerentia, & consummatus factus est & omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aeternæ.*

At ô dulcissime Iesu, equidẽ oculos lachrymis suffusus, ad lachrymas tuas venio, tecum ploro plorâs Heraclite; reuocant enim mihi illæ in memoriam, quod Solinus scribit, esse scilicet fontem, extinctas qui faces reaccedat, Oculos tuos: Domine, tales esse fontes, cor non liceat dicere, quæ aquis suis, lachrymis nimirum, facib; extinctis amissum lumẽ reddant; excitant enim mortuos, & Lazarum hodie ad vitam reuocabunt Heu! quam frequenter te lachrymãtem benignissime redemptor intueor: neq; enim hic primũ est, quod

Duo cõceptus à natura producti, Richard. de S. Victor. in Apocal.

Luc. 19.

Alius conceptus à natura peccatoris.

Mat. 4.

fleueris. Vidi namq; te alias super ciuitate Ierusalem, eius excidium presagiendo fleuisse. Vidi te ab hinc duobus annis in deserto quadraginta diebus ac noctibus quotidie lachrymas fundentem. O igitur vere sanctas ac diuinas lachrymas; magni reuera amoris caractères! Id namq; hinc Iudæ; colligunt dicentes: *Ecce quomodo diligebat eum?* Dicitis quidem, Philosophi, voces signa esse conceptuum: ego vero lachrymas argumentum esse amoris: Vnde Tullius: *Fideles testes amoris cordis lachryma sunt.*

De amicitia.

An te igitur Lazare, vos inquam peccatores; lachrymæ illæ, fremitus illi ac clamores non excitabunt? *Lazare veni foras.* Quid? o peccator, in Sodomam sulphureos imbres ac fulgura Deus eiaculatur, grandinæ in Ægyptios emittit, in Babylonios fulmina euibrat, super te vero non nisi lachrymatur. O ingens amoris signum! deplorat exitium ac perditionem, animæq; tuæ ruinam Deus, tu vero ne minimam lachrymulam emittes? *Veni foras.* Respice obsecro miserum hunc Lazarum, in eumq; oculos conice, & cogita animam tuam, cum in peccato agit, deteriori in loco versari. Heu miser peccator, si calamitates, si miseras, in quas peccatum te cõiicit, perspiceres, non sufficerent tibi credo

Ezech. 18.

lachrymæ, ad calamitatem deplorandam. Omnium enim quæ hæcenus collegisti meritum iacturam pateris, omnemq; priorem iustitiam amittis, omnes merces spirituales vnico momento in mare deiicis. Vnde Ezechiel: *Omnis iustitia eius non recordabuntur amplius.* Omnium quoq; gratiarum donorumq; caelestium influxus euauit, quin & Deum ipsum perdidisti. An non sanguineis, si fieri posset, lachrymis hæc ruina; vastitas hæc & excidium deplorandum foret? an non hic dicere liceat? *Fuerunt mihi lachrymæ meæ pænes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie ubi est Deus tuus?* surge igitur Lazare, *Veni foras,* exi sepulchro, egredere è putredine & vermibus, rumpe nexus ac vincula, & dicitur cum Dauide iam ab adulterii morte suscitato: *Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.*

Psal. 41.

Eia igitur Domine miseras animas nostras in peccatis iam sepultas, iam foetentes,

iamque putridas & consumptas exsuscitata: *Putruerunt enim & corrupta sunt cicatrices meæ à facie insipientia mea,* neque enim illæ ab hinc quadriduo sepultæ sunt, sed tot menses, totque anni elapsi sunt, ex quo in peccatorum suorum sepulchro lateant & putrescant. Eatum imaginem in Lazaro, Domine, expressam video: iis namque sepulchri loco, peccatum est: saxi pertinacia & affirmatio: prauaq; consuetudo, loco vinculorum. Accede igitur tu Thaumaturge, miraculorum pater, ac miseros hosce Lazaros exsuscita. Duæ ecce sorores eius, Ecclesia triumphans & militans, te obsecrant & orant quam possunt maxime, huius quippe typum gerit Martha, illius vero Magdalena. Aperias igitur Domine hæc sepulchra, reuolue ingentia hæc saxa, dissolue vincula captiuitatis nostræ: cumque nos in plenam libertatem restitueris, vitamque gratia tua reddideris tibi *Psal. 115. sacrificabo hostiam laudis:* corpora quidem, quæ hoc in mundo obsequium exhibeant; aniras vero, quæ te in altero laudent & glorificent, Amen.

SABBATO POST DOMIN.

IV. QUADRAGESIMÆ.

Partitio.

- I. Encomium solis.
- II. De luce.
- III. De proprietatibus lucis.

Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Ioan. 9.

FIGURA.

Promisit olim Deus virtute omnipotens, Malach. 4. tempore æternus, essentia incomprehensibilis, & omnibus in rebus infinitus, emissit um sese aliquando solem iustitiæ, qui in terris illuceret, mundum illuminaret, & tenebras ab vno mundi cardine ad alterum vsque dispelleret. Cum oculos in hodiernum Euangelium conicio, lucidum illum solem mihi videor intueri, qui splendore suo,

suo omnia collustreret, hominesq; lumine suo feriat. Ne longis autē vos morer ambagibus, sol hic Christus Dominus est; ille, inquam sol, quem Prophetæ olim præsignarunt, ipse lumen est, quod in Euāgelio hodierno splendet, ac de se ipso testatur: *Ego sum lux mundi*: sol scilicet, qui totum orbem radiis illuminat, lumen quod tenebras dispellit, nubes ac nebula fugat. O vere diuinum solem, ô lucem radiantem! Porro vt solem hunc hodie cernere, ac radios eius perspicere possimus, Spiritum paraclitum imploremus, ac Virginitatem Deiparam salutemus, vt ita in vtriusq; lumine ad optatum portum pertingere feliciter valeamus.

A V E M A R I A.

Anaxag. Summus ille Philosophus Anaxagoras, cū lumen ac pulchritudinem solis artēcius perpenderet, eiusque proprietates propius consideraret, tantam in eo mirabilem segetem reperit, vt dicere ausus fuerit: non alia eum de causa à Deo creatum esse; aut in sublimi loco collocatum, quam vt eius pulchritudinem contemplan- do, homines in admirationem & stuporem raperentur. Longius quoq; progressi sunt Persæ, qui Soli diuinos honores contulerunt, atq; iussit numinis alicuius eum coluere. At relicto hoc inani cultu, & idololatriæ, audiamus quid de eius splendore dicat Sapiens: *Dulce lumen & delectabile est oculis videre solem*. Hinc pius ille senex Tobias, oculorum lumine iam amisso, quo solis lumen intuebatur, lachrymans ac gemens dicere consueuerat: *Quale mihi gaudium erit, qui in tenebris sedeo & lumen cali non video*.

Poetarum quoq; Deus Homerus, cum lumen amisisset, toties sortem & calamitatem suam & cæcitatē deplorans exclamat:

ὦ λυγρὸν ἔστι μοι τὸ ἐφ' ὀφθαλμοῦν μὴ εἶναι τὸ φῶς.
O lumen quod cunctis a. audit atq; omnia lu-
strat;

quis mihi te casus eripuit, vt tuum ego splendore radiosq; cernere nequeam. Sed mirum nō est, si omnes semper tantū solem fecerint, cum reuera mirabilis sit Magnitudine namque terram superat, centum scil. & sexaginta sex partibus; lumine suo ac radiis omnium

oculos ferit; virtute vero sua, ac potestate quid non facit? omnia profert ac producit; ac veluti prima & vniuersalis causa, vna cum secundis in familia mundi omnia nutrit ac fouet. Vnico quoque momento radios ab Oriente in Occidentem, inq; quatuor orbis partes immittit: omnia lumine suo inferne & superne illustrat, perq; medium planetarum, non secus ac rex inter principes & magnates suos obambulat.

Admirabile sane esse videtur, vt omnes Omnes quotquot sub cælo sunt nationes, in hori- mundi in- zontē suo media anni parte, solem conspi- colæ solē ciant. Qui namque sub linea æquinoctiali media an- agunt, dies semper duodecim horarum ha- ni parte vi- bent, ac totidem horarum noctes, vt Perua- dent, ni; Aethiopes, ac Molucarum incolæ: qui ve- ro sub polis degunt; sub Antartico nimirum versus Meridiem, & sub Arctico Septentrio- Annū vnus nem versus; annum habet vnus diei, & vnus diei & no- noctis (sex enim mensibus solem cōtinuum Atis. habent, nullum interruptum noctibus) at qui intra polos habitant, in tropico scilicet Cāncrī & Capricornī annos habent diebus ac noctibus vicissim intermixtos, eosque longiores aut breuiore, prout magis ad polo- rum extremitates deurgunt. O igitur sidus vere admirabile!!

Hoc autem etiam dispiciendum est: quod quamuis per cæruleos illos campos, ocyor ventis & Euro discurrat, annos tamē & dies, & horas faciat æquales; & ad eius cursum æquabiliter semper fluentem omnia horolo- gia & horarum indicia dirigantur. Nullus *Li. de diuin.* igitur miretur, si Philo Iudæus, & Dionysius *nomi 14.* Areopagita solem imaginem Dei appella- rint: & ipse Dominus sese hodie luci compara- rat, dicens: *Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris*. De luce hac hodierna concione primo loquemur, deinde de eius proprietatibus.

Principio igitur rāta inter Deum & solem, tanta inter diuinitatem ac lucem communiō & similitudo est, vt omnia pene illius opera per lucem ac lumē designentur. Modo enim sacra scriptura illum nobis lumine vestitum depingit, & imprimis Psalmographus: *Ami. Psal. 103.* *Etus lumine sicut vestimento*; modo in luce, velut Regem in palatio habitantem: ita eum

1. Tim. 6.

namq; describit S Paulus, *lucem habitat inaccessibilem*: modo Patrem & Filiū de lumine; *lumen de lumine*, ait Synodus Nicæna. modo lux hominum absolute dicitur: vnde Ioan

Ioan. 1.

nes, *Erat lux vera, qua illuminat omnem hominem venientē in hunc mundum*: Deniq; pius ille senex Simeon cum lumen gentium appellare non dubitavit, *Lumen ad revelationem gentium*. Vos igitur terreni ac terrenorum amantes sustollite non nihil palpebras, aperite oculos, eosq; in altum erigite: Deus quippe, vt poeta canit:

Ouid. 3.

Metam.

Os homini sublimē dedit, cælumq; tueri iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Sustollite cassidis vestræ bucculam, ac defixis obtutibus cœlestem hunc solem contēplamini: ac videbitis, quanta eius cum diuinitate sit affinitas & similitudo. Sol solis nomine nuncupatur, quod solus sit, nihilque ei par in mundo reperitur: ita quoq; vnus solus in rerum natura est Deus, neue plures vno esse possunt.

Sol quasi solus dicitur.

Non possum quin hic referam, quod de Alexandro Macedonum rege referunt historici. Hic cum ambitione, imperiū; propagandi desiderio flagrans, alios Reges & Monarchas regnis exueret, & imprimis potentē illum Persarum Regem Dariū in extremas angustias coniceret, ipse autem Darius, legatus ad eum missis, pacem postularer, ac dimidiam regni partem ei offerret, superbe respondit dicens; Non potest mundus duos soles, nec duos regnū reges sustinere: ac proinde Darius vel totum Alexandro cederet, vel armis impediret ne ipse inuaderet. Idem mihi de Deo dicere liceat, non posse scilicet in mundi regno duos Deos subsistere.

Alexander Magnus dicebat: nō mundū duos soles, nec duos regnū reges habere posse. Insignis conceptus.

Sol deinde præterquam quod vnus sit, solus quoq; essentia sua lucidus est & splendens: cætera namq; sidera & planetæ, de lumine eius participant. Negare quippe non potes Phæbe, quin à fratre tuo Phæbo splendorem muteris: satis enim id euident est, quando deliquim pateris. Sublime hoc & cœleste est: quod ipsum tamen de Deo etiam dicere possumus. Solus enim Deus est ex se ipso solus, & esse suum habet ex essentia: vnde *Ego sum qui sum*, dixit olim Moysi, cæteræ vero creaturæ esse suum non nisi ab eius essentia

Exod. 3.

mutuantur: *Quid enim habes*, inquit Paulus, *quod non accepisti? ipse fecit nos & non ipsi nos*, ait Psal. Apse namq; substantia est per se subsistens: creaturæ autem tantū sunt accidens, quarum esse est inesse, vt Christiani Philosophi loquuntur. Vere igitur te dō homo cum cornicula illa Ætopica furtiuus ornata coloribus, comparabo: si enim plumæ & ornatus tibi auferentur, nudus plane & inops apperes: cum omnē turum esse, vita, perfectionesque non nisi mutuo sumptæ sint.

Accedit adhæc, quod sol, licet quotidie Sol mirabili quodam motu ab oriente vsque in Occidentem sine vlla mutatione sui aut loci feratur, malle tamen in hoc inferiori mundo herbarum, fructuum, arborum, metallorum, animaliumque genera producat ac gignat, ipse tamen, quod sane mirandum est, in sese nunquam mutetur aut inuouetur, omnia quamuis inuouet & immuret. Eadem penitus de summo illo Deo dicenda & credenda sunt: qui cum ab omni æternitate in immensis essentia suæ finibus voluatur, in supernaturali tamen illo creationis motu, infinitas creaturas produxit ac protulit, quamuis eadem gignendo nullam omnino sui mutationem subierit, aut alius essentia esse cæperit, hoc namq; de creaturis potius dicendum est, quæ variæ & mutabiles sunt, ac mille conuersiones patiuntur. Intellexit hoc Dauid rex, dū ait: *Mutabis eos & mutabuntur, tu autē idem ipse es & anni tui non deficient*. Deus igitur immutabilis est, omniumque rerum productio nullam in eo mutationem causatur.

Quemadmodum enim fax in medio atrii alius accensa, luminis nullam iacturam patitur, aut minuitur, mille aliæ licet candelæ accendantur: quin & apta est, de cuius lumine mille adhuc aliæ accendantur, ex quo nulla ei mutatio aut alteratio potest accedere. Ita Deus infinita quedam fax est, ab omni æternitate in magna essentia suæ aula accensa, quæ tot creaturas velut parua quedam luminaria de lumine suo accedit, eiusdē essentia suæ lumē large impertiens, nihil vt tamē ei de suo decedat: quin & mille alios mūdōs de nouo accēdere paratus est, infinitā essentia nihil omnino in eo minuendo, aut aliqua ei mutationem afferendo. Hoc cum verbis

Euang.

Euangelicis optime conuenit. *Ego sum lux mundi*: quasi diceret, Ego sum lucida illa fax, quæ toti mundo esse suum, & simul lumen contulit, nullam inde mutationem passus: qui & paratus sum nouos mundos creando accendere, si vi possim, ita & vellem.

Alius ad huc conceptus. Huc accedit solem infinite calidum esse, virtute & eminenter tantum, vt docti loquuntur, cursu celerissimum, influxu mirabilem, & potentem. Omnia autem hæc quam perfectissime in Deo reperite est: ardet namque amore, & in cursu operationum suarum celerissimus est. An non enim magnum celeritatis iudicium est, creaturas à non esse ad esse reuocare, inter quæ infinita distantia est: an non euidenter celeritatis argumentum, peccatorum vno momento à peccato ad gratiam, eum iustificando, de morte ad vitam, à tartaro ad cælum traducere? proh quanta distantia! *Nescit enim tarda molimina spiritus sancti gratia*. Gratarum quoque suarum influxu mirabilis est & potens.

Diceret solis aspectus. Sol deinde sese non immutando aspectum sæpe mutat, modo enim nebulis coopertus ac nebulis apparet, modo deliquium patiens modo rutilans ac micans, aliquando vero rubicundus. Hæc an non Christus Dominus noster, verus Deus & verus homo has omnes formas induit? Nubibus eum oppletum ac nebulis coopertum vidimus, cum homo factus humanitatis nostræ nebulis amicus est: eclipsin passus est, in arbore crucis moriens: post resurrectionem vero totus splendidus, lucidus & gloriosus visus est: in fine vero sæculi ira exandescet, & furoris flammis exastuantem videbimus: sed tunc *Domine, ne in furore tuo arguas me*: tunc quæ sol, tu es sol meus, lumine me tuo illustra, lux mea illumina, radiisq; misericordiarum tunc me irradia. Quid ad hæc ais Christiane; an non hodierna igitur die merito sese Dominus lucem mundi appellare potuit dicens? *Ego sum lux mundi*. Quanta vero energie quantiq; roboris hæc verba sint, paucis aperiam vnumquodque verbum mysterio scater, singulæ syllabæ emphasin habent. Primo namq; eo quod ait: *Ego sum lux*, denotare vult, se solum esse & vnicum qui lucem mundo afferat, quiq; tenebras noctis illius originalis dissipet & dispel-

lat: ac nullum vnquam hominem aut Angelum, aut creaturam aliquam hæc omnia præstare potuisse. Et quemadmodum omnia quæ in firmamento sunt sidera, omni quod edunt lumine, ne minimum diem possent inducere ac perpetua, nisi sol exoreretur, futura esset nox ac mæra tenebræ: sic & hic Christus de se vult innuere, quasi diceret: Infirma se licet omnis creaturarum virtus & energia erat, o homines, quæ vobis lucem aut diem afferet, nisi eam ipse attulisset, inque perpetuis tenebris sine me proculdubio vixissetis: ego namque solus mundi lux. Non ait *Ego sum sol*, sed *lux* vt ostendat sese procedere: nam quemadmodum omnis luminis initium & origo est sol, qui à nullo oritur, sed à quo omnis lux & lumen oritur: ita quoq; Pater æternus veluti sol quidam gloriæ est, principium diuinitatis, sed principium principii expers, à nullo alio principio procedens, à quo tamē, vt à vero sole, Verbum illud æternum veluti lumen quoddam, procedit. Aperi nobis obsecro David, ænigma illud, *Ex utero ante Luciferum genui te*. Tu porro Athanasius apertius *Lumen de lumine, Deum verum de Deo vero*: perinde ac si diceret lumen de sole.

Ad hæc ait *lux*, & non *sol*, quod sol nunquam orbem egrediatur, sed ad nos huc inferne radios suos dirigat, vt naturam rerum inferiorum custodiat, inque suo esse & vigore perpetuo conseruet. Ad eundem etiam modum Pater ille immensus & æternus, nunquam sphaera diuinitatis egrediens, filium suum in hunc mundum veluti lumen quoddam destinauit, ac nobiscum versari voluit, de quo canitur: *Oriens ex alto illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent*: ad naturam scilicet humanam conseruationem.

Addit deinde *lux mundi*, non dicit *lux cæli* aut *inferni*, sed *mundi* solummodo. In cælo namque ipse sol lucet & splendet, in mundo vero lumen eius & radii solummodo conspiciuntur & sentiuntur: apud inferos autem nec sol, nec lumen reperitur. Vt autem minutius hoc adhuc declaremus: insinuare videtur, sese non esse lucem dæmonum in infernalibus abyssis commorantium, aut Angelorum cælestia habitacula incolentium, nec propter eos sese huc descendisse, sed primo &

Psal. 109.

II.

Luc. x.

per

Ioan. 1.

per se propter veros illos mundi incolas, homines, inquam. Audite Ioannem hic dicentem, *Erat lux vera qua illum nat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Quis etiam scit, an non per *mundi* homo ipse designatus sit, qui toties apud veteres microcosmus fuit appellatus: & an non per hæc verba, *Ego sum lux mundi*, dicere voluerit: *Ego sum lux & facula in magna mundi huius machina accensa, ad animalia, elementa, plantas, rupes, & omnia quæ hoc orbe continentur, recreanda & illustranda, sed solum ad hominem, paruum illum, in vasto hoc mundo, inuadendam, illuminandam.*

Sol repræsentat nobis SS Trinitatis mysterium.

In ep. de Trinitate.

Verum propius ad solem accedamus, & maiora sane in eo miracula delitescencia contemplabimur. Quam igitur merito te lumen mundi appellare potuisti Domine; nam quemadmodum lumen à sole progignitur, sol vero & lumen calore producit, ita quoque tu à magno illo sole Patre scilicet genitus es, à te vero & Patre simul Spiritus sanctus procedit. Sol igitur ad viuum sanctissimæ Trinitatis mysterium repræsentat. Ac veluti tres in sole proprietates reperire est, calorem scilicet, lumen, & ipsam solis substantiam: quæ nempe fecunditate sua lumē producit, quæ duo coniuncta iterum calorem gignunt. Ad eundem quoque modum tres in sanctissima Trinitate personæ sunt, Pater nimirum, qui de suæ fecunditate memoriæ, Verbum generat, à quibus deinde simul iunctis vnum principium spirabile constituentibus, procedit Spiritus sanctus. Hoc ipso olim exēplo & similitudine hoc in mysterio declarando vsus est Iustinus Martyr. Nam veluti lumen non aliunde quam à sole procedit, ac progenitori suo ætate par est: ita quoque Verbum illud æternum, non aliud quam à Patre, idque per generationem procedit, ac Patri tempore & annis æqualis est, eiusdem cum illo ætatis, qua simul ab omni æternitate extiterunt. Ipsi quoque veteris Ecclesiæ Patres, vt sacratissimum hoc mysterium aduersus Arianos assererent, Filii quoque æternitatem declararent, hoc ipsum exemplum adhibuerunt.

Ad hæc verbum illud *lux* Latine, Græce *φῶς*. Hebraice *אור* non nisi tribus radicali-

bus literis constat, Anne vobis hoc mysterio vacare videretur? minime gentium. Per hoc enim personarum trinitas in naturarum unitate denotatur. Deinde voces illæ *lux & sol* monosyllabæ sunt, licet tribus constent litteris, ad demonstrandum in sanctissima Trinitate non nisi vnicam essentiam esse, licet tres diuersa personæ. Testatur hoc Ioannes Apostolus: *Tres sunt qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt.* Tres scilicet quoad personas, & vnum, essentiam respiciendo.

Sugerit nobis vester ò Mathematici Euclydes, insignem hic conceptum, cum de trigono loquitur, quod idiosocelon vocat, quod tria habet latera æqualia, & eamdem basin. Simile huic trigono dicere possumus SS. Trinitatis mysterium, tria namque latera æqualia continet, & eandem basin: tres nimirum personas, diuinitate, maiestate, æternitate, omnibusque attributis & proprietatibus æquales, & eandem basin: cum eadem omnium sit essentia. O ter beatam ac vere gloriosam Trinitatem! Tu scilicet es magnum illud lumen, lumen tribus distinctum luminaribus, tribus inquam personis, quod in creatione redemptioque apparuisti, & iterum extremo iudicii die apparebis. Quamuis enim solus ipse Pater in filii sui generatione apparuerit & fullerit, ac Pater & Filius in productione & spiratione Spiritus sancti, in creatione tamen mundi, aliisque operibus ad extra, omnes sese Trinitatis personæ mirabili quodam modo ostenderunt; opera namque trinitatis ad extra sunt indiuisa, vt Theologi loquuntur. Dicendum igitur est, licet sancti Trinitatis personæ inter se eadem sint, operaque eorum communia: sicut tamen earum singulas singularia quædam exercuisse & lucem demonstrasse singularem. Pater enim ostendit se lucem esse, & luce delectari ac splendore, cum in monte Sinai legis tabulas Moysi tra-

Exod. 34.

Exod. 34.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

Gen. 19.

nempe lampas est per gratiam accensa, septē distincta luminaribus, septem, in quā, donis. At Christo Domino imprimis, ac prae ceteris conuenit dicere: *Ego sum lux mundi*: solus namq; ipse ut lumen procedit de lumine, ac verus Deus de Deo vero: ipse est, de quo Psalmista: *illuxerit cornuscationes tuae orbi terra*: quoniam ipse est de quo Isaias varicinans dixit: *Populus qui habitabat in tenebris, uidit lucem magnam, & sedentibus in regione umbrae mortis lux orta est illis*. Deniq; quoniam ipse est, qui se hodie lucem mundi appellat.

Describitur in Exodo ingens candelabrum aureum, quod in medio tabernaculi collocandum erat, in quo septem accensa erant luminaria. Candelabrum hoc aureum Christus Dominus fuit, in monte Caluarie, ia mundi meditullio positum, quinq; luminaribus, quinque scilicet patentibus vulneribus insigne. Vel candelabrum fuit in medio Ecclesie positum, in quo septem lampades, septem nimirum Sacramenta, collocata fuere, quae omnē quem habent splendorem à Passione Domini mutuauerunt. Qui id fieri possit, norunt Doctores. Quoties uero candelabrum hoc accensum fuit? quoties lumen hoc refulsit? In primis ipso nascente, montana Iudae vndiq; lumine & claritate collucet, ut ipsos pastorum oculos etiam media nocte splendor eius obfuscarit. *Claritas Dei circumfulsit illos*. Quas illas scintillas in oriente immittit? videas namq; stellas velut in aciem prodeuntes, instar facū Principes illos Nabathaeos, vsque ad praesepium Bethlemiticum conducere: *stella antecedebat eos*. Ast in monte Thabor plenissime reluxit, quando nimirum Apostolorum oculi nimio eius fulgore praestinguebantur. Deinde quantum lumen per uniuersam Palaestinam per ipsa miracula edidit, & quam magnum splendorem in Resurrectione, Ascensione, & Spiritus paracliti missione? Quis igitur a deo stitipos & obtusae mentis erit, qui tot lumina cum videat, Christum lucem esse neget? si enim Tobiae mater filium absentem lumen oculorum suorum appellare non dubitauerit: quanto maiori nos ratione de redemptore nostro id dicere poterimus qui verum oculorum nostrorum lumen est? Ipse namque

Tom. 1. Bessai Quadrage.

lux est, de qua Dauid vates: *Vanum est vobis ante lucem surgere*. Si enim verbum illud Patris in nostro horizonte exortum non fuisset, nunquam e peccati strato surgere potuissemus. Vanum erat, o munde, de redemptione cogitare, nisi oriens illa lux affulisset. Fatemur igitur omnes, Domino, ac libenter concedimus, vere te lucem mundi extitisse, qui caecis visum, mortuis vitam usum reddideris: tu scilicet es qui instar luminis splendidissimi 33. annorum spacio in mundo effulsiisti quod cum in crucis arbore extinctum fuisset, tenebrae factae sunt super uniuersam terram. Te igitur semper Angelum illum Raphaellem esse dicam, qui felle & passionis tuae amaritudine miserum mortale genus, per caecum Tobiam designatum, caelum fecisti intruere, eique oculos reddidisti.

Satis de luce, iam proprietates eius examinemus, eiusque effecta declarem. rem nobis Philosophi declarate, dicite, obsecro, quae nam lucis sit proprietas, & eam vobis cum Iesu Christi gratia optime coincidere ostendemus. Lux sc. vnico momento producit, ita & gratia (iustificatio namque fit in instanti) producit illa calorem, haec vero feruorē & ardorem Spiritus: illa gemmas & metalla generat, haec virtutes & merita, illa denique maris fluxum & refluxum causatur, haec autem attritionem & contritionem in anima gignit. Vterius progrediamur: lux tenebras dispellit: Christus vero summa illa lux tenebras mundi ac peccati originalis, venialis & actualis, fugat. Vix enim exortus fuit ille sol, quin statim Ethnici idololatriam, Iudaei caeremonias, Gentes suas ineptias reliquerint. Vnde in Euangelio Dominus adiungit: *Qui sequitur me non ambulat in tenebris*.

Et sane quicumq; Iesum eiusque doctrinam sequitur, non versatur in tenebris, non errat. Tu vero Mahumetane in tenebris ambulas, quia Iesum non sequeris: in tenebris ambulas Iudae, ac recta ad inferos properas, quod Iesu Christi veri Messiae vestigijs non insistis: tu quoq; in tenebris ambulas haere. *Isai. 60.* tice per tot errorum salebras, conuictiorq; Lux illa ambages, quoniam Dei Ecclesiam ignoras, mundi vanitate nitatem

Surge illuminare Caecum, quia venit lumen tunc: lumen, inquam, quod mentem illud detegit.

Kkk

minet,

Matt. 27.

Gratia comparatur lux.

minet, eique quidquid credendum est suggerat, quod voluntatem illustret, ei quidquid faciendum est inspiret: lumen quod omnibus rebus oculum det, ac veros colores detegat.

Dan. 1.

Quid: Christus vix in mundum venit, quin oculos hominū quamprimū aperiat, ut praeclaros illos verosq; caeli colores aeternae scilicet beatitudinis, gaudiq; caelestis, ac simul adulterinos illos ac fucatos rerum humanarum dispiciant: detegit ille & ad oculū demōstrat mundum non nisi iridem esse, cuius omnes colores adulterini sunt: instar Naamā esse, diuitis quidem & opibus effulgens sed lepra maculati: eiusq; voluptatem ac delicias instar statuae Nabuchodonosoris, cuius quidem caput aureum, pedes vero lutei.

4. Reg. 5.

Lux Christi mundi vanitatem detegit.

Detexit illa, statim ut exorta est, mundū non nisi punctum quoddā esse: & veram nobis Philosophiam caelo profereas, omnes quantitates dimensionū eius edocuit. Quantitatem sc. eius continuam omnesq; mundi dignitates ē rebus indiuiduis, atomisq; nihilo, merisque ineptis, inaniisq; esse compositas: de quibus dicitur, *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas*. Deinde omnes eius lineas, superficies, ac longitudinem dignitatum, munitiorum, honorum, graduumque non nisi punctis constare, ac continuū punctū esse: omne quoq; vitæ nostræ tempus ac spacium non nisi momentis innixū ac momento citius præteruolare: omnes etiam motus ambitionis transitionis ex gradu in gradum, ac progressum ad sublimiora, non nisi ex mutatis componi. Ostendit lux illa ὀmulieres, omnem pulchritudinem corporis, venustatemq; instar floris emarcescere, ipsas diuitias inanes esse ac futes, nullamq; profusus felicitatem afferre, corpus nō nisi putredinē esse, & omnia quæ in mundo sunt nō nisi cinerē, & ē cinere cōposita, inque cinerē redigenda. Nolite igitur amplius ὀmundani instar noduarū tenebras diligere calq; consecretari, sed generosum aquilarū genus imitādo, obtutū in solem huic defigite, ad eiusque lumē accedite. Iam satis superq; in tenebris vixistis, ὀpeccatores, iā tempus est vt ὀpeccati vos caligine proripiatis, ad lucē accedite, dies illucescit, lumē effulget, venite, appropinquate ac videre quomodo per defera! alazstine lu-

Icol. 1.

ceat ac splendeat, *Er at lucerna ardens & lucet. Iouy.* Accurrite vt eam in crucis candelabro accensam videatis, in quo posita erat, toti vt mundo illuc esceret. hæc nempe illa lucerna est de qua in Euang. *Accendit lucernā, & in abscondito ponit, neq; sub modio, sed super candelabrū, vt qui ingrediuntur lumen videant.* Vix namq; eam intuebimini peccatores, qui statim vobis peccati grauitatē detectura sit, cuius coloris sit colorq; malitiæ, cum nimirum Christo Domino tot poenarum suppliciorumque causa extiterit, vt eum cruci affixerit, mori coegerit, vsque ad inferos deduxerit: & cum Pater æternus tanta seueritate id ipsum puniat, ad usq; mortem in proprium Filium animaduertendo, & æterna inferorū supplicia ob id ipsum damnatis infligendo. Videbitis confestim quāta eius sit grauitas, cum diluui aquæ id nequiuertit submergere, nec Sodomiticus ignis exuere, nec pestis Dauidis extinguere, sed vnigeniti Dei Filii sanguine ad id suffocandum & extinguendum opus fuerit. O ingentem peccati grauitatem & peruersitatem linguarem! tene viute omnibus omnino hominib. nequidquam indignantibus? fierine potest toti te mundo interitum afferre, ac totum mundum tibi ne minimum quid nocere posse? non enim ipse qui omnia consumit ignis, non qui omnia corrumpit aer, nō quæ omnia absumit aqua, non quæ omnia in putredinem redigit terra, te aut consumere, aut corrumpere, aut absumere, aut in putredinē redigere possunt. Tu igitur fera illa & exotica Salamandra es, quam nec elementaris, nec materialis ignis potest deuorare. Tu es Iebusæus ille idololatra, quem Israelitæ terra promissionis nunquā exigere potuerunt. O igitur portentosum ac terribile monstrū, omni feritatis ac crudelitatis genere notum, quod à tantis annorum millib. in vasta mundi huius solitudine cōmoraris, quod Patriarchæ nunquam expellere, nec Prophetæ intercipere, nec Reges concludere, nec totus denique orbis trucidare potuere: sed vnicus Christi sanguis requirebatur, vt id ipsum cruci affigeretur. Vere infelix peccatum! tu iam à sex annorum millibus vis, vitæ tamen expers: tu es magnus ille prædo ac pirata, qui iam tanto tempore.

tempore mundi huius mare, latrocinii & direptionibus infestum reddis: tu es verus ille incantator & maleficus, qui tot angelorum hominumque millia incantasti ac maleficiis tuis perdidisti: tu es crudelis ille sicarius iam ab ipso mundi exordio tot homicidiis, cædibus, stragibus, patricidiis, aliisque feritatis generibus nobilis.

Quanto odio Deus peccatum prosequatur. *Matt. 2.*
Sed incepta materiam prosequamur: videbitis, Auditores, ad candelabri huius lucem, quanto odio Deus peccatum prosequatur. Magnum quidem & grave odium fuit, quo impius ille tyrannus Herodes Iesum paruulum prosequutus est, nimirum, ut de eo vindictam sumeret, ac nec ei inferret, omnes paruulos qui erant in Bethlechem & omnibus finibus eius, abimaru & infra occidit. At longè grauius odium est, quo Deus peccatum prosequitur: cum ad eius memoriam abolendam vindictamque de iniuria sibi in paradiso irrogata sumendam, vni genitum Filium mortem subire coegerit, innoxium, nullius culpæ reum, quiq; Patrem nunquam in minimo offenderat. *Odisi etenim Domine, omnes qui operantur iniquitatem.* Ingens quidem & mortale odium fuit impij illius Herodiadis aduersus Ioannem Baptistam, quæ ut eum è medio tolleret, dimidiam regni Herodis partem repudiavit. At maius longe fuit odium Dei aduersus peccatum, qui ut id ipsum morte deleteret, proprio filio non pepercit, cuiq; infami morte in ligno crucis extinxit. Toties mecum tacitus inueteratum illud odium Amani aduersus Mardochæum demiratus sum, qui decem talentorum millia regio inferne voluit æratio modo miseri Mardochæi capite potitliceret. Quid igitur Patrem æternum miramur, ut peccatum inimicissimum suum deletum videret & extinctum, Filium cruci & morti tradidisset? Atque hoc est nimirum; quod lux illa nobis aperit, ac videndum præbet: eam igitur sequamur. Floris quoddam genus est Heliotropium vocant, qui semper ad solem vergat, ut in quamcunque partem sol sese flexerit, eodem & flos ille se conuertat. Hunc igitur florem imitemur, ac semper ad solem hunc animas nostras dirigamus, ne nunquam in tenebris ambulemus.

Atque hoc ex verbis sequentibus intelligitur, *Qui sequitur me non ambulat in tenebris.*

Equidem sum lumen, fax ac Pharos mundi, atque omnes qui me sequuntur, in tenebris ambulare non possunt: vacillare nequeunt, secure & confidenter procedunt. Magnū quidem diuini fauoris fuit indicium, cum Deus *Exod. 13.* Hebræos in deserto, in nube ignis per diem, necubi errarent, aut de via defluerent, deducebat. At multo maius amoris & fauoris esse mihi videtur indicium, hunc ipsum Deum, sed naturæ nostræ nebula tectum, velut ignem in nube latitantem, ne in deserto & mundi huius solitudine erremus, nobis lucem afferre, nobisque instar facis accensæ præluere. An errem, ex ipsis Euangelii verbis diiudicare potestis: *Qui sequitur me non ambulat in tenebris.*

Magnū quoque & notabile beneficium *Gal. 6.* Dei in ipsa mundi creatione exitit, cum in totius mundi usum duo magna luminaria constituit, luminare scilicet maius ut præfret diei, & luminare minus ut præfret nocti. Longè vero maior & eminentior gratia esse videtur, cum in opere redemptionis, quod priori dignitate & præstantia non cedit, eum ipsum Deum ad parui mundi, hominis scilicet, conductum, duo alia luminaria cernimus produxisse, prioribus illis non inferiora; gloriosam nimirum matrem lunam, de qua dicitur, *pulchra ut luna, electa ut sol.* *Can. 6.* Christum vero, ut solem lumine plenissimum: qui de seipso ait: *Ego sum lux mundi, & utrumque quidem, ut tenebras dispellat, Qui sequitur me non ambulat in tenebris.* *Luc. 9.* Anne percipis & intelligis anima, vim efficaciamque horum verborum mysteriis scærentium? Docent illa, non in tenebris ambulandum esse, sed Redemptorem sequendum, idque ea ratione, qua ille in Euangelio iubet: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Christi vestigiis insistere, illum sequi est, tribulationum crucem humeris sustinere, voluntatem propriam abnegare, omniæ mundi vanitatem & sæculi deliramenta relinquere, eumque ad montem usque Caluarie, & mortem sequi: hæc namque vnica est, anima mea, in tenebras non incidendi, & noctis fugiendæ ratio.

Hic vestram o mūdani infœlicitatē agnoratio.

feo, & in tenebris palpitantes video: Christū enim qui Sol est, cum fugitis, oculosque luci occluditis, mundum ac tenebrarum principem Sathanam dum sequimini, perpetuis vos in tenebris versari, nullumq; lumen intruere necesse est: cœli quippe aspectus vobis ereptus est, ac proinde in peccatis volutimini, ex iis in abyffos infernales detrudendi.

Leuit. 21.

Sinistri ominis & infausi augurii apud veteres erant bubo, noctua, & vespertilio, aliæque aues, quæ lumen solis & diem exorsæ noctu solent volitare, quas & ideo Deus legē suā vt immundas repudiat. Ita & de vobis ominari licet ô miseri, qui solis radios euitatis, ac tenebras sectamini, adeo vt hinc evidens reprobationis argumentum colligi queat, ac de futura damnatione vestra quodammodo liceat præfigere. Quare agite infelices & noctuagæ aues, prodite è cauernis vestris, relinquere tenebras, diem amate, lumen hoc cœlestē sequamini.

Exod. 12.

Tu porro lumen æternum, quod à summo illo iustitiæ sole exoreris, iucundum Angelorum hominumque lumen, vnicum oculorum nostrorum lumen, quod olim mundi tenebras effugasti, quod cœcorum oculos aperuisti, quod ipsis mortuis vitam restituisi: mentem obsecro nostram illustra, vt nimirum tuæ merita gloriæ, beatitudinis æternæ pretium, & angelorum societatem aliquando cœlique diuitias & magnitudinem videat: videat inquam mundi inanitatem, rerum harum inferiorum vanitatem, peccati grauitatem, infernaliumque suppliciorum feritatem, demonum horrorem, damnationisque æternæ perpetuitatem. O lumen cœli, quod olim filios Hrael per desertum columnæ igneæ ductu conduxisti, nos obsecro etiam per vastam hanc & infestam latronibus mundi solitudinem ducito, nos inquam qui hic adhuc peregrinamur: vt lumine gratiæ tuæ illustrati, infinitum aliquando gloriæ lumen videre possimus, in cuiusque admirationem rapti dicere: Iam venit tempus, Domine mundi lux, vt in lumine tuo lumen videamus.

Amen.

DOMINICA PASSIONIS.

Partitio.

- I. Quo valeat Dominica Passionis memoria.
- II. De innocentia vitæ Iesu.
- III. De veritate doctrinæ Iesu.
- IV. De calumniatoribus Pharisæis.

Quis ex vobis arguet me de peccato? si veritatem dico vobis quare non creditis mihi. Ioann. 8.

FIGVRA.

Præcepit olim in veteri lege Deus, vt agnus Paschalis, qui decima quarta luna tantum immolandus erat, multo ante tempore ex agris in ciuitatem adduceretur, quo assiduo eius balatu omnes excitari in memoriam reuocarent, quam singulari olim ratione patres eorum per vnus agni oblationem è captiuitate Ægyptiaca fuissent educti, & in libertatem pristinam restituti; quo omnes Deo ob tam singularis beneficii memoriam gratiarum actionem persoluerent. Ecclesia vero Catholica, vt memoriam cruentæ illius oblationis, qua non agnus, sed vnigenitus Dei filius pro nobis omnibus in crucis stipite oblatus fuit, refricaret, nosque ad gratitudinem, gratiarumque actionem, ac tam singulare beneficium excitaret, eundem hodie ex agris reducit, & nobis ob oculos ponit: diu scilicet antequam in monte Caluarie immoletur, vt nos eum videntes, eiusque ciularum & lamenta exaudientes dolores eius & cruciatus contemplantes, passionis eius merita, & beneficia per eum collata in memoria reuocaremus, & ad gratias persoluedas excitaremur. Hodie igitur Dominica passionis est. Hodie crucis vexilla pāduntur & explicantur, quamobrem lugubres hodie assumendi sunt amictus, & pullæ vestes induendæ ob mortē filii Dei. Hodie deniq; tempus venit, quo de clauib. lanceis, cruce, morte, passione Christi loquendum est. Tu vero Paraclite Spiritus, vt immensum hunc dolorem & suppliciorum Oceanum scælici & prospero cursu enauigemus, esto noster ductor & gubernator.

TOT.

tot; tuque sanctissima ac simul afflictissima huius filii mater, qui hinc iter suum ad montem Calvarie exorditur, precibus apud illum & suffragiis nos iuva. Quocirca omnes tibi hanc salutationem vnanimes offerimus,

AVE MARIA.

Themistocles, cum adhuc dissolutius ageret & à virtutis amore ad nominis aliquam famam comparandam non nihil excitaretur; in publico de nocte euagari solebat; quarentibusque quid ira intempesta nocte per urbem discurret, Miltiadis se tropicis è somno excitari, atque eius æmulatione gloria somnum capere non posse respondit. Et sane si sola virtutum & rerum gestarum ducis alicuius memoria, tantum in Ethnico potuit efficere, ut ei somnum eriperet, assiduisque ambitionis stimulis excitaret, omnemque aliam cogitationem animo excluderet: quantum roboris efficacique hodierna die habere par est, clauos, crucem, sanguinem, mortem, merita, omnem denique passionem Christi Iesu in pectore Christiano, ut id à mundi amore segreget, omnem mundi vanitatem, ineptialque despere cogat, ad pietatem accedat, ad salutarem penitentiam commoueat? Adeo ut nihil aut efficacius, aut ad animam pertinacem emolliendam, peccatores conuertendos, & à vitiis & sceleribus retrahendos validius haberi, & inueniri queat, quam Christum eumque crucifixum ob oculos ponere, & eum ob delicta nostra in cruce expirantem intueri. Ecce figuras.

Figuræ. Israelitæ venenosus serpentum moribus fauciati, oculo in serpente æneum, in medio Sinaicæ solitudinis erectum conuidentes, statim, ne serperet contagio ad viscera, sanabantur. Denotabat hoc, Auditores, nos statim ut à peccatis, vipera multo deterioribus percussis fuerimus, & in Christum Iesum in sublime crucis in monte Calvarie erectum & per serpentem æneum designatum, oculos conijcimus, à plagis penitus sanari. Angelus ille exterminator, omnes in Aegypto primogenitos occidens, eas solum domos præterit, quarum superliminaria & postes agni sanguini

ne illita, vidit, quo aliud nihil designabatur, quam diabolum, verum Angelum exterminatorem, iis nocere nequaquam posse, quorum memoria morte & sanguine Iesu Christi respecta est, quique illam perpetuo menti insculptam gerunt. Atque ita id explicat Origenes, qui in epist. Pauli ad Rom. ita loquitur. *Certum est, quia ubi mors Christi animo circumfertur, non potest regnare peccatum: est enim tanta vis crucis Christi, ut si ante oculos ponatur, & in mente fideliter retineatur, nulla concupiscentia, nulla libido, nulla superare possit inuidia, sed continuo ad eius presentiam totius ille peccati & carnis fugatur exercitus.* Equidem & hoc dicere aulim, fieri nulla ratione posse, ut quis Deum offendat, cum passionis eius memoriam iugiter ante oculos habet, ac secum diligenter cogitat, quanto nos amore Deus fuerit persecutus.

Manlius eques Romanus cum mortis condemnatus ad supplicium raperetur, iamque ad locum destinatum peruenisset, vnde Capitolium conspici poterat, è quo olim Gallos patriam conseruaturus fortiter depulerat, exclamare cepit, & Iudices, Capitolium monstrando, compellare. *Quid? audebitisne, Iudices, hodie, Manlium condemnare? anne eum morte afficere, ac necem ei afferre, qui pro vestra omnium salute olim mori paratus fuit, quiq; vitam suam impendit, quo vestra totiusque popul. Rom. vitam ac fortunas conseruaret, qui tot pericula ac discrimina pro reip. incolumitate ac salute subiuit? Testabitur id hoc ipsum Capitolium: ipsi illi parietes loquentur, & quem prope caelestem, cognominæ certe Capitolini, Ioui parem fecistis, eum patiemini vincum obnoxiam carnificis arbitrio animam ducere? Adeo in vno omnib. satis fuit auxilii, nullam vero opem in tam multis vni esse? iudices porro his eius verbis adeo commoti fuere, ut eum communi suffragio absoluerint, & indemnem dimiserint. O Christiane, si quoties Deum offendere, iterumque eundem crucifigere, ut ait Paulus decreuisti, crucem eius, non dico Capitolium, sed Calvarie montem intuereris, in quo verus noster Manlius, Christus Iesus tantum tua causa perpeffus est, proque salute tua expirauit (quod ipse quoti die tibi ob oculos*

Plutarch. in Camillo. Linius. Insignes de passione Christi conceptus.

ponit, vt te ad commiserationem incitaret) nunquam credo tanta tua futura esset audacia, vt iterum eum vituis tuis crucifigere presumeres. Hanc igitur crucem pectori imprime ac perpetuam Caluarie montis memoriam habeto: quidquid sit, ipsa crux menti perpetuo infigenda. Audirei huiusce figuram.

Gen. 30.

Patriarcha Ioseph in vltimo vitæ termino constitutus, fratres adiurauit, vt si quo vnquam illum tempore dilexerant, post mortem eius id ipsum declarent, & factis ostenderent, ossa eius ex barbaro illo Aegypti solo in patriam secum asportando: *Cumq; adiurasse eos atque dixisset, Deus visitabit vos, asportasse ossa mea vobiscum de loco isto.* quasi diceret: summopere fratres mei charissimi, à vobis contendo, vt si quando vitæ debitum persoluero, animaq; corpore hisce vinculis soluta, ad patres abierit, vos corpus meum accipiat, semperq; vobiscum deferatis, vt ciueres semper peregrinationis vestræ sint socii, mei que memoriam semper conseruetis: mei inquam, qui tanta prudentia, sapientiaq; regnū Aegypti moderatus sum, qui vobis omnibus frumentum large suppeditando, vitam conseruaui, qui omnes vobis in me olim commissas iniurias & contumelias tanta benignitate condonaui, & ex animo deposui, denique erga quem omnes adeo obligati estis. Adeundem etiam modum Christus efflagitat, Auditores, vt quamdiu in mundi huius Aegypto peregrinamur, in quo olim mortuus est, crucem, mortem & passionem eius ob oculos semper habeamus, cordique insculpta geramus: quo ita in mentem reuocaremus, quam multus ei nominibus obligati simus, quo nos amore fuerit complexus, & quam graua pro nobis supplicia pertulerit.

2. Cor. 4.

Hinc Apostolus Christianos adhortatur, vt Christi passionem semper in animo & ob oculos habeant, animoque inscriptam gestent: *semper mortificationem Iesu Christi in corpore vestro circumferentes.* Quid? visne Paulus eas solum à nobis in corpore gestari, cum nullam animæ mentionem facias? nequaquam, sed vtrumque intelligit: anima qui dem eam ferat, de eadem cogitando: corpus vers eandem sentiendo & experiendo.

Aquila illa Evangelica, exercitum albis induorum trophæisq; nobilitatorum se vidisse ait, qui conflictibus variis interfuerant, ac stolas sanguine agni immaculati tinctas gestabant: *Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni.* Si ad litteram hæc intelligenda sunt, quis est qui non videat, per hos, rubicundos Martyrum exercitus designati, qui corpora sua, id est, carnales illas stolas, in crucis sanguine, & in mediis suppliciis, quæ ad ducis Christi imitationem pertulerunt, tinxere. Sed si sublimius adhuc euolare cupimus, videbimus manifeste, his nihil aliud designari, quam si de mundo triumphare, ac cælestium domiciliorum inter beatas illas mentes gaudiis potiri aliquando, candida innocentie veste insuti volumus, sanguinis, clauorum, spinarum, mortis ac passionis Christi semper nos meminisse debere animamque nostram semper rubra hac stola indui oportere.

O sancta & salutaris passionis memoria, quam necessaria es quoniam tu confers ad animam mortificandam, humiliandam, eamque inducendam, vt deliciis corporalibus valedicat: expressum id in Genesi video: vbi legimus pulchram illam Rebeccam, camelo insidentem, cum futurum suum coniugem magnifice Patriarchæ filium pedibus accedentem conspiceret, statim camelo descendisse: inde corum quippe ceasebat, & ab honestate puellari alienum, sponsum pedibus incedere, sese vero molli strato insidere. Huc oculos conuerce, ô anima, ac tecum cogita, num æquum sit & cõsentaneum, filium Dei vnigenitū, tanta pro te patri, te vero commoditatibus tuis studere, & voluptatibus indulgere: si ferine poterit, ô ingrata & immitis tanti sponsi spõsa, vt cum sponsum, redemptorem, Deum denique tuum pedibus hodierna die incedentem videas, & tanta quidem in paupertate & miseria constitutum, nudum penitus, & in arbore crucis erectum, ipsa vix in terram, ex sublimibus illis honorum, ambitionum, & vanitatum Dromedaris descendere digneris.

Sapiens ille ac pius rex Dauid, videns arcæ Allegoria Domini pellib. coopertam, ac sub dio com. de pallio-
morantem, erubescens ac luxum suum incu-
ne.

Saus 2. Reg. 11.

sans dicebat: *Ecce ego habito in domo cedrina, Arca autem Domini sub pellibus est. Quid dicit anima, ut hanc allegoriam tibi applicem, tene hanc tibi passionem proponendo, & mente voluendo tantum adhuc presumere, tanta inquam esse impudentia, ut delictis studeas, domos auratas inhabites, adeoque te efferas & iactes, cum veram illam Arcam fonderis, sacram scilicet Christi humanitatem, in monte Caluarie, non quidem facis & pellibus, sed sanguine, tormentis, suppliciis, vulneribus, atque infinitis cruciatibus videas cooperatam non tristis ille aspectus oculos tuos ad commiserationem excitabit an non erubescis, redemptorem tuum in Cruce habitantem, eidem confixum, & innixum ceruens? Hoc ipsum nimirum est, quod sancta Ecclesia nobis hodie ob oculos ponit: hodie crudele bellum passionis Christi indicitur, hodie vexilla regis prodeunt. Atque ut traditum est elephantos regis Antiochi viso sanguine feritatem induisse, & ad bellandum ubicundo ostenso colore fuisse animatos: *Et Elephantis ostenderunt sanguinem vna & mors, ad acuedos eos in praelium ita eodem artificio hodie vitur Ecclesia, quae nobis Redemptoris nostri sanguinem ante oculos hodie obicit, quo ad bellum cum vitis gerendum magis animetur & incendatur.**

2 Mach. 16.
Compara-
tio Noegregia

Simile.

Imitatur eadem generosam quaedam matrem, quae cum filios cum patris interfecto-ribus videt agere, & eorum familiaritate vti, tunicam patris adhuc tinctam sanguine, & innumeris perforatam locis illis ostendit, ut eos hac ratione à tam prauo consortio auocet, simulque tacite ad iram indignae caedis vindictam incitet. Simili plane ratione hodie nobiscum Ecclesia agit; cum enim nos filios suos cum peccatis, quae veri anime sicuti sunt, & interfectores patris nostri Christi Iesu, societatem iniisse, & familiaritatem quotidianam contraxisse videt: ut nos à prava eorum consuetudine deterreat, & ad vindictam de his luculenta quadam poenitentia sumendam accendat: sacram eius humanitatem, veram, inquam, tunicam Iesu Christi patris nostri, sanguinolentam, clavis transfixam, spinis & lancea laceratam, ac vulneribus confectam ostendit, flagella, alapas, sputa, vineula, cru-

cem, & crudelitatem mortis, qua erudeles illi sicarii eum in monte Caluarie affecerunt, nobis ob oculos proponit.

Hodie igitur passionis initium est, hodie aduersus innocuum Christum conspirare Iudaei incipiunt, hodie vexilla crucis prodeunt, crucifixique insignia progrediuntur. Audiamus quid Euangelium dicat: *Dicebat Iesus turbis Iudaorum, & principibus Iudaorum. Quis ex vobis arguet me de peccato? &c.* de his igitur paulo latius loquendum est.

Dominus igitur noster Iesus Christus, ut Ioannes Euangelista ait, videns Iudaeos iam certissime in necem suam conspirasse, duas eis perherrerimas quaestiones ad extremum proponit, vnam quidem, ut iis innocentiam suam probaret, alteram vero ut veritatem dogmatum suorum confirmaret. *Quis ex vobis arguet me de peccato? hoc quidem quoad innocentiam, vitaeque inculpatae laudem spectat, si veritatem dico, quare non creditis mihi? Ecce rit.*

quantum ad doctrinam. Hic videtis, Auditores, vniuersam Theologiam duobus comprehensam capitibus: ex duabus hisce conclusionibus, o homines, o Angeli vestra dependet salus. Si enim Christus de numero peccatorum fuisset, nunquam nos redimere potuisset, si eius doctrina falsa & delictis plena exiisset, Biblia nostra nullius omnino fuissent auctoritatis, & spes nostra prorsus inanis. *Talis enim ut Apostolus loquitur decebat, ut esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior caelis factus.* Designatum hoc erat in Leuit. vbi Deus praecipit, nihil sibi vitæ manuum aut mutilum offerretur: *Homo qui obtulerit victimam pacificorum Domino, vel vota soluens, vel sponte offerens, tam debilis quam de ouibus, immaculatum offeret ut acceptabile sit: omnis macula non erit in eo. Quo praenotabatur, caelestem hanc victimam, quae olim in monte Caluarie, in ara crucis, ad peccatorum nostrorum expiationem immolanda erat, perfectam & omnibus numeris completam, nulla peccati macula pollutam esse debere. Quamobrem o Pharisei, Quis ex vobis arguet me de peccato? Respondere si potestis: non plusquam triginta tribus annis inter vos egi, dice, non quidquam in me indecens aut prauum reperistis, numquam etiam vel minimum de-*

Christus
duo ex lu-
daeis qua-

Heb. 7.

Leuit. 22.

liam

licitum obseruastis? Quid igitur innocentē prosequimini. quid mortem mihi molimini? cur in vitam conspiratis? cum nullius vnquā, ne minimi quidem criminis me reum constituerim, sed ad aliorum peccata totiusque mundi crimina auferenda & expianda in terram descēderim. Excutite Legis periti, Scribæ, & Pharisei, vos magni Synedrin assessores, excutite inquam, Prophetas, voluite sacra vestra monumenta, figuras exponite, ac deponere quiduis ausim, nullum vos in me peccatum reperiuros quod iure meritoque coarguaris.

Figuræ veteres quibus demonstratur Christū sine peccato egrediens omnes ē mortis discrimine eripui. *Gen. 7. Exod. 2.*

Inuenitis scilicet me illam arcam esse quæ super peccati aquas, vt illa super aquas diluuii, semper nauauit, nullum vnquam naufragii periculum pertimescens, & qui mundo egrediens omnes ē mortis discrimine eripui. Videbitis me illum esse Moysen, qui indignantelicet Sathana (qui verus Pharaon est, & omnes fidelium Hebræorum filios in Agypto occidit) mortem peccati euasi, inique profluentem proiectis nullum periculū perpessus sum; sed à natiuitate mea veluti à quadam regina adoptatus, imperiū tandem Pharaonis destruxi, & omnes ē tyrannica captiuitate eripui, quos, rubrum iamiam passionis mare transiuras, ad terram promissionis, felicitatem scilicet æternam & beatitudinem, deducam.

Gen. 40.

Peruoluite igitur diligenter annales vestros, ac videbitis me innocentem illum Ioseph esse, qui escam salutis fratrib. meis gregem custodientibus, & instar bestiarum in mundi agris viuentib. deferens; nescio quonam meo fato, aut potius ingratitude yēdi, atque à pellice, vestra scilicet synagoga, inique accusari, & in carcerem Iudaicum conici debeam. Inuenietis me hircum illum emissarium esse, qui non meis sed omnium mortalium peccatis onustus in montem Caluarie debebam emitti. Si vterius legere etiam pergitis, statim vobis occurrerit agnus ille, qui in exitu Israel de Agypto debuit immolari, agnus ille sine macula, quem ego me esse profiteor. Quis igitur vestrum dignum aliquid reprehensione in me reperiet? *Quis ex vobis arguet me de peccatis? facile quidē erit culpam, sed conuincere &*

Leuit. 10.

quincere, hic opus, hic labor est: quis me igitur arguet de peccato originali, ventali, aut actuali, aut alio quopiam crimine? nullus omnino Domine.

Exod. 12.

Quis ex vobis arguet me de peccatis? facile quidē erit culpam, sed conuincere &

quincere, hic opus, hic labor est: quis me igitur arguet de peccato originali, ventali, aut actuali, aut alio quopiam crimine? nullus omnino Domine.

Cum Samuel Propheta inculpat, iam inde à matris utero sanctificatus, vixisset & innocentiam suam vniuerso populo, toto vitæ tempore probasset, iam senex factus hæc ad seniores filiorum Israel ait: *Ego iunior & in- I Reg. 10. canus, & conuersatus coram vobis ab adulescentia mea vsque ad hanc diem, ecce præsto sum: loquimini de me coram Deo, & coram Christo eius virum bonum cuiusquam tulerim, aut asinum: si oppressi aliquem si de manu cuiusquam munus accepi, & contempnam illud hodie, restituumque vobis.* Eadem hic omnino Dominus Iesus synagogæ proposuit: *Quis ex vobis arguet me de peccato?*

Quid ad hæc responderis scelerati Iudæi? aliquid ne in hac anima peccatum reperire poteritis, nefarii calumniatores? ecce totus orbis atque omnes omnino homines, cum vt iustum suspiciunt, & innocentem confitentur, Audite: quale ipse Iudas, qui eum tamen Iudæis tradidit, de eo testimonium ferat: *Peccati tradens sanguinem iustum.* Audite testimonium Pilati qui ipsum condemnauit: *Innocens ego sum à sanguine iusti huius.* *Matt. 26. Audite quid ipsa dixerint femina: Nihil tibi & iusto illi, ait Præsidis coniunx: Beatus venter qui te portauit, & vbera qua suxisti, ait alia apud Lucam mulier. Quid adhuc obicere, & quid his testimoniis opponere potestis? Inquire in vitam & mores eius, ac videte numquid reprehensione dignum in iis reperire possitis. Audite quid de iis Prophetæ dicant: Ieremias imprimis, qui asseueranter ait: hoc est nomen quo vocabant eum, Dominus iustus noster: deinde quid David in Psalms: *iustus Dominus & iustitias dilexit, aequitatem vidit vultus eius.* Si vterius inquirere & indagare pergitis, & figuras veteres excutere, archiua legum vestrarum examinare, videbitis Christum innocentem illum Naboth, verum Israelitam esse, qui, vt vineam, Ecclesiam scilicet suam tueretur, & ab impiorum manibus defenderet, inique accusatus est, ac tandem morti ab impia Iezabel, nefaria inquam synagoga vestra adiudicabitur,*

Omaes homines Christis innocentis testantur

Matt. 26. Matthei 26. Luc. 17.

Ierem. 23.

Psal. 10.

Figuræ quibus innocentia declaratur

3. Reg. 21.
1. Reg. 14.
cabitur. Videbitis hic pulchrū illum Absalomū, de quo scriptum est: *Porro sicut Absalom vir non erat pulcher in Israel à vestigio pedis usque ad verticem non erat in eo ulla macula.*

Præclarus
obceptus.
Formosus illic & insignis Absalom tu fuisti Domine Iesu, qui aduersus iustitiam Dei arma accipias, ab eadem fusus & debellatus fuisti, inque deserta mundi huius fugiēs, erinibus humanitatis tuæ ex crucis arbore suspensus, & implexus hæstisti, in qua tribus immanibus clavis, veluti tribus lanceis, transfixus interiisti. Porro crines & capillitium Absalomī semel in anno detondebatur, quod mulieres Ierosolymitanæ magna auri & pecuniæ vi redimebant, quo mitellas suas infarciebant. *Et quando tondebat capillum, (semel autem in anno tondebat, quia grauabat eum casarius) ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis pondere publico.* Ita quoque merita Iesu Christi quotidie venalia, proponuntur, ut iis Christiani animas suas exornent, sed eadem non nisi meritis à nostra parte prouenientibus, & vera pœnitentia redimenda, & emenda sunt.

Lib. 31. c. 10.
Quis ex vobis arguet me de peccato? Refert Plinius pictorū illum principem Appellem tabulas suas omnium oculis in propaleo exponere consueuisse, ut si qui in eo quid reprehensum vellent, aperte, non vero claculum eius errores culparent. Ecce quoque, ut ad huius imitationem, Apelles noster vitæ suæ tabulam ante fores synagogæ constituit, quo ab omnibus Iudæis, si fieri posset, reprehenderetur. Sed operam & oleum perditis, Pharisæi, si Filium Dei de peccato coargui posse confiditis; facile quidem, omnium nostrum in illo imperfectiones & miseras reperiri posse, concedo, at nullum penitus delictum.

Nam 21.
Nam ut æneus ille serpens, de quo in Numeris, in deserto Sinai in stipitem erectus, serpentis quidem figuram habebat, sed veneno ac virulentia carebat. Ad eundem modum Iesus Christus, ò Scribæ, verus inquam ille serpens, qui aliquando in deserto illo Caluarix, in sublimem crucis stipitem erigendus erit, hominis quidem formam gessit,

Tom. 1. Bessai Quadrage.

formam serui accipiens, & habitu inuentus ut Phil. 2. homo: nunquam tamen veneno, id est, peccato, quo nullum aut violentius aut virulentius potest excogitari (nam venenum aspidum insanabile) fuit infectus. Quis ex vobis

arguet me de peccato? Christus antequam Iudæorum peccata & crimina reprehenderet, suam prius innocentiam illis declarandam censuit: nam, quemadmodum in Salustium olim dixit M. Tullius, Carere debet omni vitio, qui in alterum paratus est dicere. Sed ò tempora, ò mores! secus hodie inter mortales agi videmus, atque hominum modernorum vita longe ab illo Christi Domini facta diserepat: omnes namque aliorum mores & vitam inspiciunt, suam vero penitus despiciunt, in aliorum vitia tam cernimus acutum, quam aut aquila, aut serpens Epidaurius, aliorum vitam oculis lynceis intuemur, sed in propriis moribus modoque nostro agendi talpis cæciores sumus: Quapropter iure mihi videor mundum cum eo comparare posse, quem Apologus ait, aliorum peccata in anteriori mantix parte gestare consueuisse, sua vero in posteriori & à tergo. Quo respexit doctus ille iuxta ac pius Gallus Bernardin. Curiosum, inquit, genus hominum ad cognoscendam vitam alienam, desidiosum ad corrigendam suam.

Nam quemadmodum seniores quidam ea quæ remota sunt clare intuentur, in iis vero quæ iuxta sunt perspiciendis plane cæcutiunt: ad eundem modum hodie plerique mortalium faciunt, qui aliorum næuos & crimina, quæ ab eorum notitia remota sunt, intime inspiciunt; suas vero imperfectiones, quæ sibi adhærent, quæque facile videre possent cernere nequeunt. Præclarum huius rei exemplum in S. Luca habemus. Superbus ille ac tumidus Pharisæus in templo orans omnes inde latrones, omnes publicanos, omnesque adeo peccatores, facile poterat conspiceri, qui per totam ciuitatem dispersi erant: *DEVS gratias ago tibi quia non sum sicut ceteri homines raptores; insusisti, adulteri, velut etiam hic publicanus: superbiam vero, quæ intra suum*

Luc. 18.
LII latebat

Exemplū
à vulture
petitum.

latebat pectus, & ingentem cœcitatē I perspicere non poterat.

Tradunt qui de animalibus scripsere, vultures cœteraque ad prædam nata animalia, cadauerum etiam longe positorum fetore allici, eodemque sese conferre solita, sana vero corpora odorari non posse. Hæc animalia plerique mortalium imitantur; aliorum namque imperfectiones eminus odorantes, statim eo sese conferunt, vt easdem coarguant; at virtutes sentire aut odorari nequeunt. Hinc Cynicus ille Diogenes dicere solebat, homini, vt ad vitæ perfectionem pertingat, vel fidelissimos amicos, vel grauissimos inimicos esse necessarios: sciebat namque inimicos in vita ac moribus æmulatorum suorum inquirendis esse vigilantissimos, ac minutissima quæque obseruare solere. Eius ferme generis est, quod de Philip-

Apophtegma Diog.

Plut de virtute ab inimicis capienda.

po Macedone refert Plutarchus, quem latari solitum scribit, quod Athenienses sibi infensissimos pateretur, eorum enim sese inuectiuis ac reprehensionibus, inque vitam regiam obseruationibus, incitari & accendi, ad vitam serio emendandam aiebat. Dissimilis vero agenditatio in Christo est, qui oculos prius in propriam vitam coniecit, suamque innocentiam omnib. patefacit, quam Pharisaorum fucatam pietatem & ementitum honoris diuini zelum coarguat, vitiaque eorum castiget. Ait enim *Quis ex vobis arguet me de peccato?*

XII.

Ad alteram iam disceptationis questionem veniamus, *si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?* Duo sunt ò Iudæi, quæ dignum aliquem reddunt, cui fides ab omnib. adhibeatur, vitæ scilicet innocentia, & veritatis studium. Cur igitur mihi cū sine peccato hæcenus vixerim & mentiri nequeam, fidem non adhibetis? cur Euangelium meū repudiatis? Achab ille Israel Rex cum bellū Syriæ Regi indixisset, quadringenti Prophetæ Baalim felicē belli progressum, & prosperum exitū polliciti sunt; solus vero Michæas contraria omnino vaticinabatur; & vere quidem: hinc eum Achab eane peius & angue oderat, quod ad aures eius non prophetaret: *Odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum.* O ingentem regis cœcitatē I San-

1. Reg. 22.

ctus ille vates inspiratus à Deo veritatem vaticinatur; calamitatem & excidium eidem prædicat, quod re ipsa experietur, & eum tamen infensum experitur. Eadem horum Pharisaorum cœcitatē fuisse constat, qui Christo veritatem dicenti, tantum abest vt credere velint, vt mortali etiam eum odio prosequantur, vitæque illius insidias struāt. O Iudæi, *si veritatem dico vobis, quare non creditis?*

Eheu Domine, quam multos hodie mortales reperire est qui nec tibi veritatem pandenti, nec Euangelio tuo volunt credere, lubet namque facta Philosophia carnis delicias expugnare, & mundi fallacias contemnere; & quis, obsecro, ei aures accommodat, quis manum operi admouet? Docet Evangelica veritas inimicos diligere, mundum fugere, pœnitentiam agere, Quadagesimæ ieiunium seruare, & quis illi obsequitur, aut obtemperat? Proh dolor, Christiani! si Euangelium veritatem aperit vobis, quare non creditis? Dicetis forsitan, omnia fidei mysteria indubitanter & firmiter credimus.

Quibus replico: *Qui sit, vt eadem credatis? respondebitis: Quia Iesus Christus qui errare aut mentiri non potest, aut à nemine falli eadem credenda proposuit. Bene quidem: at idem ille, qui hæc credenda docuit, dixit etiam: Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Item: Nisi conuerſi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum celorum.* Item alibi: *Qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus: si veritatem ergo dico vobis, quare non creditis?* In quo Pilatum imitantur, qui in Passione Domini, de qua iam loquimur, veritatem audire noluit, & cum Dominus eam iam dicere proposuisset, exiuit foras.

Tradunt tantam aspidum esse versutiam, vt si quando se carmine aliquo sacro, aut fascino in laquos trahendas vident, aures terræ applicent, ne incantantem exaudiant. Eadem omnino peccatorum versutia est, aures enim cordis intrinsecas, mundo, in quo sunt, applicantes obturant, ne Domini aut seruidi alicuius concionatoris vocem eos diuini eloquii fascino irretire, inque

Luc. 17.

Matt. 18.

Matt. 26.

Cōceptus præclarus.

Matt. 27.

inque casses suos pertrahere conantis, exaudiant. Vnde bene Psalmographus: *Sicut aspidi surda & obturantis aures suas, qua non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter.* Huiusmodi aspides vos esse dixerim. O Iudæi, aures namque vestras ad diuini incantatoris, venefici illius incantantis sapienter, animasque pio quodam fascino irreticatis, voces obturatis. Cur vero aures offitatis, cum veritatem aperiat vobis, cur eius voci & prædicationi resistitis?

At qui sit, peccatores, si nos verbi Dei Concionatores veritatem ex parte Dei denuntiamus, nobis ut credere nolitis? Quanta eheu vestra surditas est; clamemus buccis plenis, inclamemus auribus vestris, inferorum supplicia, diuinorum iudiciorum seueritatem & rigorem denuntiamus, proponamus vobis ante oculos poenarum cruciatuumque æternitatem; instar aspidi surdæ nihil inauditis, sed penitus obsurdescitis. Hic vero aures vestras arripite, egregiam è sacro volumine figuram, quam vestra surditas exprimitur, deponam.

4. Reg. 4.
Figura.

Cum Propheta Elifæus puerum Giezi vna cum baculo suo, ad Sunamitidis filium à mortuis excitandum misisset, & ille baculo mortuum tetigisset, agitasset, omnemque mouisset lapidem, & infecto negotio ad Prophetam reuerti coactus esset (*non enim erat vox, neque sensus*) indignans & subiratus ait, *Non surrexit puer.* Eheu! Ecce ad eum modum nos concionatores, veluti legati à summo Deo, cum baculo doctrinæ ad peccatores in peccatis mortuos & sepultos excitandos missi, merito dicere possumus? Fecimus Domine, quod in nobis fuit, fecimus quod nobis faciendum præcepisti, toto hoc Quadragesimæ tempore, horum mortuorum oculis baculum tuum, id est, potentiam tuam, iudiciorum tuorum rigorem, suppliciorumque grauitatem, tartari horrorem, mortis incertitudinem proposuimus; clamauius, minas intentauius, quidquid potuimus præstitimus, & tamen *non surrexit puer*: mortuos excitare non potuimus, non enim est vox neque sensus. Nondum vel minimum de confessione ver-

bum audiuius, nullum contritionis indicium, nullum doloris signum, nullum vitæ, vitaliumque actionum experimentum percepimus. Satan quippe aures eorum obturatur, & impedit, quo minus veritatem ex concionantis ore audire queant.

Ieroboam Rex cum regnum Israel inuasisset, permittore nolebat, ut populus in Ierusalem descenderet, sacrificia & libamina Deo oblaturus, aut verba legis auditorus; ne ita ad naturalem suum principem redirent, inque eius verba, quem dereliquerant, iurarent; dicebatque intra se, *si ascenderit populus iste, ut faciat sacrificia in domo Domini conuertetur cor populi huius ad Ro-boam regem Iuda, interficietque me, & conuertentur ad eum.* Cui malo ut occurreret, vitulos aureos conflare, eosque populo adorandos proponere decreuit dicens: *Nolite ascendere in Ierusalem, ecce Dixit tui Israel.* Eodem prorsus modo agit Satan: metuens enim, ne peccatores ad Deum, qui verus & legitimus princeps est, & à quo peccando impie descuerant, conuertantur, & se, cui per peccata obsequuntur, deserant, omni ratione impedire conatur, ne Ierolyma, id est, templa, adeant, in quibus verbum salutis ac legem Christi Domini, veritatemque Evangelicam audire possint: at detinet & occupat eos rebus ludicris, diuitiisque, quæ instar vitulorum aureorum sunt, ac multis negotiorum grauaminibus opprimit. Quamobrem peccatores templa adite, ascendite Ierolymam, impia illa imperia ac truculentam Ieroboam tyrannidem relinquire: atque ad veritatem audiendam properate. Nam quemadmodum aquila pullos ad solis radios examinare, experiri que consuevit, eosque ut legitimos educat, qui oculo irretorto radios micantes scintillantesque perferre queunt: ita quoque D E V S (qui in libris sacris sapius cum aquila comparatur, uti *sicut aquila pronocans pullos suos ad volandum*) filios tuos ad verbi sui radios examinat, & eos qui assidue, attente, ac diligenter id ipsum audiunt, veluti legitimos ac suos habet: alios vero ut nothos & spurios repudiat. *Nam, qui ex Deo est verba Dei audit: propter-*

3. Reg. 11.
Allegoria.

Cōceptus
à natura
peritus.

Deut. 32.

Ioan. 8.

*ea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Effi-
cax profecto argumentum.*

IV.
Exagge-
ratur Pha-
risæorum
malitia.

Verum quid adhuc tandem dicitis Pha-
risæi? quid ad magnas hæcæ quæstiones,
tamque serias interrogaciones respōdebia-
tis? semperne veritatem oppugnabitis? ð
rem inauditam! ð cæcitatem intolerabilem!
ð malitiam plusquam diabolicam! calum-
nias nouas iaciunt, ac conuitiari incipiunt,
nouasque Domino iniurias erogant, dicen-
tes: *Nonne bene dicimus nos, quia Samarita-
nus es & demonium habes. Quam ineptum
& incongruum hoc responsum est, quam
impertinens dubii propositi solutio? Ad
primum, de innocentia nempe, dicunt eum
Samaritanum, id est, hæreticum esse: ad se-
cundum vero, quoad doctrinæ sincerita-
tem, aiunt diabolo intrinsicè occupatum.*

Anne tu Phœbe, qui vniuersum quoti-
die orbem perlustras, & quidquid in mundo
peragitur, ex alto intueris, simile quid vn-
quam aut hoc nostro in orbe, aut apud anti-
podes in alto vidisti, vel similem peruer-
sitate notasti? Quid? vosne in Deum tam
horrendas blasphemias eiaculari! itane vos
phrenetici, ac mente capti aduersus medi-
cum vestrum insurgitis? cæci, itane lumen
veritatis contemnitis? Cuius rei egregiam
similitudinem adferam. Quemadmodum
enim, postquam à longo tempore pluuiis
terra irrigata non fuit, & penitus ardore ac
siccitate exaruit, omnis aqua & pluuia quæ
deinde decedit, in ranas, ruberas, vermes,
ac bruchos conuertitur: sic etiam anima, quæ
diuturno peccati calore arefacta emarcuit,
quæ vere, inquam, terrena est, ac non nisi
mundana cogitat, cum aqua verbi diuini ir-
roratur, tantum abest, vt eodem irrigetur,
commoueatur, ac percellatur, vt venenum
potius & peruersitatis corruptionem gene-
ret. Ita hic videas Christum Dominum ad
Pharisæos verba facientem, eosque salutari
doctrinæ suæ rore irrigantem, ac viua ille
prædicationis eius aqua in bufones, serpen-
tes, ac viperas, in iniurias, inquam, & blas-
phemias execrables, commutatur. *Nonne
benedicimus nos, quia Samaritanus es.*

2. Reg. 10.

Cum Dauid Rex ad Hanon Regem lega-
tos mitteret, qui eum in Ammon patris mor-

te consolarentur; barbarus ille eos explo-
ratores esse ratus, dimidia barba parte de-
tonsa, decuratiq; ad medium femorum
vestibus, magna sane contumelia affectos,
ignominioseque habitos, ad propria remi-
sit. O barbarum & ab omni humanitate
alienum principem! ð infamiam & probum
intolerandum! at iniurias, quas hodie Chri-
sto Domino irrogari videmus, longe etiam
grauiores esse censeo. Misit quidem Pater
æternus vnicum filium veluti legatum, in
hunc mundum, vt synagoga Iudaicæ super
generis humani exitio & interitu solamen
aliquod afferret, & ecce eadem illa synagoga,
exploratoris loco eum hodie habens, ac fal-
sum prophetam esse censens, iniuria ac con-
tumelia afficit, blasphemiasque & conui-
tia in eum intolerabilia euomit: Samarita-
num ac demoniacum vocitando. O pro-
brum ac dedecus mille dignum cruciatibus!
Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es.

Tradidit Sacra scriptura, tantum fra-
trum aduersus Iosephum odium fuisse, ac
paulatim eo inimicitias progressas esse, vt
non possint ei pacifico loqui, & non nisi con-
tumeliosis eum verbis affatentur, modo eum
somniauorem, modo malèfactorum dela-
torem appellando; adeo vt tandem extitis
eum gentibus in seruum vendiderint. Ean-
dem hodie malitiam Pharisæi cōmonstrant;
tanta namque inuidia & odio aduersus hu-
mitem illum Ioseph, Christum nimirum,
qui frater eorum secundum carnem est, ex-
ardescunt, vt non nisi iniuriis eum sufficiant,
calumniosisque & probrosis eum nomini-
bus compellent. Vos porro Catholici, Pha-
risæos hos nolite imitari, nolite veritati re-
sistere, nolite in Deum conuitia euomere,
aut blasphemias eiaculari; at sanctum eius
verbum audite, credite, honore afficite; &
quod iusserit aut faciendum præceperit, ex-
equi properate. *Si veritatem dico credite mihi.*

Et tu ð Domine Deus, vere agne absque
macula, qui sine peccati nauis es, & intus,
& foris, qui via, veritas es & vita; hanc
obsecro, nobis gratiam concede, vt san-
ctum verbum tuum semper audire, animæ-
que nostræ eiusdem dulcedine inescatæ,
cum sponsa in canticis exclamare possint;

Sonet.

*Cont. 2.
1. Reg. 3.
Pal. 118.* *Sonet vox tua in auribus meis: & cum Pro-
pheta Samuele: Loquere Domine, quia audit
seruus tuus: cumq; Psalm. Quam dulcia fau-
cibus meis eloquia tua, super mel ori meo. O
Deus auctor veritatis, & ipsamet veritas, &
ipsa bonitas: Deus inquam, quem de nul-
lo quis peccato potis est arguere; tu vere il-
le Samaritanus es, infelicis Adami filius,
2. Cor. 10. verus ille Samaritanus, de quo S Lucas, qui
hominem illum, per quem genus huma-
num designatur, ex Ierusalem in Iericho, ex
stau scilicet gratiæ, & innocentia, in pec-
catum descendente, & in latrones, id est,
diabolo incidentem (qui omnibus eum
spiritualibus diuitiis despoliauerant, & vul-
nera in super grauiissima infixerant, omnes
scilicet animæ facultates læserant) sanasti,
ac pristina integritati restituiisti. Nostis
igitur o diuine Samaritanæ medere languo-
ribus: nostras cura animas, casque vnguen-
to & oleo misericordiæ inungito; vt veri-
tatem tuam semper amplecti, ac peccatum
vitare, & voluntati tuæ quam promptissime
obsequi valeant, quo dignæ reddantur, vt
postquam tibi fidele in mundi huius mari
obsequium præstiterint, in alterius malacia
te laudent & glorificent. Amen.*

FERIA III. POST DOMIN.
PASSIONIS.

Partitio:

- I. De fuga gloriæ:
- II. De vano fratrum Domini pestulato.
- III. De inani gloria mundi & humilitate
Christi.

*Erat autem in proximo dies festus Iudeorum,
Scenopogia: Dixerunt ergo fratres eius
ad eum: Transi hinc, & vade in Iudæam,
Ioann. 7.*

FIGURA.

3. Reg. 17. **M**AGNVS ille Propheta Elias, inanem
gloriam mundanumq; honorem per-
tulit, aulam Iezabelis relinquens, in deser-

tuin secessit, nullum in patria miraculum
vovens edere, ob quod à suis magni fierer,
ac diuinos honores consequeretur: sed in
Sarepta Sidoniorum, ciuitatem satis remo-
tam, & obscuram sese contulit, vbi præ-
clarissima miracula edidit. Cum diligen-
tius hoc Prophetæ factum intueor, simi-
lem mihi historiam in Euangelio hodie-
no legere videor. Occurrit mihi namque
hic, non dico Elias, sed **CHRISTVS** Domi-
nus, qui in humilitate educatus, & omnem
mundi gloriam exorsus, ciuitatem Ieroso-
lymitanam relinquit, vt in Galilæam seces-
dat; quique veritus, ne ab hominibus vi-
deatur, ad solemnitatem Paschalem, à suis
licet inuitaretur, venire detrectat, nedum
aliquod miraculum edere, eadem apud ex-
teros facturus: & quo plus eum discipuli
hodie ad vanam gloriam incendunt, dicen-
tes, *Manifesta te mundo*; quo plus ipse glo-
riam contemnens respondet: *tempus meum
nondum aduenit.* Erit hæc materia omnibus
vobis, spero, perutilis, & vnde non parum
utilitatis haurire possitis. Imploremus igitur
Spiritus sancti auxilium, vt eam pro di-
gnitate deducamus: & simul patrocinium
Deiparæ Virginis interponamus.

AUE MARIA.

Inter cætera Antisthenis Philosophi elo-
quia & Apophthegmata hoc non postre-
mum mihi occupare locum viderur: cum
magnis eum ciues, & quidem improbi, lau-
dibus exornarent, subtristior & consterna-
tus quodammodo respondit: *Dij immorta-
les quid mali feci.* Idem pene de Phocione,
quo præstantiorem Atheniensis non vidit
resp. refert Plutarchus: hic cum quadam
die frequenti Senatu peroraret, omnium-
que animos in sui admirationem accende-
ret, & omnes merita eius in repub. gloriâ-
que bello parum deprædicarent; ad vici-
nos & astantes vultu subirato conuersus,
dicere incepit: *Me miserum! vereor ne quod
mihi stultum verbum exciderit.* Dignæ pro-
fecto tantis viris sententiæ, licet Ethnico
ore prolata, quas Christiani semper me-
moriam inscriptas gerant, quibus ad inanis
gloriæ

Apopth.

Antisthe.

Laert. li. 6.

Plutarch.

in Phocion.

Dictum

Phocio-

nis.

gloriæ fugam extimulentur, nihilque ad-
eo abhorreant, quam ob virtutes beneque
facta inanem gloriolæ auram arrogantia-
que typhum aucupari. Docuit id olim
apertissimis verbis Apostolus, quibus om-
nes omnino homines ad humiliter de sei-
plis sentiendum inuitat: *Quid habes quod*

1. Cor. 4.

non accepisti? si autem accepisti quid gloriaris
Quibus aperte demonstrat, non esse no-
bis aliquas de bonis operibus laudes qua-
rendas; sed ad Altissimi gloriam, vt omnes
re ipsa sancti viri semper fecere, omnia refe-
renda.

Act. 14.

Cum olim Lystrenses Paulum, & Barna-
bam Apostolos, postquam claudum ambu-
lare fecissent, hunc quidem Mercurii, illum
vero Iouis nomine appellassent; his eos,
Apostoli, vanæ gloriæ hostes, discissis vesti-
bus in turbas irati exilientes, verbis com-
presserunt: *Viri quid hæc facitis? Nos mortua-*
les sumus, similes vobis homines. Ecce. In Deum,
non vero in nos, laudes hæc congerite, ab
ipso enim hæc miracula, non à nobis, pro-
ficiscuntur. Id ipsum propemodum præsti-
rit & olim inter Babylonios Daniel: cum e-
nim à Rege ad exponenda somnia euoca-
rus, totiusque regni sapientissimus esset ha-
bitus, ac propter felicem somniorum inter-
pretationem magnis ab eodem laudibus
afficeretur; vt Propheta inanem hanc lau-
dem à se remoueret, atque omnia in Deum,
verum rei auctorem regereret, ait: Ne me
interpretarem somnii putes, ò Rex, aut cogi-
tationum tuarum expositorem; verus ear-
um interpretes ipse Deus est, qui reuelat pro-
funda & mysteria, omnis proinde ei gloria
ascribenda.

Dan. 8.

Tradunt Historiæ, decus ac lumen Gal-
liæ nostræ Martinum Turonensem, sem-
per reliquias aliquas Sanctorum de collo-
gestasse, vt, si quando miraculum quod ede-
ret, eorum virtuti, non propriis id meritis as-
scriberet.

Surius tom.
6. tit. S. Mar-
tini.

Elizæus Prophetes viduæ filium ad vi-
tam reuocaturus, vt omnem, quæ ex eo mi-
raculo in se redundare posset, laudem exclu-
deret, famamque si qua inde oriretur, sub-
terfugeret, solus cubiculum ingressus est,
clausoque ostio ceteros omnes exclusit, ne-

4. Reg. 4.
Figura.

minem passus adesse, qui tanti tamque cri-
mii miraculi testis foret. Insignis profecto
figura quæ nos docet, si quando bonum ali-
quod aut pium opus peragendum est, om-
nem vanæ gloriæ aditum esse præcluden-
dum, omnemque ostentationem declinan-
dam. Quantum igitur detrimenti affertis, ò
exitialis inanis gloriæ pestis!

Venusta illa Bethsabee, quod se lauisset, a Rege
vnde à Rege conspici poterat; nudamque
se illi ostendisset, adulterii, necisque Viuæ
coniugis, atque omnium pene quæ regi
deinde acciderunt malorum occasio exitit.
Docemur hac historia, Auditores, eos om-
nes, qui detecta operum suorum pulchri-
tudine, eaque omnium oculis exposita,
inanem gloriæ rumusculum aucupantur,
ruinæ & exitii, peccatorumque (quæ ve-
luti spiritualia adulteria sunt ac scelerata
Christi animarum sponsi cædes, quem illi
iterum peccatis flagitiisque crucifigunt)
causas existerere.

Dina Iacobi filia cum alienigenas vi-
sura mulieres patriis finibus esset egres-
sa; Sicheus Hemor Heuæi Principis fi-
lius, pulchritudine eius captus, eam rap-
uit, & constupranit. Aliud hoc est myste-
rium, quod significat, bona opera nostra,
cum cordis nostri domo & regione egre-
diuntur, vt ab omnibus conspiciantur, &
auram quandam popularis rumoris hau-
riant, sapissime à dæmonibus, qui veri quo-
dammodo Sichemitæ sunt, auferri & vio-
lenter rapi.

Et sane, vos ò vanæ gloriæ amatores,
mundanæ famæ aucupes, similes miluis es-
se dixerò: nam sicut illi; licet sublimius euo-
lent: semper tamen terram ad prædam qua-
rendam respiciunt: ita & vos; nam per bo-
na vestra opera ad cælum vsque euolare vi-
demini, mundum tamen semper respicitis,
in eumque defixos oculos habetis, ad præ-
dam aliquam inanis gloriæ aufendam. Sed
omnem potius, si qua inde resultare potest,
laudem, Deo ascribite; *Solinamque Des ho-*
nor & gloria.

Cum adolescens Ioseph ab impudica
illa Putipharis vxore ad stuprum solli-

Gen. 39.
citatus

citatus esset, nūquam nefariæ voluntati eius voluit morem gerere, sed his eius lasciviam verbis conatus est retundere. *Eccē Dominus meus omnib. mihi traditis, ignorat, quid habeat in domo sua: nec quequam est, quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi, præter te quæ uxor eius es: quomodo ergo possum hoc malum facere? Et peccare in Dominum meum?* O verba sensu myllico plenissima! Denotat nobis hæc mulier gloriam, quæ vera Dei sponsa & uxor est, & ei quidem propria, quam nos exemplo Iosephi, ambire nequaquam par est, libet ab ea sollicitemur & tentemur: Deus enim zelosus est, qui omnes quidem gratias & dona in manu nostra statuit, at hanc solam sibi releuare eiusque solus frui vult amplexibus. *Soli namque Deo honor & gloria.*

Quamobrem, ô cæci mortales, nolite amplius gloriæ huius siti teneri, nolite filiam illam cælo natam ambire, aut opera vestra vanæ laudis vento omnia dissipanti exponere, aut merita in altum, ad captandam leuem auram, subleuare: nihil enim sunt omnia vestra opera. nam quemadmodum panno, cum pennarum suarum agmen explicat, easdemque attentius contemplatur, superbit; at visa pedum deformitate, easdem contrahit & dimittit, humiliter de seipso sentiens; ita quoque vos ô mortales, cum alas meritorum vestrorum explicare latius vultis, superbia quadam interius in animo efferri incipitis; at si vel semel vilitatis vestræ pedes & imperfectiones vestras inspicere, mirum quantum cibus præ humilitate & pudore alas dimitteretis.

Dignum profecto relatu est, quod de mulo quodam Lydio refert magnus ille historicus Plutarchus; hic mulus, viso musculorum robore, membrorum compactione, naturæ pulchritudine, totiusque corporis elegantia, superbire incepit, seseque omnium animalium esse regem arbitrari; hinc ille effera scere, discurrere circumquaque, subsultare, sternere fessores, ac lasciuire insolentius, at cum patre se afro progenitum consideraret, pudore suffusus mitius agere, ac mansuetudinem induere cœpit.

Itaque mortales, nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus: nam cum oculos in fortunæ vestræ prosperitatem coniciatis, diuitiarumque vestrarum amplitudinem intuemini, denique gratias & dona, quæ cælum vobis mutuo dedit, perpenditis, mirum quantum moueatis lacertos, pedes efferatis altius, & interius cor vestrum intumescat; at si vobiscum perpendere incipitis, patrem vestrum extitisse Adamum quendam, & è limo terræ vos esse progenitos, eque cinere & puluere originem tulisse, minuet proculdubio consideratio illa præsumptionem vestram, ac superbientem & insolentem animum deprimet, vosque ad cœlestem gloriam perducat.

Audite vero Euangelistam loquentem: *LUC. II. Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus: relinquire inanem hanc ostentationem, ac futile inanis famæ aucupium, imitamini potius præclarum, quod hodiernæ diei Euangelium profert exemplum; cum enim Dominus à parentibus inuitaretur, vt in Iudæam ad festiuitatem scenopægiæ celebrandam, miracula ibidem patraturus, transiret, vnde magnam Iudæi de eo opinionem conciperent, & ab omnibus instar Prophetæ haberetur; ire noluit, incognitus potius in Galilæa manere desiderans. Rei nobis & historiæ seriem narrat nobis Euangelista: *Erat autem in proximo dies festus Iudæorum scenopægia: dixerunt ergo fratres eius ad eum, Transi in Iudæam, & manifesta te mundo.* Hac itaque concione de solennitate hac Iudæorum, ac deinde de inani mundi gloria agemus: inque duobus hisce membris omnis nostra oratio versabitur.*

In primis igitur scribit Euangelista, appropinquante iam festo Tabernaculorum, Dominum Redemptorem, cum in Galilæa esset, à fratribus sollicitatum, vt mundo sese manifestaret populoque occasionem præberet, vt de se loqueretur; ac proinde ad hanc solennitatem accederet, qua durante miraculum aliquod ederet, propter quod ab omnibus magni fieret & celebraretur.

Hic

Virgo Dei-
para nullos
præter Do-
minum Ie-
sum proles
habuit.

Matt. 27.

Deipara
leanae cõ-
paratur,
quæ non
vtra vnũ
catulum
parit.

Quenam
hæreses &
errores ex
his Euan-
gelistæ ver-
bis ortum
ceperint.
Per fratres
Domini
cognati ei-
us intelli-
gendi sunt.

Hic rursus hæsto, nec porro procedere est a-
nimus, cum de Domini fratribus mentio in-
cidit. Scio enim Virginem Mariam nullam
aliam præter vnigenitum suum Christum
Dominum prolem habuisse, & hunc ipsum
nullos omnino fratres. Fuit ille namque Sol
& Phœnix, qui parem aut secundum non
habet. Et sane quemadmodum sepulchrum,
in quo Dominus mortuus collocatus est, no-
uum fuit, & in petra excisum ac nullum vn-
quam, præter pretiosum Domini corpus,
in se complexum fuerat, *Et posuit illud in mo-
numento suo nouo, quod exciderat in petra.* Ita
quoque sacratissimus ille Deiparæ uterus,
virgo fuit, ac plane nouus, in quo nullus
præter Dei filium, ante vel postea vnquam
requieuit.

Cum Ieana, vti apologus quidam non il-
lepidus prodidit, in plurimorum animalium
conuentu, à ceteris infæcunditatis argueretur,
quod vltra vnum catulum non produ-
ceret, ceteris animalibus adeo vt plurimum
fœcundis, vt plures vno partu fœtus singulis
vicibus ederent; Fateor, adhæc respondit
illa, vnum me tantum catulum proferre,
sed memineritis oportet, leonem esse, & o-
mnium vestrum, quotquot adestis, Regem
& Principem. Id ipsum de te iure merito-
que dicere licet ô Virgo: fuisti scilicet Ieana,
omnium Creaturarum regina & caput,
vt illa animalium: nullos sacro tuo vtero
gestasti filios, præter vnicum illum Iesum
Christum; ac leonem, omnium mortalium
nobilissimum, leonem inquam de tribu
Iuda.

Quid igitur, Euangelista per fratres hosce
designas? Præis scilicet Heluidio in hæresi
sua stabilienda, qua ille nequiter assererat,
Virginem plures proles enixam esse. Das i-
tem pluribus scriptoribus occasionem, mul-
tarum falsarum & futilium opinionum con-
cipiendarum, ac simul dicendi proles illas à
Iosepho Christi nutritio descendere, è prio-
re scilicet eiusdem coniugio: qui cum Chri-
sti pater putaretur, inde fiebat, vt eius quo-
que filii, Christi Domini fratres dicerentur.
At est hoc quam falsissimum. Sed per fratres
illos cognati Domini designantur, vt sunt
filii Zebedæi, è Maria Salome germana

Deiparæ sorore progeniti, ac proinde co-
gnati germani Domini nostri Iesu Christi,
Vnde facile colligi videtur, fuisse hos ipsos
& non alios, qui cum hodierna die incita-
runt, vt se mundo manifestaret, ac popula-
rem auram captaret: cum illi ipsi ambitione
& honorum studio incitati, maternis olim
patrociniis & precibus supremis in Domi-
ni regno honores ambiuerint, vt hic scilicet
ad dexteram, alter vero ad sinistram possent
considere.

Hi ipsi igitur cognati, non spectantes aut
cogitantes aliud, quam ea quæ mundi sunt,
cum magnam illam & celebrem festiuitatē,
ad quam magna vndique Iudæorum multi-
tudo confluxerat, in proximo esse cererent;
importune ab ipso Salvatore contenderunt,
vt in Iudæam reuerteretur, ac tantæ festiui-
tati, ad quam tot homines concurrerent, in-
teresset, quo sese ostentaret, & edito aliquo
miraculo ab omnibus, vt magnus aliquis
vir cælo delapsus, aut instar prophætæ, ha-
beretur. Erat festum hoc Tabernaculo-
rum, magni apud Iudæos nominis ac cele-
britatis, die quinto decimo Septembris per-
agi solitum, vti aperte in lege Mosæica Do-
minus præceperat. Constituebant in hac
Tabernaculorum festiuitate, extra domos
quisque suas, tuguria, ac velut tentoria de
frondibus & arborum ramis, sub quibus, se-
ptem diebus in memoriam, quod olim in de-
serto tanto tempore habitassent, commora-
bantur. Huc accedebat, quod his ipsis die-
bus, vnusquisque secum cogitabat, aliud se-
se nihil hoc in mûdo esse, quam peregrinum
& viatorem, vti & maiores olim in deserto
longa fuerant annorum serie peregrinati. Fe-
lix igitur solennitas, ac ter beata huiusce fe-
sti institutio, qua ad tam piam ac saluta-
rem considerationem homines excitantur.

Hoc ipsum est, quod semper ante oculos
habere nos oportet, ac perpetuo memoriæ
gerere insculptum: nos videlicet in hoc
mundo non esse aliud, quam viatores, &
aliud hic nihil habere, quam tuguria & ma-
palia è frondibus & ramis constructa, qui-
bus interea dum hic agendum est, non secus
ac diuerfortis vti debeamus: nam vt Paulus
Apostolus.

Apostolus ait: *non habemus hic civitatem permanentem, sed futuram inquirimus.* quasi diceret: Non est, mortales, diutius in hoc inferiori mundo permanendum; nolite hic fixum firmumque fortunarum vestrarum domicilium figere; necesse namque vos est crastina hinc die discedere & abire; neque enim hic locus quietis, sed potius regio aliena & peregrina, per quam non nisi transeundum est, ut ita tandem in alteram, propriam nimirum, pervenire possimus.

Didicisti id Paule à vate illo Psalmista, qui multo ante tempore mundum hunc non nisi peregrinationis locum esse credidit, dicens: *Aduena ego sum. & peregrinus sicut omnes Patres mei:* dicere vult: Hæc sceptrâ & munde, hæc diademata, hæc coronæ, honores, pompæ, splendores hi regii, nunquam ita animum permouebunt, aut afficient, quin semper mihi ante oculos versetur, te aliud non esse, quam viantium ac peregrinantium locum, tristis terram exilii, domum conductitiam, crudele ac nefarium diuersorium, è quo, licet etiam parum de rebus necessariis illic nobis prouisum sit, ac plurimæ molestiæ subeundæ, breui tamen emigrandum est ac symbolum, etiam cum irreuerabili amissione vitæ persolendum, & omnia quæ facere decreueramus, in momento relinquenda. Quamobrem non aliam de te ô scelerate munde, opinionem concipiam, nec aliud me esse credam, aliud licet videar, quam miserum in terra peregrinum, quales etiam omnes maiores mei præteritis sæculis fuerunt.

Quid, Christiani, Ethnici ipsi & gentes immanitate barbaræ; & ab omni humanitate remotissimæ; hanc olim animo cogitationem etiam insculperunt, & nunquam non breuitatis vitæ meminerunt. Hinc nescio quem Philosophum, cum Agrigentinos superbas & parentes ædes videret extruere, ac quotidie magnifice comessari, dementia eorum explosâ dixisse legimus: *Agrigentini comedunt quasi semper morituri, & adificiant quasi nunquam morituri.* Diogenes quoque Cynicus cum vitæ breuitatem perspectam haberet, animoque infixum gereret, mun-

Tom. I. Bessai Quadrage.

dum præter peregrinorum receptaculum aliud non esse, adeo eum exosus fuit, ut nunquam vrbes incolere, domus extruere, aut opes congerere voluerit, sed vnico contentus dolio, quod quocunque accedendum erat, eodem voluebat, vixit: Hinc cum orbis ille terror Alexander omnem vitæ eius rationem perspectam haberet, attentiusque esset contemplatus, adeo hoc viuendi genere fuit recreatus, ut diceret, se nisi Alexander foret, alium esse nolle quam Diogenem. Verus profecto mundi osor, ac generosus mundanarum rerum contemptor.

Quam euidenter igitur, & aperte nos Simile.

Ethnici docent, quin & ipsi barbari; nos in mundo hoc non nisi peregrinos & viatores esse, stabilem sedem non habentes; ac merum stultitiæ dementiæque genus esse, in eodem velle commorari, ac rerum suarum sedem figere. An non ille omnium iudicio sensibus ac mente destitutus dicendus foret, qui extorris, ac procul à patria constitutus, & inter alienos versans, vile, quod in diem subiret, tugurium, depingere, parietes eius variis coloribus exornare, tabulata auro obtegere, caminos variegare, cubi-
cula peristromatis conuictire, horrea quoque eius refecire, ac frumento constipare, denique de rebus ad tugurium hoc festinantibus accuratius velleri inquirere; cum crastina die mane id relinquendum esset? Heu, Mundus quanto maior eorum demētia & insania est, diuersorio qui cum in regione & cœlo peregrino viam cōparatus carpant, procul à patria, cœlesti nimirum, constituti, ingens hoc mundi diuersorium subeuntes, ad quod tam multi omnis generis homines quotidie diuertunt, atque ex eo reuertunt, rebus tamen parandis, domibus, & palatiis extruendis, diuitis coaceruandis negotiisque gerendis incumbunt; cum crastina ac sæpe numero etiam eadem ipsa die hinc emigrandum sit, & abitio maturanda. Hinc bene olim, ut aliquando dixisse meminimus, de vrbe Atheniensis, dicere solebat Isocrates, pulchram illam quidem esse, & ad ambulandum amœnam, ad habitandum vero perdifficilem ac periculis expositam. Mea quidem sentētia id ipsum, qui de mun-

M m m do di-

Psal. 38.

Quat.

Aproph. veteris Philo-phi.

Diogenes Cynici.

Isocratis dictum de vrbe Atheniensis.

do dixerit, à vero profecto non aberrabit, magnam scilicet & vastam hunc urbem esse, & ambulationi peraccommodum, ac cauendum ne quis in eo sedes figat, & sedem stabilem mediterur.

Gen. 4.
Gen. 11.
Parricida ille Cain primus vrbes exedificare incepit, quasi perpetuam hoc in mundo sedem habiturus: *Et edificauit ciuitatem, vocauitque nomen eius ex nomine filij sui Henoch:* sed tandem malo vitam sine terminauit. Superbus ac ille gloriosus Nemroth, cum turrim Babel extruere vna cum suis cepisset, vt si quando diluuium iterum ingrueret, in eam sese mortales velut in commune asyllum reciperent, atque ita perpetui huius mundi incolæ forent, confusione linguarum ceptis destitit, & ignominiam contraxit. Historiæ sunt, Christiani, & exempla quibus erudimur, non esse in hoc inferiori mundo sedem perpetuam deligendam, perpetuumque domicilium collocandum, non esse extruendas moles & turres, verum eum Iudæis sub tuguriis, tabernaculisque frondosis hodierna die commorandum.

Quid fuisse causæ putatis, Auditores, vt Adam statim à peccato, frondibus nuditatem suam cooperuerit, ac semper sine domo & recto sub Ioue frigido, hoc in mundo vixerit? Denotabant scilicet hæc folia iam tum vitam nostram, peregrini esse transitum; simulque edocebant, non esse nobis hic domicilia diuturnantia deligenda, sed tuguria leuia & viles domos seligendas. Quid si, ô Hebræi, vos his in Tabernaculis habitasse dixerit, vt vobis filiisque vestris, simul & nobis in memoriam reuocaretis, protoplastum Adamum, primum hominem, ac primum simul peccatorem, non nisi folijs & virgulis nuditatem suam velasse. Quid quid demum sit, ostendit vtrumque eandem nostram fortunam esse, quæ fuit Iacobi, in Mesopotamia, in domo Laban, qui mundum auarum & idolis seruientem significat, seruientis; in quo oues & greges, voluptates scilicet & delicias, seruamus, simulque filias eiusdem nobis in coniuges adaptamus, diuitias scilicet atque opes. Sed, Iacobi exemplo, crudelem tandem Laban relinquere, inque patriam postliminio re-

uerri nos oportet. Sumus enim hoc in mundo non secus atque filii quidam prodigi, qui paradiso cœlesti, domo scilicet paterna, exacti, in regionem hanc longinquam (in qua fame emorimur, cum porcis id est peccatoribus; & meretricibus, id est, voluptatibus, habitantes) reiecti & profecti sumus; sed redeundum est tandem aliquando, adque domum voluptatis deuo reuertendum.

Eadem in mundo nobis fors est, quæ fuit Israelitarum in Ægypto commorantium, regione inquam aliena, terra crudeli & inhumana, plena miseris, & calamitatibus affluente; in quo variis laboribus & difficultatibus affligimur, tot molestiis opprimimur; sed tandem aliquando in terram promissionis nos redituros speramus, atque huc omnis nostra cogitatio & animus anhelat. Quam obrem stultum est, diutius in hoc inferiori mundo velle commorari; neque enim hic immorandum est.

Pium illum regem David adeo miseriarum mundi huius, quæ vallis lachrymarum est tædebat, vt interdum pennas sibi dari auium exoptaret, quibus in sublime elatus, & procul à terra miseriarum elongatus, ad beatorum illam regionem, vbi æterna requies, & felicitas consummata est, euolaret: *Quis dabit mihi pennas sicut columba, & volabo & requiescam.* Num. 23

Egregium profecto conceptum è Numerorum libro haurire est Moses cum sexcenta armatorum millia ex Ægypto deduceret, legatione ad Seon regem Amorrhæorum missa, transitum exercitui per fines eiusdem postulauit, pollicitus fore, sine vilo vt maleficio regionem pertransirent: *Liceat nobis transire per terram tuam, non transibimus per agros, nec vineas, nec bibemus aquas ex puteis, via regia gradiemur, nec ssthemus donec transuerimus fines tuos.* Eadem omnino legatio est, quam sanctæ piæque animæ ad mundum, Principem illum Amorrhæorum semper iam inde ab initio misere, per mundum eiusque spacia non nisi transitum postulantes: *Tua nobis liceat venia, ô munde, agros tuos transire; transitum solum à te postulamus; vineas tuas non vastabimus, nec agros, non gustabimus ex aquis voluptatum*

Allegoria.
Gen. 31.

tyarum: at via regia ambulabimus, ut viatores & peregrini, non prius quiescentes quam terminos tuos transuerimus. An non hæc sufficiant, ad mundi contemptum animis nostris ingerendum, eiusque voluptates & delicias vili pendendas? Addam & alia.

Num. 21.

Quadragesima annis in deserto Hebraei habitauerunt, nullas sibi vestes adaptantes, aut villas domos ædificantes, nullarum rerum curam assumentes; sciebant nimirum, solitudinem habitacula firma nequaquam esse, sed ea illa propediem sibi emigrandum. Quin etiam Ioseph Patriarcha, ipsis nonaginta quatuor, quibus Ægypti moderatus est habenas, annis, (sexdecim enim annorum erat cum à fratribus diuenderetur, atque anno centesimo decimo mortuus est, nullas legitur possessiones, licet fortuna lætior arderet, coemisse, aut villas filiis in Ægypto facultates reliquisset. Præfagebat enim magnus ille vir, fore aliquando tempus, cum populo Israel Ægypto emigrandum foret: tum vero edocere volebat, non esse in Ægypto mundi huius stabiles rerum sedes figendas, è quo tandem aliquando etiam inuitis abeundum est, & in quo vix triginta, aut quadraginta, ad summum octoginta annis habitare dabitur, extra quem in perpetuas æternitates viuemus. Hæc sunt quæ nobis per Festum Tabernaculorum designantur: quod ut missum faciamus iam tempus est, & ita ad reliquam Euangelii nostri partem properemus, ut vanam gloriam detegamus, eamque fugiendam doceamus.

Cum itaque Festum hoc appropinquaret, efflagitarunt ab eo fratres & cognati, ut ad solemnitatem hanc accederet, miraculoque aliquo edito omnes in admirationem sui mortales excitaret, Euangelii contextus hic est: *Dixerunt ergo fratres eius ad eum, Transi hinc & vade in Iudæam; ut & discipuli tui videant opera quæ tu facis: manifesta te mundo.* Ecce insolentem à postolorum ambitionem, atque vanam gloriæ tentationem: videte hic ad viuum expressum, quod mundus, caro, diabolus nobis quotidie inelamant & suggerunt, dicentes, Auferas te hinc, ô homo, simplicitatem hanc morum exue, paupertatem desere, negotiis & curis sæcularibus te

implica, aulam consecrare, diuitiis coaceruandis inuigila, ac manifesta te mundo. Fuit hæc eadem suggestio matris filiorum Zebedæi, quando suasu eius uterque ad honores & dignitates aspirauit, a que Christo Domino ambo petierunt, eos ut manifestaret.

Mirum profecto est ac consideratione dignum, ut parentes filiorum exitii, ut plurimum, causa existant: vnde non immerito Dominus dixisse mihi videtur: *Inimici hominibus domestici eius.* Video namque Cain mortis fraternæ causam existere: video ab Ismaele Isaac depruari & corrumpi, adque idolorum cultum sensim perducere: video Esau barbarum & horridum aduersus Iacob arma capere, & perpetuis cum eo odiis decertare: video denique Iosephum à fratribus diuendi, & Dominum Iesum Christum à cognatis & fratribus ad vanæ gloriæ cupiditatem ambitionemque excitulari, dicentibus: *Manifesta te mundo.*

O cæci! ô stolidi ac consilii egentes! quem alloqui vos putatis, cum Redemptori meo de vana gloria verba facitis, cum honores & ostentationem ei proponitis? an nescitis, ipsum diabolum de victoria desperantem confusione plenum & ignominia, depositis armis victum recessisse, cum omnia illi mundi regna offerret, ut vel leui vanæ gloriæ flabro se afflari sineret? An nescitis eum hæc omnia reputasse ut stercorea, honores calasse, aliudque nihil spirasse quam humilitatem, nihil adeo fuisse exosum quam superbiam & iactantiam? vnde de eo scriptum est, *Humiliare respicit, & alta à longe cognoscit.*

Et sane Moses maluit inops & miser cum populo Dei viuere, quam aulam Pharaonis Regis incolere, ac filius Reginæ, quæ cum adoptauerat appellari. Christus quoque Dominus noster maluit contemptus & in ignominia viuere & cum opprobrio, & humilitate, atque ærumnis saturatus pro nobis in cruce mori, quam filii Dei nomine insigniri, atque ab Angelis cœlesti in habitaculo veluti Deus coli & adorari. Ipse namque est humilis ille Mardocheus, qui prius gloriæ vestem,

M m m 2 vestem,

vestem, ac purpuram regiam noluit inducere, quam Satan Aman noster sit condemnatus ac suspensus, & omnis Iudæorum populus, natura inquam humana, mortis sententia reuocata, exitio & periculo eripuit. Ipse est quoque parvus ille Dauid, qui prius armis sese regis noluit circumdare, quam Goliadas fuisset iugulatus.

2. Reg. 12.

III. Nolite igitur dicere amplius, *Manifesta* Dominus *te mundo*. Ipse quippe est, qui se in manibus Iesus vanæ gloriæ se per inimicus extitit.

Ioan. 8.

Ego gloriam meam non quero: quo dicto verum se ostentationis hostem demonstrabat. Recordemini, quæso, quid in passione Domini acciderit: obseruatione namq; dignum est. Cum iniquus iudex Pilatus hanc cruci inscriptionem adderet, *Iesus Nazarenus Rex Iudæorum*, statim Dominus caput inclinavit, quasi oblatos sibi honores repudiaret, & regios titulos contemneret; ostendere scilicet volens, se morientem, vti & viuentem honores subterfugere, & eadem seferatione tam in morte quam in vita, velle procedere.

Insignis conceptus.

Insignis conceptus.

Quamobrem ò vos omnes, qui inanes mundi delicias voluptatesque consecramini, fugite obsecro, Iesum Redemptorem æmulando, gloriam popularem, & inanis laudis ostentationem, ne sapiant amplius opera vestra inanitatem & fucum; ac redeat vobis in memoriam, quomodo Deus olim, cum gloriam suam demonstrare vellet, populum ad montem accedere prohibuit, nullus vt eiusdem gloriæ, præter vnicum Moysen, testis esset: *Cauete ne ascendatis in montem, nec tangatis fines illius: omnis namque qui tetigerit montem, morte morietur.*

Exod. 19.

Egregium profecto mysterium! quo edocemur, meritorum gloriam non in oculis hominum collocandam, sed hoc vnum spectandum, vt Deum inspectorem habeant & contemplatorem. Vnde dicitur: *Pater vester qui videt in abscondito, reddet vobis. Quia etiam Dominus noster Iesus, in die transi-*

gurationis suæ, gloriam suam non nisi tribus Apostolis manifestauit, quibus & singulari deinde ratione interdixit, ne cui, nisi resurrectione, visionem illam manifestarent: at passionem suam & mortem illam ignominiosissimam, toti mundo manifestam voluit. Iterum hinc discere possumus, omnia merita operaque cum virtute transacta, esse occultanda, sed imperfectiones, vitiaque & quicquid eo demum spectat, omnibus omnino mortalibus esse patefacienda, & detegenda.

Quid causæ fuisse putatis, ò contemplatiui, vt Dominus in stabulo nasci, & in præsepio super vile scœnum voluerit reclinari? vt scilicet gloriæ sese contempserit & hostem demonstraret: sciebat namque Magos ex oriente venturos muneraque adorantes, oblaturos; sciebat pastores Iudææ montibus eo aduolaturus, & omnes omnino homines, si in ciuitate Ierosolymitana fuisset editus, eodem, vt obsequium & cultum regi nato offerrent, properaturos. Quamobrem vt hæc omnia declinaret, omnemque inanis gloriæ radicem præcinderet, obscuro loco voluit delitescere; inque ignoto stabulo nasci. Audite & alium conceptum: Statim ac Dominus à Ioanne baptizatus fuerat, & Pater cœlestis voce de celo delapsa intonuerat, *Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui*, omnem hanc gloriam & sublimes honorum titulos perolus, desertum petiit & procul ab hominum conspectu confortioque in solitudine voluit delitescere. Quibus omnibus edocemur, omnem gloriam, plausibiles populi salutationes, sublimes honorum titulos, fumolaque nomina esse euitanda ac detestanda.

Noli igitur amplius auribus meis insuflurrare, ò munde; *Manifesta te mundo*: hoc tuum potius est facere, hæc tuæ sunt partes, impostor, fallax, superbe; tuum est inanis captare, & ad vocem populi pulsusq; commoueri. Tu scilicet es magnus & superbus ille Assuerus, qui magnifico instructo conuiuio omnes Principes & Sarrapas sub imperio constitutus inuitauit, vt magnitudinem, splendorem, ac diuitias regni, atque iactantiam potentia ostentaret. Tu quoque similis.

Mundi
vanitas
detegitur.
Eph. 2.

similis Naamani illi Syro, qui opes quidem & munera iustis viris Eliseis offert, sed lepra coopertus es. Quid amplius de te dicam, & perfide & immunde munde? Non errauro, si te regi Ezechiae similem dixerero, qui thesauros tuos & opes Babyloniis, hoc est, peccatoribus, manifestas. Porro si sapimus, Auditores, omnem hunc mundum cum suo mundo, cum ambitione & vana gloria relinquamus, & subtiliores adhuc conceptus proferamus.

Egregius ac libellus con- ceptus.

Fratres hi Domini, qui ab eo, ut se mundo manifestet, efflagitant, ipsi sunt Angeli, & sancti patres, qui iam ab ipso mundi primordio nunquam non dixerunt; hi in celestibus, illi in infernis constituti: *Transi hinc, caelos relinque, & vade in Iudaeam; in terram descende, manifesta te mundo, humana naturam assume, cum hominibus versare ut homo.* Audite; ut eum Psalmographus ad hoc inuitavit dicens: *Ostende faciem tuam & salui erimus*: quasi diceret: *Manifesta te mundo. Quod vobis ad oculos in figura inuolucris expressum dabo.*

Figura. Reg. 19.

Cum Absalom filius fugatusque esset, Dauid in monte confectus, in tenebris & luctu sedebat, omnibus regni negotiis neglectis; ad quem Iobab dux militiae, & omnes principes Israel accedentes, hac eum oratione aggressi sunt: *Ostendisti hodie quia non duras de duobus tuis, & de seruis tuis: nunc igitur surge & procede, & alloquens satisfac seruis tuis. Iuro enim tibi per Dominum, quod si non exieris, ne unus quidem remansurus sit tecum nota hac.* Eheu! post miseram illam refractarii & contumacis Absolomi, generis, inquam, humani, stragem; cum Verbum Patris indignatione commotum esset, duces illi caelestium legionum, Angeli scilicet & sancti, his eum quotidie verbis compellabant: *Quid agis Domine, quid & Verbum ad mundi redemptionem praedestinatum? anne ita duces tuos & legiones negliges? semperne creaturarum obliuisceris? surge, egredere, mundo collabenti succurre, manifesta te mundo, humanam naturam indue, omnia alioquin pessum ibunt; fac ut te mundus cognoscat, neue dicat, quod olim dixit Pharaon: *Dominum non cognosco, & Israel non di-**

mitam. Mundo igitur te manifesta; nam, ut Isaias loquitur; *Deus Israel Deus absconditus*: ipse nempe thesaurus est in natura: agro absconditus, quem qui inuenit homo, vadit & vendit vniuersa quae habet, ut eum possideat & consequatur.

Quamobrem Domine manifesta te mundo; quod toties iam fecisti: in sublimi namque omnium rerum creationis opere bonitatem tuam manifestasti; in diluuiio adducendo, iustitiam, in prudenti omnium rerum & totius vniuersi directione & moderamine, prouidentiam tuam singularem; in mysterio redemptionis humanae, immensam tuam misericordiam. Egregiae profecto & diuinae manifestationes. Anne igitur adhuc necesse est, Domine, mudo ut te manifestes? Etiam Domine, iudiciorum tuorum rigorem seueritatemque iustitiae demonstrando, manifesta te peccatoribus; & ostende te eum esse, qui odisti omnes qui operantur iniquitatem. Ante omnia vero Domine, manifesta te animabus nostris, ostende scilicet, te vnicam earum beatitudinem esse, summum earum bonum, & omnia: & concede, ut quemadmodum ipse prauiisti, omnem inanem fastum conculcantes, & inanem gloriam fastidientes, omnem si quam adipiscantur gloriam, ad te referant, reque hoc in mundo agnoscant, ac tandem aliquando in aeterna beatitudine, cum caelesti illo exercitu, iucundissime tibi accinere mereantur, *Soli Deo honor & gloria.*

FERIA IV. POST DOMIN. PASSIONIS.

Partitio.

- I. De verbi Dei efficacia.
- II. De Pastore.
- III. De vocis pastoralis audientia.
- IV. De vi verbi auditi.

Quae mea vocem meam audiunt. Ioan. 100.

FIGURA.

CUM magnus ille Patriarcha Isaac (ille Cinquagesimus qui olim ligna, quibus combu-

Gen. 27.
M. m. 3. tendus.

rendus fuerat, immolandus à patre super montem humeris suis gestauerat) benedictionem filijs suis largiri vellet, vt Iacob loquentem audiuit, eius vocem statim sub e mentito licet habitu agnouit. Qui rem ppius inspexerit, idem omnino in Euangelio hodierno reperiet, ac similes penitus circumstantias. Videbit namque hic alterum Isaac (qui ad montem Caluariae immolandus deductus est, & quidem ponderosa illa cruce, in quam agendus erat, grauatus) aperte hodierna die profitentem se oues è voce agnoscere, & se quoque vicissim ab omnibus ex eadem voce agnosci; *Oues mea vocem meam audiunt*: De hac hodie voce, mea vox loquetur, modo cum caelum efformet, & linguam Spiritus sanctus qui linguas infantium facit disertas, eloquentem reddat; & modo Virgo Deipara precibus suis atque intercessionibus succurrat. Quapropter recitemus supplices.

A V E M A R I A.

Apophthegma Pyrrhi.

Epirotarum ille Rex Pyrrhus, Auditores, dicere saepenumero solebat, plures regno suo vrbes & oppida Cyneae Oratoris eloquentia; quam armis & bellica industria, accessisse: plusque sese linguae eius, quam militum dextris deferre debere. Quod Rex hic in laudem eloquentiae, id nos non immerito in diuini verbi laudem dicere poterimus: ac manifeste profiteri, plures animas ad Deum suauis verbi Dei praedicatione, quam violenta armorum potentia & bellico robore esse conuersas.

Quare agite, Apostoli dicite nobis sincere, quibus potissimum armis, non dico vrbes aliquot, sed vniuersum terrarum orbem expugnaueritis? an non praedicatione verbi diuini? nam *in omnem terram exiit sonus eorum*. Haec sunt nimirum balistae & bombardae, quae totum mundum expugnarunt, ac violenter subiecerunt.

Euidenter huiusce rei figuram in libro Iosuae animaduerto. Vix namque tubae sacerdotes circum muros vrbes Ierichuntinae clangere coeperunt; quin statim concide-

rint, & ad terram collapsi sint. Designabat hoc, quamprimum vt Apostoli, Sacerdotum Principes, & verbi Dei tubae, insonare inciperent, infidelitatis tenebras, idololatrias, obstinationem, quae mundo instar vallorum & propugnaculorum erant, euerrenda, & ad terram prostruenda. Significabat etiam, o praedones verbi Dei ac tubae Evangelicae, vos vix circa muros Ierichuntinos, corda scilicet affirmata, & pernicaces peccatorum animos strepere incipere; quin statim omnia peccatorum propugnacula & valla concidant, & ad terram deiiciantur. Hoc ipsum respexit Deus, cum Moysi & Aaroni praecipit, vt ad petram tantum loquerentur; quae ad primum eorum mandatum largissimos aquarum fontes & copiosas scaturigines esset editura: *Loquimini ad petram & dabit vobis aquas*. Verum cum Moyses verbis Domini distiteret, & ultra praecipit virgam quin etiam adhiberet, grauius à Deo veluti incredulus castigatus fuit. Edocere quippe cum volebat Deus, & in ipso nos omnes, sola verba plus virium, ad aquas è petra, lacrymas scilicet ex obdurati peccatoris oculis, eliciendas habere, quam baculum & omnem violentiam. Testatus id est Psal. *Vox Domini in virtute, vox Domini confringentis cedros*, ac veluti tonitru omnia concutientis.

Et sane tonitru ipsum, vti quotidiana experientia constat, saepius abortum producit & foetum in vtero materno, subili vi sua, occultissima quaeque penetrante, enecat. Ipsum quoque verbum Dei tonitru reuera diei poterit, quod peccatrices animas abortiri facit, & scelerata peccatorum monstra, pestilentes s. foetus, suffocat & enecat. Tradunt quin etiam rerum naturalium scriptores, ceruam non nisi caelo tonante foetus posse edere: natura enim occulta quadam ratione per terribiles illos fragores calique boatus perterrefacta meatus occultos aperit, viamque foetui ad egrediendum parat patefacit, quem alioquin vtero materno inclusum emori oporteret. Animae peccantium ceruae pauidae sunt, quae sanctam conuersionem, nisi tonitruo verbi Dei auxiliante, patere nequeunt. An non hoc ipsum est, quo

Psal. 18.

Iosua. 6.
Figura.

est, quo vates ille regius respexit dicens: *Lex Domini immaculata conuertens animas.*

Quis enim te, o Paule, tam repente tamque breui temporis spatio commutauit? & e crudeli Ecclesie persecutore, qui non nisi sanguinem, caedem, & mortem discipulorum Domini spirabas; tam feruentem tamque amulantem verbi Domini praeconeum reddidit, nisi prodigiosa illa & ingens efficacia verbi Dei? Quis te o Magdalena, tam subito, ex foemina impudica, lasciuia, libidinum propudio ac proflibulo; in verum humilitatis, modestiae, continentiae ac pudicitiae exemplar conuertit, nisi admirabilis & efficax illa vox? Quis vos, o Apostoli, impulit, vt maria, retia, nauigia, piscatum relinquereis, & sequeremini, nisi ingens illa verbi diuini vis? Egregiam hac de re historiam de Serapione Anachoreta legimus; hic enim cum plena hyeme, acerrimo frigore saeuiente, seminudus per agros discurreret, sacra bibliorum volumina gestans, & interrogaretur, quis ita eum expoliasset; digito in biblia protenso, hoc me, inquit, voluim spoliari. Quo dicto aliud nihil insinuare volebat quam sacram Domini doctrinam, tantu in serboris exseruisse, vt eius vi pernotus mundum deseruerit, & omnibus sese rebus, etiam vestimentis, nuda uerit.

O sanctum ac vere diuinum verbum & penitus admirabile, nescit profecto S. Scriptura, quibus te nominibus compellet; quibus te honorum titulis & encomiis exornet: modo te ignitum eloquium & ignem eloquentem nuncupat: *Ignitum eloquium tuum vehementer.* Excitat enim in anima flammam amoris, & ignem succendit charitatis. Modo malleum petras durissimas conterentem, comminuentem & effringentem, eo q animos obfirmatissimos, & in peccatis flagitiosq; obduratos emolliat ac frangat; hinc Propheta: *Malleum conterens petras.* Apollolus vero gladio ancipiti id comparauit: *Omnigladio ancipiti penetrabilis:* nam ad vsq; cor & intimos animi recessus pertingit, & interiora pectoris dissecat. Vates vero regius, lucerna ac faci: *Lucerna pedibus vestrum: dirigit id enim gressus nostros*

per semitam salutis ac tenebras ignorantiae in anima dispellit. S. Matthaeus autem nouo id nomine indigitat anima que pabulum appellare non dubitat: *Non in solo pane uiuit homo, sed de omni verbo quod procedit de ore Dei.* Id ipsum denique vox est, per quam Dominus oues, & eum oues agnoscunt: *Oues mea uocem meam audiunt.* De hac igitur uoce, de que ouibus hisce ad vos hodierna die uerba faciam.

Inter omnia, quae in sacris litteris, Saluatori data nomina legimus, ipsum Pastoris, meo quidem iudicio, uisitatissimum est; hoc namque nomen est, quo se ipse nominauit, dicens; *Ego sum pastor bonus.* Et sane nullum est, quod magis ei proprium sit, magisque conueniat. Ipse enim uerus ille & bonus pastor est, cuius typum apud S. Lucam in parabola de pastore expressum habemus, qui nonaginta nouem ouibus, infinitis scilicet Angelorum millibus in celo relictis, in hunc miserum mundum descendit; vt uicam ouiculam perditam, naturam scilicet humanam (quae in mundi huius deserto perditata, & vagabunda errabat) quaereret, & inuentam inque humeros sublatam, ad ouile reportaret. Huc scilicet regius ille propheta respexit, cum in totius humani generis persona plorans ait: *Erraui sicut ouis qua perijt, quare seruum tuum Domine.*

Pastor, cum oues huc illucque dispersas cernit, montem aut locum aliquem editiorem solet conscendere, vt ex eo clamitans ab ouibus intelligatur, & simul videatur. **I. s. vs. CHRISTVS** uerus ille pastor, cum in hunc mundum descendisset, & greges generis humani palantes, & huc illucque dispersos per omnes mundi angulos uidisset (cu nimirum aliqua oues in deserto gentilitatis errarent dispersae, aliqua uero in Iudaismo haerent; cum haec ad lumbum usque peruenissent, illae in purgatorio versarentur) vt omnes in vnum coadunaret in montem Caluariae, & inde in summitatem crucis ascendit, e qua septies, & quidem cum clamore valido clamasit, adeoque uehementi, vt rancedin e inde contraxerit, & tandem expirarit. Vnde Matth *Clamauit lesus uoce magna: & Psalmista. Laboraui in clamans; & Matt. 27. rauca*

II.

1 Luc. 23. *rauca facta sunt fauces mea; & Luca, Et clamans voce magna Iesus ait; Pater in manus tuas commendo spiritum meum, & hac dicens exspirauit. O igitur bonum ac verum pastorem!*

1. Reg. 17. *Dicebat olim Dauid foecero Sauli, fortia sua facta commemorans: Domine Rex, cum ab hinc aliquot annis greges Isai patris mei in montibus Bethleem pascerem, vrsus & leo inuadebant oues: ego quidem viso, oues in discrimine constitutas, irraebam in eos, praedaque e faucibus eorum erepta, utrumque in fugam compuli. Quid? an non generosus ille Dauid, Iesus redemptor noster, extitit: qui cum in his mundi conuallibus greges Patris sui aeterni pasceret, & vrsus ille ferox & tartareus leo, rabie ac furore percitus, oues inuasisset, inuasores hosce inuasit, abegit, extinxit, ouesque faucibus eorum eripuit? Quantum igitur debes bono huic pastori? o homo; & quamnam tua erga eum ob recepta beneficia est obligatio? qui tantum nimirum laborauit, sudauit, clamauit, ut re quareret, seruaret, & damno sempiterno eriperet?*

Gen. 31. *Cum Jacob postquam viginti annorum spatia Labano seruit, ingratitudinem eius & inhumanitatem, bono zelo succensus, reprehendisset, dicens: Per viginti annos in domo tua seruiui tibi, die noctuq; afluurgebar es gelu; fugiebatque somnus ab oculo meo. Sufficere quidem id poterat ad iram Labani sedandam, ad animum eius emolliendum, & perpetuam amicitiam cum genero suo stabiliendam. At si Jacob illi in memoriam reduxisset, quod eius ergo captiuitatem expertus esset, vulnera subiisset, totiesque vitae discrimen incurrisset; non est dubium, quin longe plus virium ex postulationes haec fuissent habiturae. O homo, o peccator, respice obsecro, ut bonus ille pastor, ad imitationem Iacob, tecum ex postulet, quod triginta tribus annis tibi ministrando fuerit obsecutus, quod animam tanta sollicitudine, anxietate, ac fidelitate paueat, & seruauerit, ut noctes insomnes, ut plurimum; traduxerit, *vigilans sicut passer solitarius in lecto*: fuit ille namque pro te in carcerem coniectus, flagellis subditus, spinis coronatus, cruci*

affixus; denique pro salute tua in eadem eruce exspirauit. Eheu! an non haec omnia sufficientiant, ad cursum tuum sistendum; an non haec impediunt, ne Deum, clementissimum illum pastorem, amplius peccando offendas? Ille namque pastor est, qui hodie ait: *Oues mea vocem meam audiunt. At quamnam, o benignissime pastor haec sunt oues, aut quoniam vox illa? Oues, animae Christianorum sunt, & vox, verbum Dei, vox, inquam, quae nos quotidie ad viam salutis calcandam; ad vitam conuersionem, ad lachrymas, ad contritionem, ad poenitentiam inuitat; vox clamantis in deserto: *Parate viam Domini, rectas facite semitas eius*: auferte saxa, & petras peruicaciae, excindite vepres illos malitiae, complanate montes illos superbiae, diminuite colles illos arrogantiae, ac vitiorum colluuiem procul remouete: vox, inquam, quae per Noe omnes nos admonet, ut diluuium iudiciorum Dei euitemus: vox per Angelos prolata, qua, ut e Sodoma nos proripiamus, & ad montes poenitentiae velut in locum salutis confugiamus admoemur: vox per Ionam denunciata, quae nobis Dei velle & nolle declarat, instare scilicet perniciem & exitium, nisi prauam vitae conuersionem quanto cyus corrigamus.*

Verum, o bone pastor, vbinam sunt modo oues, quae huic tuae voci clamitanti auscultent? Clamasti & plorasti iam iam in lucem editus Domine, & emisisti vocem, *similem nobis plorans*, ut dese Salomon ait: & tamen ad tantum clamorem aliquor solum pastores, & tres Magi excitati sunt, & ad praesepium properarunt. Cum vero iam ad maturiorem aetatem venisses, & vox quoque iam facta esset virilior, & quotidie in templo, in porticu Salomonis in clamares; hic tantum Cananea aliqua, aut Samaritana, aut Magdalena; illic vero Zachaeus, Centurio & Regulus aliquis e somno vitiorum excitati fuere, teque secuti sunt. At omnis Iudaea, & ipsa Ierosolymorum ciuitas vocem tuam non audiuit, sed instar aspidis surdae obrurauit aures suas. Deinde cum iam sublimem illam crucis cathedram conscendisses, e qua ad totum mundum verba salutis dabas, & vocem quam poteras maxime

xime intenderes, nullus omnino præter la-
tronem te clamantem audiuit: ipsi Scribæ
& Pharisei, ipse Herodes, totque militum
cohortes, licet sub cruce starent, ne vllū ta-
men verbum percipere potuerunt. Adhæc
post mortem quoque tuam, toties tamque
vehementer clamasti, & vocem intendisti,
& quotidie quin etiam clamas, & vocem
monendo castigandoque intendis. at nemo
tibi auscultat, verbum tuum negligitur, ne-
mo aures aut animum accommodare cu-
rat.

Hoc ipsum scilicet Isaias olim conquæ-
stus est, dicens: *Domino quis credidit auditus
nostro; id est, quis obediuit? quæ verba D.
Paulus 10. ad Roman. cap. etiam vsurpauit.*
Ancim ij, vestro iudicio verbum Dei au-
dire, vocem pastoris agnoscere Euangelio-
que obedire dicendi sunt, qui, cum quori-
die de terrore iudicij, de mortis horrore, de
tartari supplicijs, de diuina iustitia, de pœ-
nis scelerato viuentibus destinatis, deque
reddenda vitæ ratione, concionatores lo-
qui audiunt, simulque intelligunt ob vni-
cum lethale peccatum æternam damnationem
esse subeundā; interea tamen non con-
uertuntur, nec vitam in melius commutant,
ac non magis permouentur, quam si aniles
fabulas, aut senum delicia in cathedra audi-
rent enarrari!

Verum enim vero intelligatis velim, oues
scabiosæ, surdæ, & in peccatis vestris offir-
matæ, quæque verbum Dei audire negligi-
tis, vel auditum ad opus non cogitis; hunc à
vobis contemptum & negligentiam in ex-
tremo iudicio exactum iri, ac propter eadē
tartari pœnis vos mancipandos. Moses enim
cum legum volumen populo prælegisset,
Leuitis id ipsum in manus consignauit, vt
magna diligentia, & sollicitudine in Arca
Testamenti repositum, seruarietur, vt sit,
inquit, tibi contra te in testimonium. Quid ais
Moses? quam ratione fieri posse credam,
vt ingens illud legis acceptæ beneficium,
quod tantopere in sacris literis exaltatur &
deprædicatur, mihi in iudicium cedat? cur
asseruari præcipis, vt sit mihi in testimoniū
cōdemnationis? Recte quidem: nam quem-
admodum lex pijs & spiritualibus, ingentis

Tom. I. Bessæ Quadrage.

beneficij loco habenda est, eam nimirum
obseruantibus, & ad vnguem seruantibus:
ita eadem negligentibus & conculcantibus,
scandalum est, ac iudicium. Ne porro mi-
rum vobis videatur, hoc Moysen de lege
locutum esse modo; scire vos velim, eadem
de Iesu Christo & Isaiam locutum lapidem
eum fundamentalem nominando, & simul
petram scandali; hoc quidem nomine pro-
pter improbos, illo vero propter iustos.

Ac veluti augustissimum Eucharistiæ Sa-
cramentum, supereminens donum est, &
omne transcendens donum, & cui par nihil
existat, illius tamen naturæ est, vt indigne
sumentibus & accedentibus mortem affe-
rat animæque sempiternam damnationem
arcescat. Ad eundem quoque modum ver-
bum Dei, diligenter ac pie auscultantibus
animabus, vita est & pabulum, eo vero se
indignos præbentibus mors & iudicium.
At ne noua vobis hæc & inaudita compara-
tio videatur, sciendum est, eam ex horro
sancti Augustini celeberrimi Ecclesiæ Do-
ctoris esse petitam, qui eandem vsurpans,
etiam dicere audeat: *Interrogo vos fratres,
quid plus videtur vobis corpus Christi, an ver-
bum Christi? ac tandem concludens ait,
eum nō minoris peccati reum esse, qui ver-
bum Dei contemnit ac negligit, quam qui
pretiosum Christi corpus pedibus procul-
cat ac proterit.* Horresco referens, Quid,
Augustine, an hæc scribere non es veritus:
anne eius reuera opinionis fuisti? Fuit, Au-
ditores, fuit, neue vnquam, vti cetera, in
quibus scribendo peccauit, retractauit,
quin etiam hæc eadem sententia in Decre-
torum volumen à Patribus S. Romanæ Ec-
clesiæ consensu, relata est. Hoc igitur te-
cum perpendas velim, o Concionum osor &
verbi Dei Timon.

Proponite, obsecro, vobis ob oculos, qui
verbum Dei rarius aut nunquam auditis,
quam grauius Deum offendatis; tanta enim
vestra culpa est & peccatum, quanta maie-
stas & potentia eius, quem contemnitis.
Vnde Diuus Gregorius in quodam Dialo-
gorum loco ait, *Verbo Dei peccatores conuer-
tere, maius est miraculum, quam mortuos carne*
Naa suscita-

Isai. 8.

IV.

August. i.

50. hom. 15.

Gr habetur

in decre. li.

cap.

Interrog.

S. Greg.

fufcitare. Et sane quemadmodum animæ corpora ipsa longis intervallis antecellunt; ita quoque animarum resurrectio multo mihi videtur admirabilior, quam corporis. Quantum igitur, eheu! vestrum est peccatum, quando verbum hoc contemnitis & vilipenditis, nec id cum debita reuerentia, ac prout par est, auditis? Audite quomodo vestrum hoc delictum, aureum illud eloquentiæ flumen, cuius ab ore melle dulcior fluxit sermo, in humilij exaggeret: *Regia inquit litera non leguntur in Senatu, nisi cum magna omnium attentione ac silentio: quid ergo caelestis regis litera, in medio Ecclesia? an non igitur totum orbem par est præ reuerentia contremiscere, & ad verbi tanti regis humiliter inclinari, ac subiici?*

Chrysest. in Math.

Quibus nos verbis magnus ille Doctor voluit edocere, Euangelium, verbum Dei, & sanctam eiusdem prædicationem, non esse aliud quam literas quasdam à magno illo regum rege cœlitus missas, quibus homines reddere vult certiores, quid in cœlesti regione inter Angelos agatur. Primus tabellarius ac literarum harum baiulus fuit Filius Dei vnigenitus; ceteri vero concionatores sub eo constituti, velut caput cum & Principem agnoscut: vnde ipse de se in Euangelio, ait: *sicut misi me vnius Pater, & ego mitto vos.*

Insignis similitudo.

Qua igitur attentione, qua reuerentia, quo silentio litera illa, & nuntia accipienda sunt, & sane quicumque audire negligit, se inter Christianos numerari nolle ostendit. Neque enim ille suavi mariti nomen meretur, sed maiore durior & præfatiior dici potest, qui in regione longinqua constitutus, in eaque moras longiores trahens, uxoris, filiorumque domi relictorum nunquam meminit, deque iis minime sollicitus est, nullam deinde amicorum, patriæ, locique natalis memoriam habet, ac vix de iis certior reddi cupit. An non ille aliorum amorem suum conuertisse dicendus foret, aut animum erga patriam, amicos, & suos penitus exuisse, omnemque de reditu cogitationem deposuisse? Eheu, Auditores, ecce peregrinamur hic in terra aliena, in loco

exilij, & lachrymarum valle, in qua interdum ad triginta, quadraginta, sexaginta, & ad summum octoginta annis hæremus: cœlum vero nostra est patria, in qua sponsus noster Iesus Christus commoratur, in qua omnis nostra facultas & hereditas, ipsa inquam cœlestis beatitudo, sita est; in qua nostri sunt fratres, Angeli nimirum & sancti Dei. Quicumque igitur ad hanc patriam non anhelat, de ea non inquirat, ne de medijs, quibus ad eam reueri liceat, ne de iis que illic peragantur certior reddi desiderat; quicumque de ea non est sollicitus, neue voluptatem caput audiendis ijs, qua ibidem fiunt; euidenter ostendit se illicito quodam amore teneri, & certissimum id argumentum est, hunc erga mundum affici, ac difficulter admodum ab eo posse diuelli.

Hebræi cum captiui in Babylonem adducti essent, quotiescunque iucundissima patriæ memoria animum subibat, statim in lachrymas resoluebantur, ac triste suum exilium deplorabant, dicentes: *Super flumina Babylonis illuc sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Ad eundem modum pii & spirituales quotiescunque de patriæ cœlesti loqui intelligunt, continere nequeunt lachrymas sed penitus in æterum effunduntur.*

Addo adhæc certissimum esse damnationis argumentum & reprobationis indicium, quo nullum certius esse queat, sanctum Dei verbum negligere; *Beati enim qui audiunt verbum Dei; & cum contrariorum contraria sint consequentia, iuxta Philosophos, facile inde consequitur, Maledicti, qui non audiunt verbum Dei.*

Pisces an recentes sint ex auribus & branchiis colligi solet: si enim aures puteant, aut colorem mutant, signum est piscem putrescere; si vero recentes sint & viuide, sequitur certissime, piscem quoque recentem esse. Ad eundem quoque modum DEVM piscium suorum bonitatem aut corruptionem ex auribus explorat; quare cum viderimus aliquem, qui verbo DEI non capitur, conciones rarius frequentat, ac easdem potius fastidit, aures

eum

Luculen-
tas con-
ceptus.

eum fœtiditas habere certum est. Et hoc ipsum corruptionis indicium est, & evidens reprobationis, & damnationis argumentum. E contra vero cum viderimus aliquos è verbi diuini auditu voluptatem capere, signum certissimum est, aures eius bonas esse & bene affectas, è quibus auribus de eiusdem etiam prædestinatione manifeste iudicare possumus. Audite vero, quid in lege scriptum sit, *quis ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.*

Et quoniam de legibus mentio incidit, solemne est in iure ciuili, furem in flagranti delicto repertum, prima vice ad flagra condemnare; secunda eidem aures præscindere; si deinde iterum alicuius delicti reus in iudicium manus incidit, morte afficere. Eadem prorsus iudici nostro cœlesti agendi ratio est. Quando enim in primum peccatum incidimus, quamprimum nos vestibus gratiæ exiit, & conscientiæ rodentis flagellis reuera castigat, *nam multa flagella peccatoris;* Sed ad secundum & tertium delictum aures nobis præciduntur, adeo vt Verbum Dei audire nobis graue sit, ac nauseam quodammodo pariat; quin etiam omnem rerum diuinarum gustum, sensum & peccati dolorem amittamus, atque instar puerorum, omnium rerum negligentes, denique nullo solliciti viuamus; vt non immerito Sapiens dixisse visus sit: *Peccator, cum in profundum venerit, contemnit.* Huiusmodi igitur contemptor & peccator, cum aures præcisas habeat, quid aliud ei præter restem, præter crucem, mortem, & æternam damnationem expectandum est?

Leu. 24.

Veruit olim Deus in lege veteri, ne quis ei victimam decurtatis auribus offerret, maxime ex voto: *Bovem & bouem aure & cauda amputatis voluntate offerre potes, votum autem ex eis solui non potest.* Egregia profecto carimonia, & insignis figura, qua edocemur, Deum non delectari animabus, quæ aures truncatas habeant, id est, quæ verbo Dei audiendo non delectantur.

Exod. 11.

& Deuter.

15.

In eadem lege cautum erat, vt seruus pretio emptus, cum iam elapso seruitutis se-

ptennio, libertati restituendus, ob Domini sui amorem manu mitti detrectabat, ac seruituti libertatem postponebat; aure subula perforata, ad postem ostij domini sui affigeretur, & hac ratione se ei in perpetuum seruum traderet. Obscuræ sane sunt hæ ceremoniæ, sed sub mysterio sensu designare volebant, peccatorem, qui peccato sese velut mancipium subdendo, diabolum pro Domino agnoscit; si libertatem Evangelicam ei in verbi diuini prædicatione oblatam repudiat, vt per baptismum & pœnitentiam liberatus à lege peccati, iam nois sit amplius sub peccato, neque sub lege, sed sub gratia; sed è contra in captiuitate & seruitute perseverare proponit, tamque plagoso & crudeli Domino semper seruire instar mancipii desiderat, concupiscentias & prauos animi affectus sequendo, hunc ipsum inquam, perforatas aures habere, easque ad verbum Dei audiendum prorsus ineptas reddi, atque hunc diaboli seruum in perpetuum constitui, id est, æternæ damnationi destinatum viuere. Solæ igitur oues Christi diuinam eius vocem audiunt; vnde euidenter & liquido colligere datur, solas eas ad gloriam esse prædestinatas.

Si vero vos, ô peccatores, sciretis, quanta verbi huius vis sit & efficacia, omnia profecto desereretis, quo id audire possitis. Audio namque Dauidem exclamantem: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel & fauum ori meo!* Video Reginam Sabaëorum, audita celebri illa Salomonis sapientia, sensibus destitutam extra se rapi. Obstupesco Magdalenam, quæ prius vile mundi mancipium fuerat, cum eam ad pedes Saluatoris, magni illius Ecclesiæ, sedentem, omnium deliciarum voluptatumque priorum penitus oblitam, ac solo diuinorum eloquiorum nectare inebriatam contemplet. Proponite, quæso, vobis ob oculos milites illos & centuriones, à Synagoga ad Dominum comprehendendum missos: qui statim vt eum loquentem audiuerunt, attoniti & stupore defixi re infecta ad suos reuertentes, propalam in ciuitate deestati sunt, nullum vnquam mortalium sic

Reg. 20.

Ioan. 7.

rantaque energia locutum esse. Iterum itaque vobis inclamo, peccatores, Conciones frequentate, verbum Dei audite, templa huius audiendi causa adite: nihil quippe vobis aut vtilius aut magis ad salutem vestram necessarium dici vel excogitari potest. Hac enim via omnes penè peccatores, etiam obduratissimi, ad salutis semitam perueniunt.

4. Reg. 23.

Imprimis namque Iosias rex, lecto tantum legis volumine, in quo comminationes in legis violatores directas legerat, adeo per-motus est, & tactus intrinsecus, vt scisso paudamento regio, diuina sciscitatum oracula miserit, quam vitam ratione institueret, quod & præstitit: vitam namque suam & simul regni totius administrationem ex voluntatis & legis diuinæ præscripto direxit. S. quoque Antonius Eremita, cum referente Athanasio in templo audiuiisset legi: *Vade, vende omnia que habes, & sequere me;* ad Dominum à seculo conuersus est, mundiq; vanitatibus relictis ad tantam vitæ puritatem; sanctitatemque peruenit, vt paucos habeam sanctorum quos cum eo conferam. Referunt quoque magnum illud Ecclesiæ decus & columnen Augustinum, lectis verbis illis Apostoli: *Non in comessationibus neque luxuriis consistit regnum Dei,* à Manichæorum hæresi esse conuersum; Videtis igitur peccatores, quam vtilitas ex verbi diuini auditu sequi soleat: de quo bene olim vaticinatus est vates regius: *Eccæ dat si vocis sua vocem virtutis,* ad animos affirmatos à vitiorum calle conuerrendos, omnesque ad pœnitentiam alliciendos.

Cum Lex olim in Sinai monte à Deo ferretur, audiri ceperunt tonitrua, venti, fulmina, clangores tubarum, & fragores horrendi: quibus omnibus demonstrabat Deus, legem illam, & eloquia diuina ingentis virtutis & efficaciam admirabilis futura, mirabilesque effectus productura.

Docti etiã & sapientes adire conciones debent. Ante omnes vero velim vos, qui rerum scientia & omnigena doctrina excellitis, ad conciones confluere; semper enim quod discatis audietis: quia etiam plus illa ad permouendum valent, accedente adhuc voce & gestu dicentis, quam omnis librorum sublimium intra priuatos parietes lectio. Apo-

stolus quidem Paulus optime legis peritus erat, nihilominus à Domino ad Ananiam mittitur, qui diceret, quid eum facere oporteret. Sanctus quoq; Dionysius Areopagita, Peccatissimus Philoſophus, non prius ad plenam res ad veritatis cognitionem pertingere potuit, bi Deum quam Paulum concionantem audisset. Dauid, licet in Dei lege versatissimus, prius conuertit, vt concionantem Ioannem & Baptistam audiret. Plures quoque sapientes & rerum periti ex vltimis terræ partibus Ierosolymam conſuebant ad audiendam Salomonis sapientiam, qua etiam audita extra se rapiebantur.

Atque ex his demonstratum à me luculenter arbitror, quoniam affectu & cultu vos erga sanctum illud Dei verbum affici par sit; vestrum erit, ea quæ dicta sunt, facto præstare, vt sitis in concionibus frequentes, in prædicationibus verbi diuini assidui: imitemini Samaritanam, quæ verbis Domini auditis, relicta hydria, non onusta in ciuitatem se contulit, ac Messiam iam venisse euulgauit: & vos statim vt Verbum Dei audieritis, hydriam illam peccatorum relinquit, onus vestrum deponite, & per viam mandatorum Dei currentes, laudes diuinas in hoc mundo concinite: atque ita fiet, vt veras oues Christi dicere queamus.

Et tu ô summe omnium Christianorum, & totius mundi pastor, qui ipſus ille es, de quo in Euangelio dicitur: *Bonus pastor ponit animam suam pro ouibus suis.* Tu, inquam, qui vitam tuam superimpendisti, qui in medio crucis pro ouibus mortem acerbissimam subiisti. Vere inquam pastor admirabilis, cui similem mundus nunquam vidit; qui oues tuas è faucibus lupi infernalis eripuisti, & tanta eas sollicitudine, iam mille sexcentis annis, in Ecclesiæ tuæ ouili custodis ac protegis: qui denique eas quotidie pretioso corpore tuo, cibo scilicet celesti, omnem in se suauitatem habentem, nutris & foues; tu inquam, Domine, nos, quibus

quibus concessum est, esse populum tuum & oves pascuæ tuæ, velut oves agnosce, vt oves conferua; & gratiam nobis elargire, vt semper sanctam vocem tuam audire, eique velut oves motigeræ obsecundare possimus. Præsta etiam, ô bone pastor, vt quando vespere illa ingruerit, qua oves tuas ouili es inclusurus, & ab hædis sequestraturus, in iudicij scilicet extremi die, in ouium tuarum numero recenseri mereamur; & inter oves locum præstes, & ab hædis nos sequestres. Effice denique Domine, vt cum te hic in terra bonum Pastorem habuerimus, in cœlesti tandem habitaculo te vt glorificatorem & præmium habeamus. AMEN.

FERIA V. POST DOMIN. PASSIONIS.

Partitio.

- I. Maturandam esse pœnitentiam.
- II. Qualis hæc peccatrix fuerit & pœnitens.
- III. Qualis eius pœnitentia.
- IV. De lachrymis Magdalena.
- V. De capillis eiusdem.

Ecc. mulier quæ erat in ciuitate peccatrix.

Luc. 7.

FIGURA.

2. Paral. 9. CVM Regina Saba è longinquis regionibus ad Regem Salomonem, eius audita sapientiam venisset, & multa ei aromata & auri talenta plurima attulisset; ne forte ingratitude rex argueretur, & vt simul magnificentiam & splendorem illi restatum faceret, multo maiora ei munera, cum quibus reginæ dona minime comparanda erant, contulit. Respondet hæc historia quam perfectissime ei quam hodiernum nobis Euangelium repræsentat. Hæc namque omnium peccatorum maxima, ac regina quodammodo, ad verum & pacificum Salomonem, Christum Dominum accedens, ac pretiosa quædam illi offerens vnguenta humaniter admodum ab eo habetur: quin ipse Domi-

nus, ipsa inquam liberalitas, quo magnificentiam suam mûdo restatam faceret, multo ei ampliora confert quam acceperat, amorem inquam suum, gratiam, benedictionem, omniumque peccatorum remissionem, quæ infinitis partibus vnguentis tuis cariora sunt ô Magdalena. Peccatori igitur, ô peccatores, de peccatrice loquendum est; aures præbere, ego linguam: sed quoniam imbecillitatis tenuitatisque mihi conscius sum, opem cœlitus aduocare, ac gloriosæ Virginis preces interponere necesse est. Quocirca eam omni humilitate cum Gabriele Archangelo saluremus, recitantes:

AVE MARIA.

Dum filij Israël captiuitate Ægyptia egrederentur, ac iugo seruitutis Pharaonica se eximerent; tanta id celeritate peractum est, vt vrgentibus exire Ægyptiis, tempus non suppeteret panem iam semipistum coquendi, nam teste S. Scriptura: *Tulus populus con-* I. Exod. 12.
spersam farinam antequam fermentaretur, & trigans in pallis posuit super humeros suos. Sæ- Figuræ
 nam sub his inuolucris mysterium lateret: ostendi- tur non
 at nihil hic aliud designatum puto quam a- esse diffe-
 nimam, quæ iam diutius sub tyrannico pec- rendam
 cati iugo captiua derenta est, statim ac mon- pœniten-
 stri huius deformitatem agnoscit, secumque tiam.
 firmiter statuit, eodem se iugo eximere, & tiam.
 Ægypto egredi, adeo celèrem & festinan-
 tem in exeundo esse debere, vt rebus ad vi-
 tam necessariis neglectis nihil aliud spectet,
 quam vt celerrime rubrum Sacramentorum
 mare ingredi, & in desertum pœnitentiæ,
 velut in locum securitatis fugere queat.
 Adiungo adhæc, repentinam hanc ex Ægy-
 pto egressionem demonstrare, animæ quæ
 in peccato est, omni ratione connitendum
 esse, vt è peccato se quanto cyus proripiat,
 & quamprimum ad pœnitentiam non secus
 atque asylum confugiat. Ad imitationem
 sc. quatuor illorum animalium, de quibus Ezech. xi
 Ezechiel Propheta, quæ ibant & reuerte-
 bantur, ad modum fulguris coruscantis:
 non aliter namque peccatrices animæ, quæ
 per hæc animalia designantur, ire è pecca-
 NUN 3. 10, &

to, & reuerti, ad gratiam nimirum, adq; pœnitentiam, instat fulguris properare debent, statim sc. absque mora, & sine tergiversatione vlla.

Cum Deus filios Israël agnum Paschalem festinanter comedere iuberet, & quidem integrum, nihil vt ex eo in crastinum remaneret; aliud nihil hoc mandato voluit inuenire, quam omni diligentia salutem nobis procurandam esse, peccatum quantocyus relinquendum, nec conuersionem in crastinum differendam. Nam quemadmodum echinus spinis & aculeis oblitus, quo diutius parere differt, quo & maiores in enitendo dolores & angustias sustinet; crescentibus namque aculeis & partus dolores crescere verisimile est. Non aliter cum peccatore agi putandum est: quo enim diutius sanctam conuersionem & pœnitentiam echinos peccatorum differt parere, quo & maiores in iis pariendis dolores sentit: crescentibus namque spinis & aculeis, crescunt & difficultates, dolores, & remorsus conscientia. *1. Reg. 10.* Magnum illud pœnitentium exemplar Dauid, cognito Siceleg ciuitatem ab Amaleicis esse euerfam, & omnes habitatores eius in captiuitatem abductos, à maximo vsque ad minimum, lachrymatus est, & firmiter mox secum statuit illos stricto gladio insequi, & omnem quam abduxerant prædam armata dextra quamprimum repetere: in quo tã prospero vsus est successu, vt omnes hostes profigarit, captiuos redemerit, & vrbis incendium restinexerit; Non vides hic designari, peccator, quamprimum vt peccata in conscientia tua opido ignem concupiscentia excitant, gratias deprædata sint, merita & virtutes captiuas abduxerint; si post clamores & eiulatus in confessione effusos, postque lachrymas contritionis, inimicos tuos, peccata inquam, tua, confestim persequaris, eos te haud dubie omnes profigarum & interneione delerum, & vniuersam quam prius amiseras prædam recuperaturum.

In peccato relinquendo opus est Si quando igitur agenda pœnitentia animo tibi dederit Deus, eodem ipso momento opus incipiendum est, nec in crastinum differendum. Primo, quoniam anima

tunc in extremo discrimine constituta est. festinatio. Videmus namque verbum illud æternum in extrema vita necessitate positum, in arbore crucis opem Patris in clamare; Pater tamen, vt humano generi in vltima quoque necessitate constituto, opem ferat, filium deseruit. O factum admirabile! ecce & aliud. Vir intrauerat filius prodigus domum paternam, quin statim pater omnibus relictis in eius amplexus ruat, & exclamet: *Cito afferte Luc. 15. primam stolam.* Ideo namque ait, cito, vt necessitatem indicaret, in qua filius ille versabatur. Secundo vero ideo maturanda conuersio est, & quantocyus è peccato exeundum, propter ingens odium, quo diuina maiestas peccatum prosequitur; quod adeo extremum est, vt ipsa mortis supplicium subire vltro volueris, quo peccatum posset intermori.

An non ingens vobis odium Sampsonis in Philistæos fuisse videtur, Auditores, quando vt vindictam de iisdem fumeret, se ipsum simul ruina oppressit? *Moriatur, inquit Luc. 17. riens, anima mea cum Philistinis.* At longe maius odium fuit filij Dei in ipsum peccatum, adeo vt se cruci affigi sit passus, quo id ipsum penitus extingueret, omninoque deleret: quod Apostolus Paulus demiratus ait: *Rom. 6. se crucifigi passus est, vt vetus homo noster simul cum eo crucifigeretur.* Quomodo igitur conuersio maturanda est, quomodo festinato opus, vt è peccato quis exeat, vt animæ laboranti succurratur, vt eadem cum Deo reconcilietur? Et sane vt Deus Ezechia in extremis agenti succurreret, solem & vmbra in horologio passus est retrocedere, omnium rerum creatarum quodammodo negligens, quas hæctenus tanta cura tantaque sollicitudine direxerat: adeo vt non tantum totius vniuersi interitum, quanti pii illius Principis vitam fecisse videatur; & simul maluisse, vt mundi machina fœderibus turbatis & dissolutis pessum iret, quam egregius ille rex è vita discederet: Luculentum profecto exemplum: è quo discere licet animæ salutem omnibus esse rebus præponendum, & omnia potius negligenda, quam vt illa negligatur: cuius rei figuram hæc accersam.

Insignis
figura.
4. Reg. 4.

Sunamitis illa mulier cum filium mortuum cerneret, omnia deserit, familiam relinquit, vt Prophetam Elifæum reperiat, ab eoque vitam filio impetret: cui cum coniux diceret. Non est quod adeo præcipites, neque enim hodie tempus est, *non sunt hodie Kalenda, neque Sabbatum.* respondit illa, rem malarare cupiens: *Vadam, strauitq; Asinam, & præcepit puero, Propora, nec moram mihi facias in eundo: & hoc age quod præcepi tibi.* O festinantiam & diligentiam singularem! Neue est quod miremini, Auditores, de filii enim salute & vita recuperanda agebatur. Eheu peccator, cum anima peccato mortua est propera ad sacerdotem, velut ad alterum Elifæum festina: & si mundus tibi impedimento esse fatagat, dicens. Non hodie confitendi dies aut hora, differas donec Festum aliquod aduenerit, instat iam dies Paschatis, ac tum cum cæteris rite poteris confessionem peragere; dicito deliberate ac constanter, *vadam*: deque conscientia tua constituens, impera seruis tuis, corpori feliciter, & prauis affectibus, vt maturent, nullumque tibi in via procedere gestienam impedimentum afferant.

Sed relictis veteribus hifce figuris, verum hodie pœnitentiæ exemplar nobis proponitur; ac simul demonstratur, quomodo eadem maturanda sit, ac non de die in diem procrastinanda. Videte hic namque peccatricem Magdalenam, quam primum vt peccatorum fœditatem agnouit, domo se propicientem, ac velut lymphatam ac bacchantium instas per compita & vicos ciuitatis Ierosolymitanæ discurrentem, ad domum Simonis leprosi sese conferentem, animæ suæ medicum indagantem, inuentique, sese ad pedes propicientem. Historiam Lucas describit: *Rogabat Iesum quidam Pharisæus, vt manducaret cum illo, & ingressus domum Pharisæi, discubuit. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, &c.* De hac igitur peccatrice loquendum est, peccatores, sed de peccatrice pœnitentiæ peccata eluente, aliud hodie non audieris quam suspiria, singultus, lacrymas, contritionem & pœnitentiâs.

II. Nomen Mulier hæc 6 mulieres, quam Scriptura

peccatrice nomine nuncupat, soror fuit peccatrix
Marthæ & Lazari, quem Dominus à mortuis excitat, Ioan. 11. Habibat, vt plurimum Ierosolymis, diuitijs affluens, & venustate præcellens: & quoniam duo hæc maxima ad malum irritamenta sunt peccatrix quoque erat; quo eam nomine Euangelista quoque compellat, quod tantundem in Sacris litteris sonat ac meretrix. Cum Bethsabee Dauidis iam in extremis constituti cubiculum esset ingressa, & procidens in genua supplex orasset, vt filius Salomon in regnum paternum succederet, his eum verbis allocuta est: *Ecce Domine mi rex, tu iurasti per Dominum Deum tuum ancilla tuæ, quod Salomon filius tuus, post te regnaret, & ecce Adonias regnat te ignorante Domine mi rex, in te oculi respiciunt totius Israel, vt iudices eis quis sedere debeat in folio tuo. Domine mi rex post te eritque cum dormierit Dominus tuus peccatores; ego quidem velut adultera, ille vero vt spurius apud omnes habebitur.*

Erat igitur, ait Euangelium, *mulier in ciuitate peccatrix.* Simile.
Imitatur hic Euangelista pictorem; hic enim cum egregiam aliquam imaginem pingere statuit, prius eam carbone rudi quadam Minerua delineat, quam ipsa colorum vmbrarumque lumina adiungat. Ipse quoque Lucas, qui alioquin & arte pictor erat, egregiam illam Magdalensæ pœnitentis tabulam depicturus, vtriorum fuligine primo eam delineat ac denigrat, & vt peccatricem prius eam spectandam proponit quam nitentes illos ac rutilantes virtutum, vehementis, inquam, amoris contritionis, & lacrymarum colores superadiungat. *Erat mulier in ciuitate peccatrix.* Infelix illa mulier, nulla familiæ suæ nobilitatisque ratione habita, omnem pudorem exuta, sui, honorisque diuini oblita, corpus suum vulgauerat, omniumque libidini prostituerat; agebat vitam voluptatibus infamem, multosque Ierosolymæ tum viros, tum adolescentes amoribus suis illaqueatos in exitium secum trahebat, omni que adeo Iudææ scandalo erat.

Quid cogitas Magdalena, itane tui oblita es? non

Simile.

es? non reputas ipsa tecum antiqua familiae decora, & nobilitatem domus non attendis? an non vides flagitiorum horum probra turpiora esse magisque infamia in famina tanti nominis, tamque illustri, qualem te omnes norunt, quam in plebeia? Maculae siquidem & labe euidentiùs apparent in veste serica perrecaui, quam in lacerna aliqua canabina: maculae quoque vitiorum magis eminent & exstant in femina honesto & nobili loconata, quam in plebeia aut triuiali. Et quemadmodum deliquia Lunae vt plurimum maiora sunt, & magis pertimescenda, quam exiguae alicuius stellulae vix apparentis: ita deliquia honoris & fama in vita illustris cuiusdam feminae magis apparent, plusque scandali afferunt quam in simplici & tenui muliercula. Ac vt uti rupis quoddam frustum è monte aliquo in imum decidens, multos secum lapillos cadendo trahit: eodem modo cum domina quaedam illustri orta familia clarisque natalibus, in abyssos vitiorum libidinisque praecipit agitur; multas alias, quae eius superingruenti violentiae resistere nequeunt, eadem ruina inuolat necesse est.

Conceptus
è Philo-
sophia de-
promptus.

Tradunt Philosophi, primum mobile, quod quotidie ab Oriente in Occidentem redit, omnes secum sphaeras violento impetu trahere, & quodammodo rapere. Equidem ad eundem modum dicere audeam, aliquo magni nominis in peccatum prorupte, & recta ad ipsum violento quodam impetu tendente, multos alios ad delictum pertrahi. An non cogitas haec Magdalena? an non consideras quonam loco agat? nempe in ciuitate sancta Ierusalem, in qua tanta viget religio, in qua leges earumque obseruatio tam exacte traduntur, in qua tot supplicia in pellices & meretrices constituta sunt? quid? itane omnia haec in auras abiere, vt tui, honorisque tui oblita, tam tetrum facinus committere audeas? facinus inquam quod perpetuam infamiae notam familiae inuret, honorem tuum denigrabit, animae denique tuae perniciem extremam adferet. Sororem habes adeo piam & sedulam, fratrem virum generosissimum, & omnes adeo amicos nobilitate praestantes: an non haec

omnia te permoueant, ne tantam ignominiae maculam familiae aspergas?

Tria illi potissimum exitii causam extitisse compertum est, diuitias nimirum pulchritudinem, & vestium luxum, quae tria ad omnem libidinem viam sternunt. Hinc interrogatus olim Spartanus quidam, quonam supplicio Sparta adulteri punirentur, respondit: Quomodo Sparta contingeret adulterium, vbi nullus luxus, nulla diuitia, nulla denique voluptas? Caesar quoque Augustus, luxum vestium vexillum superbiae & nidum luxuriae appellare consueuerat.

Et sane, o mulieres, o Magdalena peccatrices, omnia illa crinium turrita fastigia, oes illi exotici odores & aromata, omnis illa elegantia & ascititius color & ornatus; aliud reuera dici nequeunt quam vexilla mundi, vanitatis insignia, lubricitatis fomites. Enimvero si Magdalena interrogauero, quanam ad peccandum via progressa sit, equidem affirmare auisim, eam non alia quam haec, responsum.

Infelix igitur haec peccatrix, cum diuitius in misero illo peccati statu permanisset, coelitus inspirata, atque ad scelerum suorum agnitionem perueniens, firmiter secum statuit, tanta eadem poenitentia eluere ac redimere, quanto prius eadem scandalo commiserat. Inizio igitur à contritione & dolore sumpto, videas eum subito penitus commutari, foras prodire, ac velut in aciem descendere, per plateas anhelantem & suspirantem discurrere, medicum Iesum quaerere, vt omnium veniam peccatorum ab eodem impetret, & medelam languoris infirmitatisque consequatur. Huc accedite peccatores, & videte miseram hanc peccatricem foras velut lymphatam prodeuntem. Vagatur per urbem furenti similis, vestibulque dilaceratis aera complet singultibus. peccatus tundit palmis; ora suspiriis, lingua ciuitatibus, totum denique corpus poenitentiae deseruit. Cernite obsecro illam lamentantem, eiulantem, discinctam, & passis deformem capillis, Pharisei domum ingredientem; vbi cum Dominum Iesum mensae accumbentem vidisset, omnis honestatis & pudoris oblita, pedibus eiusdem aduoluit,

Tria Mag-
dalenam
in pecca-
tum tra-
xerunt.III.
Concep-
tio Mag-
dalenae.

tus,

ur, stringit, fouet, amplexatur, eisdem lachrymis irrigat, capillis capitis sui tergit, vnguentis & aromatibus perfundit, ac mille & iterum mille, iisdem oscula imprimit. *o* vera pœnitentiæ indicia, & euidentia ingētis doloris argumenta!

Huc adeste mulieres, huc accedite Parisienses, & attēdite & videte. si est dolor, sicut dolor Magdalena: perpendite vobiscum vtrum similem contritionem, similem pœnitentiam vniquam videritis, vel fando audieritis. Cogitate, quanto modo odio, quo iam horrore peccata, quæ ita prius complexa fuerat, prosequatur: an non auditis quomodo omnia eiusdem iam nris iam resonent & planctu trichinium circumquaque reboet: an non auditis quomodo pedes Domini osculando ingemiscat, ac dicat: Quid fieri ne posse putem huiusmodi me criminum animam ream constituisse. Tene ego offenderim, te inquam Deus meus, tene ego ad iracundiam prouocatum? Quid faciam misera? Cum enim oculos ad te conuerto, contremisco quod in te toties tamque grauiter peccando deliquerim, si in me ipsam eisdem conuicio, dolore exercitior & emorior, cum infelicem animam meam statum contemplor. O me igitur prodigam, *o* omnium me creaturarum miseriam & infelicissimam! *Peccavi in calum & coram te. & iam non sum digna vocari filia tua.* Quo igitur me conuertam: quod iter ingrediar? quo fugie infelix peccatrix? vtrum ad te mi Saluator? at non est verisimile: tu namque ipsa es puritas & munditia, & ego merum peccatum: tu animas exitio eripis, & ego eandem in exitum pertraxi. An igitur ad Patrem illum cœlestem: at nulla ad eum me conferendi est ratio: maior est enim iniquitas mea, quam vt coram eo audeam comparere. Ad cœlumne igitur: sed oclusus mihi est aditus. Quamobrem *o* aterna iustitia, scelerum vindex, ignosce obsecro infortunatæ huic peccatrici, tot criminibus obnoxia, tot libidinibus & lubricis actibus infami. Quo igitur fugiam à facie tuâ si enim ascendero in cœlum tu illic es, si descendero rursus in infernum, ades.

Tom. 1. Bessai Quadrage.

Recipere, *o* Magdalena, ad sacros IESU CHRISTI pedes: illi namque sunt locus refrigerii & peccantium omnium asylum. His aduolere & eisdem stringendo dicito: *Esto mihi in Deum protectorem & in domum refugii, vt saluum me facias.* non est quippe locus in vniuerso orbe hoc loco tutior. Non fert cœlum refractarios Angelos: paradisi peccatores non recipit, sed eisdem cogit exulare. Terra Chore, Dathan, & Abiron cum tabernaculis suis viuentes dehiscens ad inferos derubar: aqua torum mundum peccatis inuolutum demergit, & diluuium simul inuoluit. Ignis denique quinque florentissimas ciuitates nefandi peccati reas imbre sulphureo deleuit. Ipsæ quæ etiam creaturæ in peccatores armantur, nullaque iis in mando securitas est, nisi in pedibus Iesu Christi. In illis namque *o* Magdalena, mulier illa adulterii crimine à Phariseis insimulata, eandem quam tu modo ambis, opem reperit. In illis Samaritana, eiusdem cuius tu criminis rea, gratiam & indulgentiam omnium delictorum obtinuit. In illis denique grauioris illius supplicii quod peccatoribus Deus comminatus erat, dispensatio sita est: cuius rei ecce tibi figuram.

Moses cum acceptis à Deo legis tabulis monte descenderet, & populum aureo vitulo immolantem & sacros honores deferentem videret, indignans & fremens tabulas in montes imo ad solum allisas confregit; quasi dicere voluisset: Abeant iam & valeant leges ad peccatores tam severo supplicio castigandos; de indulgentia omnis iam sit sermo, confringantur tabulæ, nec legum a deo rigidarum vlla amplius fiat mentio. Quid porro agis Moses? quid cogitas? quid dicturum putas Dominum, cum viderit tam indignis te modis legem eius exaratam digitis tractare? Erat hoc mysterium, *o* anima, vñibus tuis deseruiens; designabat hoc, ad pedes Iesu Christi (quem Isaias montis olim nomine compellauit, *Mons in vertice montium*) statim atque ille de cœlo descendisset, iustitiæ seueritatisque legem, in gratiam peccantium, ad nihilum redigendam & penitus abolendam. Inrer

000 cete-

Tria Magdalenam in peccato...

Oratio Magdal. pœnitentiæ ad Dominum.

Luc. 15.

Num. 6.

Gen. 6. Gen. 19.

Ioan. 8.

Ioan. 4.

Exod. 12. Figura.

ceretas porro lex erat qua lapidari iubebantur adulteri: verum vidimus superioribus diebus in gratiam mulieris, quæ adulterii accusata erat, eamdem legem aboleri, ac quodammodo ex tabulis eradi. Lex quoque diuinæ iustitiæ est, vt peccatores infernalibus supplicijs mancipentur, verum eadem illa ad Christi Iesu, & Confessorum confessiones excipientium pedes abrogatur & quodammodo violatur. His igitur pedibus aduoluerit Maria & iuuamen reperies.

Esb. 5.

Accessit ad pedes Iesu. O sacri & diuini pedes, quam mihi egregios conceptus procuditis! Formosa illa Esther, cum tremebunda & pauida in conspectu Assueri Regis steteret, pedibus illius supplex aduoluta est, extremitatemque virgæ aureæ, quam rex porrigebat, exosculata est; quo facto tantam in eius oculis gratiam reperit, vt eam plus ceteris mulieribus virginibusque dilexerit, sibi que in vxorē adoptarit. *Cumq; vidisset Esther reginam stantem placuit oculis eius, & extendit contra eam virgam auream quam tenebat manu, quæ accedens osculata est summitatem virgæ eius.* Hic porro videas formosam illam pellicem Magdalenam, quæ hodie tremebunda ac supplex magni illius Assueri, Christi Iesu conspectu sese offert, eius sese pedibus aduoluentem, magnaque animi demissione eodem exosculantem, qui erant velut extremitas huius virgæ aureæ, quæ ascendit de radice Iesse; humanitatem vnigeniti Filij Dei representantis. Porro hoc adeo regi gratum existit, vt perfecte illam adamauit, omnia illi peccata remiserit, gratiaque sua oblata, sibi eam in sponfam adoptarit.

4. Reg. 4.

Sunamitis illa mulier, cum sese olim ad pedes Elisai Prophetae profecisset supplex & orans; sua nimia animi demissione vitam filio impetravit. Quod in memoriam reuocans, Magdalena, fiduciam concepit, se, si modo Christi pedibus aduolui dabitur, animæ peccato mortuæ resurrectionem impetraturam.

Pll. 2. c. 27

Refert Plinius ceruum venantiam faucium ferro, iaculumque tergo infixum gestantem, naturali quodam instinctu herbam dictaminum per agros & silvas cursitando inuestigare, & eadem gustata, vel plagæ applicata,

vulneris auxilium inteneri. Videte porro hic miseram ceruam mille peccatorum iaculis confixam, & mille mortaliibus vndique plagis fauciatam, ad pedes Iesu Christi, veluti ad dictaminum quantocyus properantem; quo vix attingit, qui omnes statim fagittæ excidant, & vulnera animæ eius perianentur. Quid autem factura huc venisti Magdalena. Resoluitur tota in fletum, & lachrymarum æquor effundit.

Lachrymis capit rigare pedes eius. O sanctæ IV. & salutare lachrymæ, vos estis mare illud Conceptus in quo Ægyptii, id est, peccata submerguntur: vos estis aqua illa in quibus capita draconum, luxuriæ illæ, adulterii, superbiæ, omnium vitiorum principia suffocantur & submerguntur. Docuit id me Psalmographus: *Conquassasti capita draconum in aquis.* Vos estis Iordaniæ illi, in quibus Namanis lepra, id est peccata, quæ velut lepra spiritualis sunt, emundantur. Lachrymare igitur Magdalena, submerge dracones illos, emunda lepram, submerge Ægyptios; dicit, & inclama hodie: *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte.* Sit caput tuum hic instar Oceani, & oculi velut torrentes, & plora de die, plora de nocte, quæ commisit, peccata. Lachrymare iugiter, ac cogites velim, Apostolum Petrum, propter lachrymas quas effudit, de peccatore, summum deinde Ecclesiæ caput esse constitutum. recordare, Ezechiam propter lachrymas, & intrinsecam cordis amaritudinem, quindecim annos vitæ addidisse. Memento Danidem lachrymis veniam peccatorum obtinuisse: atque idem omnino tibi euenturū persuade.

Lachrymis capit rigare pedes eius. Quemadmodum namque ad solis radios glacies liquefcit & nix montibus defluit, vnde flumina intumescunt, ac torrentes exundantissimos emittunt: ita videre hic cor peccatricis huius, quod non nisi mera glacies, nisi peccatum, mera iniquitas, mera perversitas & improbitas erat, ad conspectum Christi Iesu, qui verus Sol iustitiæ est, liquefcere, & illas libidines, impudicos illos intuitus, venereos & lubricos illos aspectus in

lachry-

lachrymas resolutos, quæ ex oculis, veluti duobus montibus deluunt, flumina suspiriorum attollere, & pœnitentiæ torrencem producere. Docuit hoc me S. Augustinus, at hoc quod sequitur ex Bibliis depromptum est. Erat in vestibulo templi Salomonis, mare quoddam æneum fusile, in quo victima, & quidquid Deo immolandum erat, prius abluebatur. Ipsa mihi credite, lachrymæ, maria sunt, in quibus cum cor nostrum ablutum & mundatum fuerit, ipsum victima Deo gratissima, & mille hecatomis & holocaustis acceptior, redditur.

Reg. 1.

Reg. 18.

Gen. 4.

Mille vos ô lachrymæ mirabilia productis, & mihi novos & inauditos conceptus. Vix asperferat aqua sacrificij ligna Elias, quin statim prodigiose ignis cœlus descenderet, & omnia in cineres redigeret: quo aliud nihil designatur, quam orationum nostrarum sacrificio aliquot lacrymarum guttus resperfo, omnia statim igne charitatis, & diuini amoris flamma exardescere. Testis huius rei nobis futura est Magdalena: quæ statim vt ligna conuersionis suæ aquis lacrymarum aspersit, omne cordis eius sacrificium amore cœlesti cepit inflammari & incendi. Cataractæ quoque cœli vix referatæ erant, quin statim pluuia vehementior diluuiumq; vniuersale secuta sint, quo omnes omnino mortales, super terræ faciem habitantes, extincti sunt, & quod Arcam Noë in sublimibus Armeniæ montibus collocauit. Quid hic diceris vos Allegorizæ sensus indagatores? an non hæc omnia de Magdalena pœnitente poterunt intelligi: videre namque hic nouum diluuium ex lacrymis Mariæ concretum, in quo omnis carnalitas, mundi amor, sæculi vanitas & omnes prauis affectus statim submerguntur; & quo anima eius, instar arcæ illius, super cœlestes illos vertices subleuatur. Vere igitur dicere possumus, hic ruptos esse fontes abyssi magnæ, abyssi scilicet iniquitatis, & cataractas cœli apertas, misericordiæ inquam, diuinæ. Verum non satis tibi fuit Maria, oculis lacrymas effundere, nisi & capilli officio suo aliquatenus in pœnitentia tua fungerentur.

Et capillis suis tergebatur. Orem nouam &

inauditam! ô paradoxa prius non visa aut lecta! Cui vniquam Regi balneum è lacrymis paratum legimus, aut quem vniquam post lauacrum, crinibus mulierum fordes suas deteruisse? Hoc tibi debebatur Domine Rex Iesu Christe, hoc tibi reseruauit Maria, de qua Salomon prophetans varicinatus est: *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, in uno oculo tuorum, & in uno crine colli tui.* Hodie namque Magdalena lacrymis oculorum suorum & crinibus capitis, corde tenus te vulnerauit, itaque te lauciauit intrinsecus, vt in sui amorem pertraxerit.

Cant. 4.

Iud. 15.

Tradit Florus, mulieres Carthaginenses capillos abscidisse, vt mariti iis tortis in bello loco neruorum & funium vtrentur, quo de hostibus victoriam consequerentur. Vide te vero hic bellatricem quandam Iudæam, Christo, quem in sponsum sibi adopravit, capillos capitis offerentem, vt illos vtelut funes quosdam adhiberet, quibus hostes, peccata nimirum, funderet, deleteret, ac profligaret. Et quemadmodum Sampson fortissimus ille dux, tandè confessus est, omnem suam fortitudinem in crinibus sitam esse; quibus demptis & omne robur perditum iri: sic ô Maria, si modo veritatem fateri velis, certissimum est, omnem precum tuarum efficaciam & energiam hodie in capillis esse collocatam.

Ores inauditas! Cû Absalon crinibus subperbiret, & inde inanem quandam gloriolam captaret, iidem ei loco laquei fuerant, quo ex quercu suspensus interit: at Magdalena eisdem hodie per terram spargens, & iisdem pedes Christi Domini tergens, sibi vitam & salutem per eos peperit. Quamobrem sume iam animos Magdalena: effudisti iam lacrymarum mare, iam tercia de crinibus tuis contextuisti ante saluatore Dominum, non potes errare quin eum cassibus tuis implices. Ingès profecto miraculum fuit, Apostolos ex piscatoribus marinis, hominum piscatores noua quadam ratione esse constitutos: at non minus hodie prodigium videmus, cum à Magdalena quæ animos virorum adolescentiumque illaqueare, piscari, & irretire consueuerat, Christum illaqueatum & conclusum cernimus. Explicate igitur tercia vestra peccatores, explicate, vt magnum illum

illum Christum Dominum comprehendere valeatis, qui vobis, non secus ac piscis ille Tobiae vilum restituet, oculosque animarum vestrarum persanabit.

V. *Capillus suus tergebat.* Tot peccata commissistis, o crines, tot animas in exitum traxistis, oportet; inquit illa, vt. vos ego refecem, euellam, & commaculem. Cum Rex aliquis aut Princeps mortuus est, solent milites insignia & arma per terram trahere, atque hoc schemate luctum & cordis dolorem ostendere. Ita quoque hodie fieri videmus: mundo enim, carne, & diabolo, qui veluti totius naturae Domini sunt & Principes, in Magdalena anima extinctis; ecce eorum arma & insignia per terram, crines scilicet, vestes & capillorum pompae trahuntur. Hodie quoque generosa illa bellatrix deuicta, tradit arma, quibus Christum tanto tempore oppugnauerat, manus illas delicatas, oculos illos lasciuos, aromata illa exotica, & oscula illa adeo ab omnibus expetita, secuta nimirum Apostoli consilium: *Sicut exhibuistis membra v.stra seruire iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete ea seruire iustitiae in sanctificationem.*

Simile.

Rom. 6.

Simile.

Cum incendium domum aliquam inuasit, omnia per fenestras suppellestilia eiciuntur; hodie quoque igne diuini amoris animam peccatricis exurente, omnia foras eiciuntur, eicit quippe oculis lacrymas, corde suspiria, capite capillos, narthecis vnguenta, omnia denique prostiruntur. O si quis te modo in deserta Massiliae solitudine commorantem videret Magdalena, per rupes & inuia reptantem, in antris & speluncis habitantem, & solis ardoribus decoloratam, an non dicere posset, Tunc es formosa illa nymphe, quae instar Basilisci animas ciuium Ierusalem oculorum tuorum virulentia, & lasciuo aspectu fascinare & attrahere solebas? tunc Babylonica illa meretrix auro & purpura vestita, omnis fornicationis mater & colluuius? tunc, inquam, quae modo ita mutata es & colore & facie, adeo macilenta, & exosita? *Hae scilicet mutatio dextera Excelsi.* Vidistis, o mulieres, peccata Magdalena, vidistis etiam poenitentiam: vidistis peccantem, & poenitentem vidistis. quam igitur peccantem estis secuta, eandem sequimini & poenitentem: sequimini illam ad pedes vsque Christi Domini, peccata cum illa lacrymis eluite, superbientes & lasciuientes animas exuite, modestiam induite, humilitatem consectemini, poenitentiam agite, & tandem aliquando audire cum illa merebitis: *Remittuntur tibi peccata tua.* Quamobrem depradico te, o speculum poenitentiae Magdalena, o felix peccatrix, virtutum omnium Regina & scaturigo; vti olim & vitiorum libidinumque; video nempe te, quae olim scandaliflamma eras & fax, corruptionis exemplum, dissolutionis vexillum, vanitatis speculum, trophaeum lubricitatis, denique peccantium princeps & caput; te, inquam, video, subito in solem aedificationis, lumen exemplaris vitae, virtutum omnium imaginem, pietatis exemplar, humilitatis decus, Reginam denique poenitentium esse commutata. Tu quae ita olim in mundo lasciuieras, tot peccata commiseras, tot animas in ciuitate luxu perdidideras, tot deinde lacrymas poenitens extra mundum effudisti, tot extra mundum virtutes produxisti, tot animas extra mundum tecum ad poenitentiam, & ad salutis semitam traduxisti. Hinc totus te orbis obstupescit, caelum & terra te celebrant; tartarus audita tua poenitentia contremiscit. Quare age, sancta & felix ac iam beata peccatrix, nostri, obsecro, recordare, nostri, inquam, qui tot, tamque grauib. diuinam maiestatem criminibus ad iram concitauimus; pro nobis apud Deum intercede, ora & obsecra, vt quoniam ad tui imitationem peccauimus, ad tui quoque imitationem poenitentiam agentes, Christum Dominum videre, sicut ipsa modo vides, in caelesti habitaculo mereamur.

A M E N .

FERIA

FERIA VI. POST DOMIN. PASSIONIS.

Partitio.

- I. De prauorum fugienda societate.
- II. De concilio ipso.
- III. De re bona male consultata.
- IV. De consilio bono imprudenter dato, ac necessario.

Collegerunt Pontifices & Pharisei concilium aduersus Iesum. Ioan. II.

FIGURA.

Gen. 32. CVM Iacob Patriarchæ filii immortale capularim aduersus Iosephum fratrem odium concepissent, tandem deliberata sententia eum interficere decreuerunt, inq; vitam eius coacto concilio conspirauere. Euidens hoc fuit figura historiarum, quam Euangelium hodiernum representat. Videmus enim hic posteros Iacob Scribas sc. & Phariseos, diuturno aduersus Iesum (qui frater eorum secundum carnem erat) odio concepto in vitam eius conspirantes, & nefarium concilium cogentes, vt eum comprehendant, & cruci affixum mori cogant. O nefandum concilium! O tarracæ congregationem! Erit hoc hodiernæ concionis materia: Tu meus director & conductor esto, Spiritus paraclere, & tu patrona mea, Virgo gloriosissima, cui in hanc rem salutationem Angelicam offeramus:

AUE MARIA.

Plus in Peli. Themistocles Atheniensium dux cum prædium venale proponeret, publica præconis voce denuntiari iussit, in bona vicinia id ipsum situm esse; ratus, magnum hoc ad agri commendationem momentum afferre. Factum hoc Ethnicæ vitæ nos admonet, quam sint societates bonorum exoptanda, & quam sint e contra improborum detestanda. Insinuauit hoc Psalmista, cum hinc catæminum suorum exordium sumpserit: *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum:* & Apostolus, qui Corinthios id ipsum monebat,

dicens: *Non commisceamini fornicariis, & cum eiusmodi nec cibum sumite, an nescitis quod modicum fermentum totam massam corrumpit.*

Prudens illa ac proba Sara, Abrahamæ vxor, cum videret Isaac filium suum Ismaelis confortio deprauari, & ab eo ad idololatriam pertrahi, domo illum exegit, dicens coniugi: *Eijce amellam & filium eius.* Vnde diserte possumus, impiorum improborumque confortia, esse velis remisque fugienda, & procul à domo eliminanda.

Si enim cum pestis in ciuitatibus vicinis grassatur, vrbes à contagio adhuc immunes, omni ratione aduigilant, ne quis è ciuitatibus peste infectis ad se diuertat, ne nimirum contagio serpat latius, & lues similiter eas cum cæteris depascat. Quid animam in gratia Dei constitutam facere par est, aut quas eam excubias agere, ne peccatores tot sceleribus inquinati, ac tetrum spirantes halitum, ad se accedant; suaque nefaria consuetudine se quoque corrumpant?

Apes cum pluuia & imbres ingruunt, & hyems defauit, in fauis suis delitescunt; timent enim ne, si foras egrediantur, ventus vehementior transuersas abripiat, aut ipsæ imbre suffocentur, aut aliquod, propter temporis iniuriam, in eommodum patiantur. Discant hinc, qui amore Dei tanguntur, & salutem animæ inuigilant, dum grauior scelerum tempestas ingruit, ac vitiorum pestilens aura omnia circumquaque afflat, in fauis humilitatis ac timoris Dei delitescere, improborumque societates fugere; ne aut ventus superbiæ eos aliunde abripiat, aut auaritiæ frigus adurat, aut libidinum imbres suffocent. Expertus id erat Dauid exelamās: *Elon-gant fugiens & mansi in solitudine.* *Psal. 54.*

In veteri lege præceperat Deus, vt lepra infecti procul à cæterorum hominum confortio agerent, cuius rei exemplum in Euangelio legimus; decem enim leprosis Domino occurrentibus, nullus eorum ausus fuit accedere, sed à longe steterunt. Quid spectasse Deum putatis, cum huiusmodi leges ferret; aliud sane nihil, quam vt demonstraret peccantiū consuetudinem esse deuitandam, qui spirituali quadam lepra infecti sunt, quæ longe periculosior est lepra corporali.

Hinc pium regem Iosaphat grauitate a Propheta reprehensum lego, quod copias tuas cum copiis impij Achab contulisset: *Cui occurrit Iehu filius Ianani, Videns, & ait ad eum: Impio praebes auxilium, & huic qui odert Dominum amicitia iungaris: & idcirco iram quidem Domini merebaris. Annon hinc discere possumus, non esse cum improbis societatem aut amicitiam ineundam?*

At nondum hic quiescimus: producemus & alios conceptus prioribus non inferiores. Veruit olim Deus & quidem grauitissime, ne filij Israel nuptias cum alienigenis & gentibus inirent, aut alienigenis filias Israelitides copulari sinerent: *Non accipies uxorem de filiabus eorum filij tuus, ne faciant fornicari filios tuos in deos suos. Prohibeat praeterea Dominus, ne vllum cum gentibus Hebraei haberent commercium, sed quantum possent, ab iis sese seiuingerent: Cane ne coniungam cum habitatoribus terra illius iungas amicitias, quae sint tibi in ruinam.* Designare volebas Domine, quantum ab improborum consortio consuetudineque periculi imminuat.

Gen. 6. O improborum consortia, quantum periculi animabus exitiique affertis! Nec alia crediderim de causa Deum diluuium terrae superficie cooperuisse, quam quod filij Seth, quos Sacra Scriptura, propter sanctam probamque conuersationem, Angelos nominat, filias Cain hominis nequissimi sibi matrimonio copularent: atque ita Princeps Apostolorum Petrus, militibus sese adiungens, blasphemator factus est, & dilectissimum magistrum nefarie negauit, ac grauissimum se facinoratum reum constituit.

Ion. 2. O pestiferas & infelices societates, & contagiosa commercia! propter Ionae societatem nauarchus, & nauae in vitae discrimine versabantur. Vnicus Iudas in causa fuit, ceteri vt Apostoli submersionem timerent, & ad Dominum clamarent, pauidi & formidantes: pie namque creditur, propter sceleratissimum illum mortaliu ludam, grauem illam tempestatem, quae ceteris Apostolis timorem incutiebat, esse concitatam.

2. Reg. 14. Vnicus quoque Dauid in causa fuit, vt septuaginta hominum millia peste perierat;

nisi enim ille peccasset, populo Deus luem non immisisset. Vnicus rebellis, & refractarius Absalom duodecim hominum millia aduersus mitissimum regem concitauit, belloque rem committere ausos in perniciem & mortem attraxit. At relictis exemplis huius Veteris Testamenti, aliud recentius vobis ob oculos proponam, quo simile vidisse vos vel auduisse non putem. Videre namque in Euangelio hodierno, vt Caiphas magnum illum Synedrium nequitia sua & impietate peruerat, Synagogam consiliis inhecat, Scribas, Phariseos, omnes seniores, legisque doctores in partes suas trahat, inque sententiam pertractos, in mortem innocentissimi Iesu Christi conuolare compellat: *Collegerunt Pontifices & Pharisei consilium aduersus Iesum.* De nefario hoc concilio in primis loquendum est, ac deinde quid in eo constitutum & conclusum sit, videbimus.

Quod ad primum igitur, refert Euangelium, Pontifices & Phariseos, invidia inflatos, statim a miraculo a mortuis excitati Lazari, quo omnes Dominus in sui admirationem rapuerat, aduersus eum conspirasse, conaetque concilio in eius mortem nefarie coniuurasse. Consuetudinem tuam hic detego, diabole, tuum hic opus intueor, tuasque technas: cum enim vides peccatores firmiter secum statuisse, sancta quadam poenitentia ad Deum, a quo peccando iam recesserant, conuerti; turias statim tuas ad consilium eogis excitas tentationes, prauos affectus producis, milleque impedimenta opponis, quo sanctam illorum voluntatem aut ad nihilum redigas, aut saltem infringas & imminuas. Vide, cum totam hodie ciuitatem Ierosolymitanam ingenti hoc miraculo a Christo patratu commorant videas, ita vt omnes eum honorare, colere, adorare, verumque Messiam in lege promissum credere constituent; omnes vndeque improbos & sceleratos conuocas, nefarium & pestilent concilium cogis, tum vt praecleari huius miraculi famam aboleas, aut saltem obsecures; tum vero vt vitae auctori, vitam eripias.

Statim

Gen. 31.
figura.

Statim vt Jacob Patriarcha conuafaris omnibus se in viam dedit, vt in Mesopotamiam terram patrum suorum reuertetetur, & gentium regionem relinqueret; ecce continuo Laban, multo stipatus comitatu, inique exastuans fugientem insequitur, vt comprehensum interficiat. Exprimis tu, o Laban, nefarium damonum agendi modum, qui, cum peccatores captiuitate eorum se eripere velle vident, vt libertatem consequi, & recto ad caelestem patriam ealle tendere valeant, se itinere quoque accingunt, arma praeparant, furiarum suarum cohortes ferruminant, vt fugientes sistant, & ad peccati regionem, e qua vltro egrediebantur, oborto collo etiam inuiros reducant.

Cum impius ille tyrannus Pharaos; Hebraeos iugo sese captiuitatis eximere, Aegyptumque deserere velle inaudisset, vt Deo sacrificia more patrio offerrent; statim illos vexauit, nouis oneribus grauauit, quotidianumque pensum adauxit. Vt hinc disceremus, diabolus, infernalem illum tyrannum, vt plurimum, cum peccatorum Aegypto egredi constituissemus, nobis impedimento esse, vexare, nouisq; nos oneribus aggrauare.

descriptum est in Esdra, Iudaeis e captiuitate reuersis, & templi fabricam restaurare incipientibus, vicinas & conterminas nationes, & gentes in circuitu positas insurrexissent, templi fabricam impedire conatas. Docemur hic, nullum omnino a nobis bonum opus inchoari, quin daemones & omnes infernales furiae totis sese viribus opponant: & cum reuersi e captiuitate peccatorum, ad quod per sanctam confessionem peruenimus, egregium conuersionis templum construere nobiscum firmiter proponimus; tum diabolus & omnes furias eius, omni ratione conatibus nostris resistere & aduersari. Et sane video vix dum nato Domino, Herodem & omnem Ierosolymam cum illo turbari, & nefarium tyrannum in mortem pueruli conspirare. Quid haec denotant Auditores? nisi, Dominum nostrum Iesum Christum in anima spiritualiter per gratiam vix natum esse, quin tartarus sta-

tim & omnis tartarea potestas aduersus eum commoueat, satanasque nefarius ille tyrannus insalutem eius conspiret. Videte quoque, vt hodie, populo Christi miraculis delinito, ei adhaerescere proponente, Synagoga, vt tam pio operi impedimentum aliud opponat, eorumque voluntates alio diuertat, concilium cogat, & comitia celebret: *Collegerunt Pontifices & Pharisei concilium.*

O pestilens & nefarium concilium! tu sces impia illa congregatio, quam toties in Prophetis oraculis expressam legimus, vt in primis illis verbis Psalmita: *Astiterunt reges terra, & principes conuenerunt in unum aduersus Dominum. & aduersus Christum eius & Salomonis: Circumueniamus iustum; quoniam contrarium est operibus nostris & improperat nobis peccata legis, & filium Dei se nominat. & Ieremix: Cogitauerunt super me consilium dicentes: Eradamus eum de terra viventium, & nomen eius non memoretur amplius.* Omnes denique Prophetarum de hoc xaticinati sunt. Pestilens igitur & detestandum plane concilium fuit, quod in Dominum Iesum cuditur, & in quo de vira Filio Dei vnigenito eripienda tractatur.

Anne patieris Caipha, infande, nefande, improbe princeps, totius Synagoga caput, magne Pharisaeorum magister, & sacerdotum omnium Pontifex, tam nefarium vt in Iudaea concilium cogatur, & in vrbe quidem regia & sancta Ierusalem: Quid? Tantane tua erit impudentia, ne dicam audacia, vt huius nefarii concilii auctor existas, tamque perniciosam & detestabilem synodum cogi iusseris? Anne Caipham hocce agere: summum Pontificem hoc attentare, sui; adeo obliuisci? tune futurus es ille proditor, ille ingratus, ille perfidus Achitophel, qui cum omnia Dauidis negotia tractaret, regni que consilia nosset, Abialomo eiusque sequacibus persuasit, vt seditionem eocitarent, armaq; aduersus Principem & Regem clementissimum sumerent: & tu, cum sis fidelium omnium consilium, synagoga caput, & totius status Iesu Christi in lege Mosaica superintendens existas; adeone hodie ingratus, perfidus, & sceleratus eris, vt omnes Iudaeos, vt

Psalm. 2.

Sap. 2.

Ierem. 2.

2. Reg. 4.

Coceptus super nefario concilio Caiphae.

Abia-

Eph. 5.

Abſalomum Achitophel, ad arma conſeſtes & commoueas, quo aduerſus Principem, Meſſiam & Deum ſuum ſclerate conſpireat? Tunc futurus es ſuperbus ille, inuidus, & ambitione tumens Aman, qui Aſſuero conſilium dedit, miſerum vt Mardocheum e vita tolleret: tunc ſuperbe Pontifex, ſummus aulae vertex, princeps & caput Synagoga cum ſies, Iudaïs ſuades, vt Ieſum, qui verus Mardocheus eſt, ad necem depoſcant? anne deterius aliquod reperire conſilium poſſes, anne peſtilentius, anne etiam exitioſius?

Matt. 14.

Nefarium, fateor, fuit Herodiadis conſilium, quando filia ſuaſit, vt Ioannis Baptiſta caput in diſco poſtularet. At tuum o Caipha, conſilium centuplo deteſtabilius eſt, quando populo perſuades Iudaico, vt Chriſti Domini caput ſibi tradi poſtulet.

Congregauerunt Pontifices & Phariſai concilium. Heu quor nefanda concilia, quor infanda conſpirationes, quor coniuurationes aduerſus benigniſſimum Redemptorem coguntur! vix namque creati erant Angeli, & ecce ſtatim eorum Pontifices collegerunt concilium: quin ecce ſtatim Caiphas Lucifer inquam, Angelicae Synagoga Princeps tertiae Angelorum parti conſuluit, vt aduerſus diuinitatem conſpirarent. *Factum eſt praelium magnum in caelo.* Vix erat homo in terreſtri etiam paradiso conſtitutus, quin ecce ſtatim Principes collegerint concilium: quin Satan, Adam & Eva congregentur, conciliu in eant, in quo de diuinitate diſceptetur, *Erru ſicut dii.*

Quid addam amplius: dicam te, o Pater aeternae, & te, o glorioſe & ſancte Spiritus, vos Principes aeterni, Sanctiſſimae Trinitatis perſonae, ab aeterno concilio aduerſus Redemptorem meum coeſiſſe: vt eum innocentem morti adiudicaretis: vos etenim illi Principes eſtis, de quibus olim Pſalmographus; *Aſtiterunt Reges terra, & Principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum & aduerſus Chriſtum eius.*

Pſal. 2.

III. Nulla igitur datur effugii via, mi Redemptor, te mori neceſſe eſt, non eſt quod dicas amplius, *Tranſeat à me calix iſte.* Ita namque in arcano ſſ. Trinitatis concilio conſtitutu

eſt, in quo iam à longo tempore morti adiudicatus es, & ulterius non appellati. Cauſa tua in duobus ſummis conciliis, in concilio ſcilicet Diuinitatis, & in foro humano in caelo nempe & in terra, examinata fuit, diſcuſſa & peracta, & vtrobique mortis ſententia in te lata fuit. Verum quam poſſimum de cauſa vos o conſiliarii aeterni, vos iudices omnium iudicum ſupremi, qua lege, quo iure, aut quomodo Meſſiam meum morti tam atroci & truculentae addidit? Audite quaſo, quid ad haec reſpondeant, *Expedit vt vnus homo moriatur pro populo,* Ieſus inquam Chriſtus, Deus ſimul & homo, vt mundus ratione quadam inaudita, propria tamen & conuenientiſſima, redimatur; quo euidentius Dei erga homines amor appareat, vt ſcilicet homines ab homine in exitium perducti, per hominem reſtaurentur.

Vos vero Phariſaei, Pontifices, tuque imprimis Caipha quam mortis cauſam aſſertis, & quod ius praetenditis, quam aequitate depromitis, aut qua via ad tam crudelem & cruentam ſententiam ferendam proceditis? Audite, obſecro, eorum leges & iura, inuidiam inquam potius & furor: *Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit?* quod miracula edat, animas ad bonam frugem conuertat, quod mortuos excitet: atq; hoc fundamentum fuit tam iniquae ſententiae ferendae.

O iudices iniquiſſimos, o iudices affectibus in tranſuerſum actos! Caipha, cum ais, *Hic homo, ſi ſcires quis hic homo foret, nunquam eum morti adiudicares.* Homo quippe hic, ſimul & Deus eſt; homo hic multa olim ſigna fecit, tot prodigia in Aegypto, tot miracula in mari Rubro, tot miracula in deſerto. Homo hic ſimul Deus & homo eſt, qui deſcendens aliquando e caelo in terram, e Ierufalem in Iericho, incidit in manus Iudaeorum, qui inſtar latronum eum deſpoliauerunt, fauciauerunt, & mortuo eo in crucis arbore derelicto, abierunt. Eſt denique ille homo, qui tot miracula edidit in incarnatione ſua, quando nimirum duas naturas in vna eademque hypoſtaſi combinauit; tot ſigna in natiuitate, tot prodigia in vita

in vita; & in cuius morte tot quoque mirabilia videbitis. Faciet namque moriens Solem deliquim pati, terram tremere, petras diffindi, sepulchra quoque referabit. Homo denique est omnium rerum peritissimus. Verum quid deinde in hocce concilio ais, o Caipha? *Vos nescitis quidquam.* Quid cogitatis viri, quid dicitis? necesse est vt homo hic de medio auferatur, res nostræ alioquin pessimo loco futuræ sunt. Nisi enim remedium aliquod in tempore adhibeamus, venient Romani & auferent locum nostrum, urbemque nostram euertentes, omnes nos dispoliabunt; quare expedit, vt vnus homo pro omni populo moriatur potius quã tota gens misere pereat. Nautæ qui Ionam vehabant, si forte meministis, cum grauis tempestas incidisset, vt se suaque conseruarent, Ionam in mare deiecerunt, cuius mors illis vitam peperit: illo namque submerso, rediit serenitas & malacia. Similem hodie quoque tempestatem impendere nobis à Romanis videmus; necesse est igitur, vt hominẽ hunc in mare passionis præcipitem iaciamus, quo eius nos mors morte eripiat, & vitam nobis salutemque conferat.

Luc. 3. An non magnum Gerasenorum demeritæ argumentum fuit, Christum à finibus suis pellere, ne porcos perderent? Non minor, mihi credite, Caiphæ huius demeritæ est, Christum ipsum perdere molietis, quod timeret ne in Romanorum manus ciues incidere.

IV. *Vos nescitis quidquam:* Nescitis, quantum in hac re pondus & momentum consistat: nescitis quantum huiusce rei intersit, ab ea nempe omnis nostra salus, fortuna, aræ, focique dependent; salus inquam, vel ruina, omne nostrum commodum, aut incommodum. O superbientem superbi hominis orationem, o verba tumore & arrogantia plenissima! Potens ille Persarum Rex Xerxes, cum quodam tempore comitia regni indixisset, in quibus de bello Græcis inferendo disceptaretur, hac principes oratione est allocutus. *Ne videar meo tantum usus consilio vos contraxi: ceterum scitote parendum vobis magis quam suadendum.* Notate effrænatam hominis arrogantiam, & intollerabilem

Tom. 1. Bessai Quadrage.

præsumptionem. Eandem mihi hic ostendere videtur Caiphas, quin etiam adhuc maiorem, dicens: *Vos nescitis quidquam:* Necesse est vt vnus pro omnium salute moriatur; nulla alioquin securitatis spes effulget. Eisdem verbis Saulem vsu cum filio suo Ionatha apparet, *Quamdiu vixerit filius Isai super terram, non stabilieris tu, neque regnum tuum. Itaque iam mitte, & adhuc eum ad me, quia filius mortis est.* Verba porro Saulis, Caiphas visus est repetuisse dicens; *Quamdiu vixerit homo ille, principes & teniores, nunquam synagoga nostra stabilietur; nisi ille moriatur res nostræ non succedent, sed pessum ibunt.* Eia igitur moriatur, inuadamus eum, & eradamus eum de terra viuentium. *Expedit namq; vt vnus homo moriatur pro populo.*

Quare obsecro magne Pontifex? Ne scilicet, inquit, res nostræ dilabatur ac pessum eant, morte innocens est condemnandus. *Quam perperam concludis, quam parum dialecticus es?* at longe aliter quam destitisti & concepisti eueniet. Christi namque mors erit & vestra, illo occumbente, vos, regnum & respubl. vestra extinguetur & occumbet. Timeo enim ne idem vobis euenturum sit, quod olim Regi Ieroboam, qui cum vitulos æneos erexisset, variaque idola per regnum adorari præcepisset, ratus id ad regnum stabilendum non parum momenti allaturum; nesciuit se sibi, filiis familiae, atq; adeo vniuerso regno perniciem & exitium intulisse.

Pharao Ægypti Tyrannus, ratus Hebræorum primogenitorum nece regnum stabilendum, tantum abfuit, vt voti compos factus fuerit; vt potius diabolicum hoc commentum & pestilens consilium, regni exitium fuerit, & se suaque eneterit: cum enim omnes Hebræorum masculos in profluentem proiici mandasset, ipsemet cum toto exercitu ab vno Hebræo rubri maris gurgite absorptus fuit. Eadem vobis, mihi credite, fortuna impendet, Iudæi: dicitis o Caipha iudex inique, expedire vt vnus pro populo toto moriatur, sed adeone Deum mundo huic noxium censes, vt eum mundo pellere decreueris? Cum Eliseus Propheta iam in

Ppp extre-

1. Reg. 20.

3. Reg. 13.

4. Reg. 17.

nationem
Christi.

Oratio
Caiphæ in
concilio.

Cur Caiphas
dicitur
morte
ad iudicium.

Ion. 2.

Cur Caiphas
dicitur
morte
ad iudicium.

Luc. 3.

IV.

Luc. 11.

Greg. 11.
Occipit.

Val. 1. c. 9.

extremis ageret, Rex Ioas pedibus eius aduolutus lachrimabatur & clamabat dicens: *Pater mi, currus Israel & auriga eius*: quasi regnum à morte eius neminem esset habiturum, cui tuto, vt Elisæo consueuerat, credi posset. Laban etiam audito Iacob, relicta Mesopotamia, in patriam solum rediisse, consternatus fuit, & tantum non exanimatus, ob decessum scilicet eius qui tãta sedulitate & cura oues suas pauerat, ita vt in infinitum crescerent. Te vero Caipha, omni barbarie barbarior, non pudet aut piget, è medio tollere, mori adiudicare, non dico Elisæum aut Iacob; sed filium Dei vnigenitum, quo sublato quænam calamitas synagogæ vestrae que resp. impendet? Nesciebat olim Samsou, se à spiritu Dei esse derelictum: at tum demum agnouit, licet serius, cum Philisthorum carceribus traditum vidit. Ita quoque tu Caipha, & vos Iudæi, nescitis quid sit Deo esse destitutum: scietis autè postea, cum venerint Romani, & cinxerint muros vestros, & omnem posteritatem vestrã cum tota gente vestra euerterint. *Expedis ut vnus homo moriatur*. O tristem nuntium! ecce sententia mortis in Messiam lata. Quis ei suggeret, vt se subripiat, vt alio appellet, vt se in tuto collocet? Cum Esau aduersus fratrem Iacob cõspirasset, statim tu ei Rebecca suggestisti vt fugeret, *Ecce Esau frater tuus minatur ut occidat te*. Aperit Chausai Dauidi Regi omnia consilia, & quidquid in castris Abialomi gereretur, & eheu! nemo Saluatori meo vel minimũ suggerit: nemo ei nefarium hoc consilium, hanc impiam coniurationem detegit. Quid hic agitis ò Nathanael, Gamaliel, Ioseph ab Arimathia? cur præceptoris & Domini vestri patrociniũ non suscipitis, aut cur saltem dissoluto concilio, ei non suggeritis, sibi vt caueat, tanta taliaque in caput illius eudi? Nequaquam, *Expedis enim ut vnus homo moriatur pro populo*. Est tamen hic aliquid quod in te laudem ò Caipha: nunquã, mihi crede melius rem acu tetigisti: prophèrizas, & verum dicis, nescis tamen. Nam cum plurima Deus media nosset quib. humano generi ob peccatum perdiso posset succurrere, Filii tamẽ sui passionem hic potissimum adhibere vo-

Gen. 32.

Iud. 16.

Gen. 22.

2 Reg. 15.

Caiphas in hoc consilio propheta fuit.

luit, quo nullum aut melius aut conuenientius tum ad naturam humanam restaurandam, tum ad amorem diuinum melius perspicendum potuit inueniri. Haussid è Paulo Apostolo ita Hebræis scribere: *Decebat Hebræum, propter quem omnia, & per quem omnia qui multos in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem conformari*. Anne *obliti estis, quid ipse duobus discipulis in Emaus euntibus dixerit in via socius: O stulti, & graui corde nonne hac oportuit Christum pati & ita intrare in gloriam suam?* Bene igitur dicis Caipha *Expedis*. Erat namq; primi delicti grauitas duabus de causis infinita: primo quod aduersus infinitam maiestatem patratum, deinde quod ad infinitos homines eiusdem contagio serperet. Ac proinde requirebatur homo, qui infiniti simul esset roboris, & meriti apud Deum immensi: qui sanguine suo peccatum adeo graue, tamque diuturnum expiaret. Et quoniam inter homines, tam efficax & præclara virtus non reperiebatur, nec tanta merita; nihil magis proprium aut cõuenientius, ad diuinã iustitiã satisfaciendum, potuit reperiri, quam vt Dei filius, cuius maiestas infinita est, humanam naturam induendo, Deo pro homine satisfaceret, proq; humano genere mortem oppeteret. Hoc scilicet expediebat; nulla alioquin cœlum ingrediendi via dabatur, ipsa paradisi portæ clausæ semper alioqui maffissent. Ita namq; prædixerat ipse Iesus olim: *Expedis vobis, ut ego vadam*, scilicet ad mortem, & à morte ad inferos, ab inferis ad Patrem. Expediebat vobis, ò Angeli, vt sedes nimirum vestrae replerentur, & pristina ruina restauraretur; Expediebat & vobis Patres, qui in limbo captiui detinebamini, vt eripi possentis; & vobis in primis ò homines, vt hac ratione obstructum cœli limen subiretis. In quam rem figuram è veteri instrumento producam. Homicida qui ob cædem commissam patria eiectus erat, prius in patriam redire non poterat, quam summus Pontifex obiisset. Designabat hoc redemptionem nostram; Auditores: non prius enim poterat primus homo, sui ipsius homicidia, paradiso, patria nimirum sua, extorris factus in patriam reuerti, quã Iesus Christus

stus, summus ille Pontifex, exspirasset. Expediebat ergo hunc hominem mori.

Et sane expediebat Domine, mi Redemptor, licet vsquequaque necessarium foret, te nostri causa mortem oppetere: mille namque tibi alioquin media suppeditabant, ad nos redimendos, at nullum hoc ipso commodius aut conuenientius. Expediebat scilicet Domine te mori, vt nobis vitam conferres: descendere, vt nos exaltares; humanam naturam induere, vt nos semideos faceres; passionis tormenta subire, æternam vt nobis beatitudinem & infinitam promerereris. O bonitas infinita, ô Redemptor benignissime, quas gratiarum actiones, quas laudes tam immensus amor, vel quamnam potius obsequia, tam ingens, tam singulare, & adeo eximium beneficium promeretur? Nostræ, fateor Domine, vires non sufficiunt, labascunt humeri: attamen quidquid in nobis est libenter, meritoque dedicamus & offerimus: cor scilicet ad te amandum, corpus ad te adorandum, animam quæ te assidue sequatur, quo tibi sincerum in hoc mundo obsequium offerat, expectans, donec in altero te plene laudare queat. A M E N.

SABBATO POST DOMIN. PASSIONIS.

Partitio.

- I. De pugna carnis ac spiritus.
- II. De Christi passionibus.
- III. De clarificatione Domini.

Nunc anima mea turbata est. Ioan. II.

FIGURA.

2. Reg. 19. DAVID Rex cum post Absolomi seditionem commotionemque vrbe profugeret, & nudipes & capite aperto, torrentem Cedron transiret, vt in desertum secederet, ingenti cordis dolore tactus intrinsecus, vultum in mœrorem contraxe-

rat & lachrymas vbertim effundebat. Hodie hanc figuram completam videmus. Verus enim DAVID IESVS CHRISTVS, post cruentam Synagogæ Iudaicæ coniurationem, Ierosolymis secedens, tristitiam induit; passionisque torrentem quem transiturus erat, & desertum Caluarix in quo crucifigendus, sibi proponens, aperte declarat animam suam esse turbatam, & variis angustiarum motibus concussam. Sunt hæc Domine puncturæ crucis, & præambula passionis tuæ iamiam instantis: neque enim credo te perturbationi animi interiori esse obnoxium. De hac perturbatione hodierna die, modo SS. Pneumatis auxilium, & D. Virginis interueniant preces, verba faciemus. Quamobrem recitemus singuli:

AVE MARIA.

Patentiæ illud & tolerantix speculû Iob. I. humana vitæ ærumnas calamitatesque deplorans, merito mihi dixisse visus est: *Vita hominis militia est super terram.* Vix enim nati sumus, quin statim militiæ ascribamur, eidem assuescamus, & nobis quotidie, & ad finem vsque vitæ bellandum sit. Vix etiam quondam Deus cœlos creauerat, quin eos statim Angeli, idque contra cœlorum naturam, violento quodam cursu & impetu abreptos egerint, ne vlllo deinde tempore motus ille quieuerit, sed ad finem vsque mundi permanens sit, & mundo demum finiente finiendus. Quod prælagium est, mortales, vix nos in hunc mundum ingredi, quin statim aliud quoddam Angelorum genus animas nostras inuadat, & violento quodam impetu transversos rapiat, ab Oriente nempe gratiarum vsque in Occidentem peccati impellendo; qui impetus quidam est præter rerum ordinem, & naturæ nostræ penitus repugnans. Quod Apostolus optime exprestit, dicens: *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem tantum, sed aduersus mundi rectores.* quasi diceret: Duo nobis ab ortus nostri exordio bellorum genera instant, & sequuntur quocumque demum fugerimus: bellum scilicet externum, & ciuile. Motus enim quos nobis

484
nobis demones, tartarus, & mundus concitant, bella sunt externa: verum quos ipsa nobis concupiscentia, caro, prauisque nostri affectus commouent, ciuilia merito appellari possunt. Et quamuis illa vehementiora sint & atrociora, hæc tamen magis pertimescenda sunt, maioriq; cum discrimine coniuncta, *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem tantum; ecce ciuilia: sed aduersus mundi rectores; ecce externa.*

Vt porro de solis ciuilibus loquamur, nunquam nos illa quietos viuere sinunt, sed ab ipsis incunabulis nos inuadunt, tum quod passiones è natura ipsa proficiscatur, & cum natura commorantes ad vsque tumultum nos comitentur: tum vero, quod naturæ inhærescant. Principium vero & ortum à carne hac nequam & praua concupiscentia habent: nam *caro concupiscit semper aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem*, uti Paulus ad Galatas ait. Ipsa namque est tentatrix illa Eua, quæ Adamum semper impugnat, in ipso etiam Paradiso, in statu nimirum innocentia. Ipsa est fornicaria illa Iezabel, quæ reges etiam potentissimos interimit. Ipsa est peruersa Dalila, quæ Sampsones virosque fortissimos. eneruat. & expugnat. Aiunt Philosophi motus & agitationes maris ab ipso lunæ incremento & decremento initium sumere: equidem iisdem verbis dixerò, omnes omnino motus & animæ nostræ passiones, è praua concupiscentia proficisci.

Vidit olim Daniel arietem duobus insignitum cornibus, qui furis agitatus, cætera animalia in quæ incidebat, ad terram prosternebat. Non errauerò, si per hunc arietem concupiscentiam designari ostendero: ipsa namque est aries duobus insignitus cornibus, appetitu scilicet concupiscibili & irascibili, verum qui adeo proteruus sit & petulâs, ut rationem, spiritum, sensus ipsos interiores, & integram nonnunquã animam ad terram deiiciat, inque peccati mortem præcipitem agat. Annon igitur cruenta illa bellatrix, vel furiosa potius Amazon, certamina sua, motus, & rebelliones iam inde à matris utero nobis intentare præsumit? Accommodate aures, figuras veteres producam.

Iacob & Esau iam inde à matris utero inter se digladiati sunt; & cum nondum arma tractare possent, calcibus sese mutuo oppugnabant. O infelices gemini, quam tristitia nobis affertis præfagia scilicet à primo conceptionis instanti; & ab ipso materno utero, appetitum sensibilem, concupiscentiam scilicet deprauatam, aut alio licet appelletur nomine, cum spiritu æterno semper digladiari, perpetuaque bella gerere, & alterum in alterius conspirare exitum.

Vix quoque nati erant germani illi fratres Abel & Cain, quin statim arma spirent, ad eoque in se mutuo exardescant, ut alter alterius manus cruentet sanguine. Quid hoc denotare putabimus, Auditores, quam spiritum & appetitum vitiosum quamprimum ut exiltere inceperint, sibi inuicem bellum indicere, tantoque impetu in se mutuo insurgere, ut quamprimum alteruter occumbat. necesse sit?

Sara & Agar ancilla, quæ in Ægypto nata erat, nunquam pacifice in familia Abraham cohabitare potuerunt. Quid porro designatis, o mulieres, quam tu Sara rationem, tuq; Agar Ægyptia concupiscentiam, quæ concordis in familia hominis viuere nunquam possunt?

Vidua quædam olim Dauidi Regi conquesta est, fuisse sibi duos filios, quorum alter alterum rixando in via interfecerat: *Ancilla tua erant duo filij, qui rixati sunt aduersus se in agro, nullus que erat qui eos, rohibere posset, & percussit alter alterum, & interfecit eum.* Quid per hanc mulierem viduam intelligimus, nisi animam, quæ cum non nisi duos habeat alumnos, spiritum scilicet & appetitum, & ambo simul in itinere vitæ huius viam carpent, & hoc in itinere semper inter se rixentur, sæpe accidunt, ut alter alterum interficiat.

Abfalom & Amnon eiusdem patris filij, 4. Reg. 13. eiusdem mensæ conuiuæ, iniectis sibi inuicem manibus, crudeli parricidio & Thyestæo spectaculo epulas cruentarunt: Spiritus & concupiscentia eiusdem animæ hæredes, & eadem mensa refecti, eodem se sæpe numero modo excipiunt, & consopitum odium redintegantes, tristitia sæpe parricidia

Galat. 5.

Gen. 2.

2. Reg. 21.

Iud. 16.

Dan. 4.

dia committunt. O certamina deploranda!
 ô bella nimium cruenta! Audite & alias fi-
 guras.

Gen. 11. Referunt sacra litera, Abraham & Loth,
 qui fratres appellantur, licet alter auunculus
 esset, & alter cognatus, nunquam inter se pa-
 cem habuisse, sed ipsos etiam pastores eo-
 rum, in agris saepe inter se rixari solitos. Quid
 porro significant hæc omnia? nisi duos illos
 fratres, appetitum & spiritum, vel duas illas
 sorores, rationem & concupiscentiam, nun-
 quam inter sese pacem habere: quin & ipsos
 seruos, tot scilicet facultates, quæ vtrique de-
 seruiunt, semper inter se litigare & contende-
 re. Desuntne igitur figura nobis? aut po-
 tius, desuntne nobis bella ciuilia, & passio-
 num certamina: bella inquam, quæ nobis
 successione auita adhærescunt, quoniam ab
 ipso Adamo originem sumunt? O bella cru-
 enta, & funebria, quæ nunquam hæctenus
 composita fuistis, quæque in ipso terrestri
 paradiso ortum habuistis, & continua ad nos
 vsque successione, de patre in filium, perue-
 nistis, & ad finem vsque mundi durabitis. Sunt
 sane immortalia, nec per Sacramenta aut
 bona opera componi possunt, (durat nempe
 concupiscentia etiam post baptismum) bel-
 la, inquam, quæ nos ipsi potestate propria
 extinguere non possumus. Nam primi mo-
 tus non sunt in potestate hominis. Bella de-
 nique, à quibus nullus vnquam mortalium
 immunis existit, nec ipse quidem Christus
 Dominus. Quomodo enim hæc eum oppu-
 gnauit concupiscentia in monte Oliueti?
 tam vehementi namque eum tunc tristitia
 & pauore concussit, vt à morte parum ab-
 fuerit, vnde exclamauit: *Tres est anima mea*
vsq; ad mortem. At quomodo eum in hodie-
 no Evangelio oppugnat? tam vehementem
 enim ei formidinem & mortis metum incu-
 tit, vt præ timore dicere coactus sit: *nunc a-*
nima mea turbata est. Verum, vt quomodo
 hoc intelligendum sit, cognitum habeamus;
 de passionibus, quæ in Iesu Christo fuere,
 non nihil loquemur; ac deinde de eiusdem
 gloria: & super vtrumque hoc concionis no-
 stræ ædificium extruemus.

Principio igitur dicimus, in Iesu Christo
 passiones fuisse: vidimus namque eum ita

succensum & excadescens, cum flagello
 in manus sumpto, & ira intrinsecus conce-
 pta, ementes & vendentes templo cecit, &
 mensas numulariorum subuertit: toties
 quoque eum aduersus Phariseos commo-
 tum audiimus, cum eorum vitia coargue-
 ret. Vidimus quoque eum lachrymantem
 super muros vrbis Ierosolymitanæ. An non
 vero vos lachrymæ passionum & tristitiæ cu-
 iusdam vehementis indices estis? Vidimus
 quoque eum in monte Oliueti, præ metu,
 quem ex imminente morte conceperat, ad
 terram prostratum: hic iterum eum turba-
 tum, & animi angustia pressum contempla-
 mur.

An non vobis, Auditores, cholera, tristi-
 tia & metus, passiones quædam esse videntur,
 quibus & nos obnoxij sumus? Nunquam Iesus Re-
 demptor eum legimus risisse, sed instar Hera-
 cliti semper a risu abstinuisse: vt nos obiter nunquam
 doceret, vitam hanc non esse aliud, quam in vita ri-
 domum luctus, & tristitiæ theatrum, & nul-
 lum hic verum gaudium reperiri: domum tur-
 hic esse pœnitentiæ & tristitiæ, non vero vo-
 luptatis aut deliciarum. Quam in rem egre-
 gium nobis conceptum suggerunt Hebræi;
 qui cum in Agypto regione aliena versarentur,
 indefinenter plorabant, & ad patriam
 suspirantes anhelabant, cumque alij ad latri-
 tiam & voluptatem eos inuitarent, respon-
 debant: *Quomodo cantabimus canticum Domi-*
ni in terra aliena?

Verum vt ad passiones, de quibus agimus
 redeamus, notandum est, ô theologi, Iesum
 Christum cum carnem humanam indueret,
 naturamque nostram sibi responderet, om-
 nes eiusdem passiones & accidentia, sibi
 quoque eadem opera adiunxisse & adaptasse,
 quæ nimirum hypostaticæ illi vnioni
 non repugnarent, Nam vt Philosophi aiunt,
qui dat esse, dat & qua consequuntur ad esse;
ita quoque in uerbis terminis, qui accipit esse,
accipit & qua consequuntur ad esse. Redem-
 ptor igitur noster naturam humanam in-
 ducens, induit simul & omnem eiusdem
 dependentiam & consequentiam, omnes
 nimirum illius passiones, vt famem, sitim,
 calorem, frigus, ærumnas, miserias, mortem
 denique ipsam; quæ omnia ipsi naturæ in-
 here-

herescunt: at nunquam assumpsit peccatum, nec ignorantiam, nec passiones, quæ peccatum denotant, vel aliquam inclinationem ad peccata. Repugnabat quippe hoc perfectioni excellentiæque mysterij huius. Fieri quoque non poterat, ut illa anima diuinitati mysterio incarnationis combinata, peccatum vllum committeret; ad eundem plane modum quo animæ, quæ iam æterna beatitudine perficiuntur. Nam sicut cœlum, vt Philosophi asserunt, corrumpi non potest, nec vlli è primis quatuor qualitatibus, quæ ad corruptionem tendunt, obnoxium est; idque propter formæ cui coniunctum est, nobilitatem: ita mihi de Christo dicendum hic videtur, eum nempe peccare non potuisse, nec vllam è primis passionibus habuisse, quæ ad peccatum inclinant, propter nobilem illam diuinitatis formam, cui anima eius maritata erat.

Conceptus
Philosophicus.

II. Adeo vt omnes, quas Saluator assumpsit Tribus de passionibus, tribus ab eo potissimum de causis Do-
causis Do-
minus
passiones
nostras
induit.

Conceptus
Philosophicus.

Adeo vt omnes, quas Saluator assumpsit Tribus de passionibus, tribus ab eo potissimum de causis Do-
causis Do-
minus
passiones
nostras
induit.

Genes. 24.

Iacob cum Rachelem Labani filiam, pulchram nimis in vxorem acciperet, accepit simul & sororem eius Liam, quæ non vsquequaque formosa erat; quin & hæc inter cæ-
Allegoria. teras matrimonij conuentiones fuit, vt Iacob partem aliquam emolumenti ex gregibus capiendi haberet. O vere insignem allegoriam! denotat illa, Iacob nostrum, Iesum Christum, pulchram illam hominum naturam Adæ filiam, in vxorem accipiendo, tur-

pem quoque Liam, concupiscentiam in qua, duxisse, quæ deformis, & plane terrena erat: simulque hoc pactum initum fuisse, vt spon- sus de gregibus & armentis participaret, de brutalibus videlicet: passionibus nostris, partem aliquam haberet.

D. Thomas de passionibus, quæ in anima Redemptoris nostri fuere, loquens, ait, tribus eas modis à nostris fuisse distinctas: scilicet, quo ad obiectum, principium, & effectum. nam quo ad obiectum passiones nostræ sæpenumero è rebus illicitis originem sumunt. Sæpe namque erga illa afficimur, quæ potius odisse deberemus: sæpe quoque ob ea lætamur, quæ nobis dolorem magis incutere deberent; denique erga ea sæpe inordinate ferimur, erga quæ non est conueniens aut consentaneum ferri. Deinde, quo ad principium & originem: non enim est in nostra potestate impedire, ne crudeles illæ furie animam subintrent. Nam primi motus, vt diximus, non sunt in hominis potestate; sed ita-
tim, vbi quid vel iucundum, vel iniucundum videmus, fieri non potest, quin statim ad illud, amore quodam illicito, eiusdem pulchritudinem diligendo, feramur, aut visa turpitudine, ab ea animum & mentem auertamus. Denique quo ad affectum. Nam licet deprauatos illos motus cohibere & compescere possimus, ea tamen illorum aliquando est vehementia, & impetus, vt etiam inuitos nonnunquam ad aliquid præter fas & æquum faciendum abripiant: quin & interdum ad eo insurgunt & inualescunt, vt rationis lumen eripiant, intellectui tenebras offundat, nosque ad ea facienda impellant à quibus abhorreere penitus oporteret.

Novistis crediderim, vos qui passionibus Vis & ro-
ducimini, quanta sit earum vis & efficacia; huc pas-
mutant illæ namque vultus colorem, mo-
tionum.
tum cordis, totius corporis compositionem, vel sola etiam imaginatione conceptæ. Ecquos illæ motus, ecquas agitationes, ecquas mutationes suppeditant? Dilatur enim cor nostrum quando exhilarescimus; coarctatur, cum tristitia nos inuadit; Cholera sanguinem commouet & effervescente facit; Pavor eundem obstupescit, & frigidiores reddit glacie. Denique crude-

D. Thom.
3. p. 2. 1. 4.
Passiones
Christi
tribus mo-
dis à no-
stris di-
stinctæ
fuere.

Vis & ro-
tionum.

crudeles illæ furia nos anhelare, tremere, vacillare & titubare faciunt, adeo ut eorum vi lingua balbutiat, dentes fremant, sanguis euascescat, atque omnia membra tremant & constententur. Pallorem quin etiam cient & simul ruborem, & eum demum nobis colorem & habitum superinducunt, quem illis visum fuerit. Dicam igitur vere, o crudeles furia, & infernali Megea truculentiores!

Et sicut vapores illi crassi, & tetra illæ exhalationes, quæ à terra sursum feruntur, solem offuscant, eique lumen eripiunt, tonitrua & fulmina procreant, omnemque ad eo aera perturbant: ita quoque fumosæ illæ exhalationes, & nimia concupiscentiæ, partis nimirum inferioris, & vapores, id est passionis sursum elata, soli rationis lumen eripiunt, tonitrua & fulmina peccati progignunt, animamque confundunt & perturbant. At longe illa aliter in Iesu Christo extiterunt, nihil namque huiusmodi in illo reperit, cum passionis eius nunquam ad res illicitas tenerent. Semper namque quæsiuit, sperauit, petiit ea, quæ par erat querere, sperare, petere. Fleuit quidem super tumulum Lazari, at peccatorum nostrorum causa. Gauisus est, sed nostræ salutis ergo: *Gaudeo propter vos ut credatis.* Et hodie anima eius turbata est, sed mortis instantis metu. O præclara passionum obiecta! o passionis minime passionis. Adde, summum illum Dominum, passionibus suis esse dominatum, easque non habuisse, nisi cum habere vellet. Quid ais? Quid hoc denuntias? Primos enim motus non esse in hominis potestate, aiunt Philosophi; concedo, sed minime id locum in Iesu Christo inuenit. Potuisti enim Domine Iesu omnia obiectorum genera comprehendere, passionibus tamen & primis moribus animum tuum, nisi dum velles, non ingredientibus. Fuisti scilicet magnus ille Æolus, qui laxare potest ventos, & carcere frangere: passionum namque tuarum turbines educere in apertum cum velles, potuisti; & eos dum velles, reducere, carceribusque includere; habenas earum laxare & contrahere, dum visum esset.

An non vos mecum omnes fatebimini, Theologiæ studiosi, animam Redemptoris, à prima conceptionis hora, omnes dolores & supplicia in crucis arbore aliquando perferenda, præfensisse, & quodammodo prægustasse? An non eadem in monte Thabor præuidisse: notant enim Euangelistæ, si meministis, eum de excessu suo ibi esse locutum, quod omnes de excessu Passionis Patres intelligunt. Et tamen clauis, flagella, crux, sanguis, ipsa denique mors, terra; obiecta, eum ne minimū quidem permouere potuerunt. Hodie quoque primum turbati incipit, quin & nunquam prius eum dicentem audiuimus, nisi hodie, *Nunc anima mea turbata est.* Quod Euangelista expresse significare & innuere voluisse visus est: dicit enim nūc, ut indicaret hodie venisse tempus, quo passionibus laxare habenas proposuisset: quod & alius Euangelista expressit dicens: *cœpit tristari*, Passionibus igitur suis dominabatur, non vero passionis ipsi. Vnde B. Ioannes Damascenus: *Naturalia in Christo non precedebant voluntaria, & iratus est, doluit, timuit, quando voluit.* Quid hic clarius aut expressius dici potest? Vidimus eum quidem nuper, si meminertis forsitan, ventis & mari imperantem; quando nimirum totus mundus clamabat: *Quis est hic quia mare & venti obediunt ei?* sed ne obstupescas o munde; præsagium namque hoc est, mari eum concupiscentiæ, & ventis passionum suarum imperaturum. Vnde earundem hodie habenas laxans, tristitia quadam graui tactus intrinsecus, ait: *Nunc anima mea turbata est.* Nam quemadmodum anima eius à primo conceptionis momento beata exstitit. Verbumque perfecte videbat; quamquam gloria suæ torrentem prius in corpus noluerit redundare, quam in monte Thabor transfiguraretur: ita quoque eadem anima mortis semper horrorem in mente habuit, & pœnarum grauitatem præfensit; ita tamen, ut timor nullus aut formido, aut minima eorum portio, partem animæ interiori nunquam, ipso impediente, ausa fuerit occupare; ut eadem apprehenderet, donec ipsa hodierna die exterius ostenderet, dicens: *Nunc anima mea turbata est.*

Nullus

Conceptus
Philosophia de-
promptus

Ioan. 11.
Christus
passionibus
suis potuit
imperare.

Damas. 9.
8. cap. 2.

Matt. 8.

Matt. 17.

Quomodo intelligendū sit a passionibus transuersum abductum fuisse Christum se, aut infanientium more ipsdem seruisse; aut tales eas fuisse, quales nostrae sunt: ac fuisse obnoxium.

Nullus igitur cum audit Iesum Christum a passionibus transuersum abductum fuisse se, aut infanientium more ipsdem seruisse; aut tales eas fuisse, quales nostrae sunt: ac consideret potius, easdem in nobis esse praerationem & contra rationem; eo quod nos ad peccandum inuitent, nosque resistentes & inuitos etiam inuadant, etiam nihil minus cogitantes: sed in ipso eadem a ratione, & secundum rationem ac semper rationi subiectas, existisse, semper a ratione directas & refrenatas: cum in nobis refractariae sint, parere rationi nesciae; atque ideo nullo ordine, sed confuse procedunt. Nemo igitur cogitet, affectus hos vnquam rationem eius turbasse, vel intellectu tenebras aliquas offudisse, sed perpendat secum, quemadmodum in arca Noe omnia animalia pacifice viuebant, tigres, leones, ursi, & caetera quae ibidem reperiebantur, nunquam inter se dissidentia, sed perpetuam pacem colentia: ita in gloriosa Iesu Christi anima, veri inquam Noe Arca omnia passionum genera, quae instar ferarum & brutorum nonnunquam efferaeunt, semper in pace vixisse, & nullum vnquam inter ea existisse dissidium.

Vna passio alteram non confundebat in Iesu Christo. Huc accedit, quod magis adhuc mirandum est, huiusmodi in omnibus facultatibus, & passionibus eius ordinem existisse, vt vna alteram non turbaret aut confunderet: vnde quamuis dicatis o Philosophi, & bene dicatis, *maius lumen offuscari id quod minus est*: solis namque lumen stellarum lumini officit: de Iesu Christo tamen dicere non possumus, a maiore in eo passione minorem fuisse impeditam. Vehemens ille clauorum dolor quibus cruci confixus fuit, non impediuit dolorem minimae etiam spinulae, caput & cerebrum illius transfigentis. Gloria quoque patris superioris non impediuit dolores partis inferioris, quos in horro Oliuarum sustinuit; aut vehemens ille dolor sensuum in cruce, immensam animae gloriam. Ita namque id credendum est, quoniam Redemptor noster viator erat simul & comprehensor, Deus scilicet & homo: Duas naturas in se continebat, contra quam

afferebat Eutyches; & vnā tantum personam, quod negabat impius Nestorius; animam item distinctam a diuinitate, contra Apollinarem. Haec igitur pars inferior est, Auditores, quae hodierna die aperte profiteretur, se turbari, non vero superior: appetitus scilicet sensibilis, & non ratio: natura humana non vero diuina: nunquam enim diuinitas dolorum cruciatuumque particeps fuit adeo vt ne quidem perpeti quidquam potuerit.

Sed relictis hisce passionibus, ad gloriam nunc properemus, ab vno scilicet extremo ad alterum: ita namque mihi Euangelista praet, dicens: *Pater clarifica nomen tuum*: quasi diceret: Iam tempus venisse videtur Pater, quo potentiam mundo declares: vix enim aliquis in mundo sanctum tuum nomen agnoscit, nullus te nouit: sed iam necesse est clarifices nomen tuum, miraculifque editis illustrius reddas, & famam tibi parias. Ecce instat iam mors mea, iam iam pro hominibus, & peccatoribus mori paratus sum; cum videlicet ita decreueris. Scio mirabiles fore elationes maris, scio, pœnas passionis futuras atrocis, atque ideo nunc turbata est anima mea & metu concutitur: sed mirabilis etiam in altis Dominus. Quāobrem, Pater aeternae, manifesta nomen tuum mundo, illudque clarifica. Clarius porro eloquere Domine: & quid per diuinum hoc nomen intelligas, significa. Explicat seipsum in Ioannis 17. capite dicens: *Pater veni hora, clarifica filium tuum*. De me ipso, de Filio tuo, o Pater aeternae, tibi hic loquor; iam tempus est vt cum manifestes, ostende igitur modo, cum esse filium tuum; aperi mundo, Angelis, Dæmonibus, & omnibus omnino hominibus; me Deum esse, tibi per omnia æqualem, aeternitate parem, demonstra me tibi natura, diuinitate, potentia, omnibus attributis, perfectionibusque similitum. Hic sensus est verborum illorum, *Clarifica nomen tuum*. Sed o mi saluator, Domine, toties clarificatus es: quænam enim in natiuitate tua fecit mirabilia vt demonstraret te ad se spectare? Euocauit namque Reges Saba, Tharsis & Arabum, vt te veluti Deum in stabulo adorarent;

III.

Explicatur lectio: Clarifica nomen tuum

Piz medi-ratione: Mat. 1. Psal. 71.

Matt. 2. rarent: produxit in regione aeris noua siede-
 Psal. 71. ra, quæ natiuitatis tuæ noctem mirabili lu-
 Matt. 2. ce recrearent, & lucem præberent, cum om-
 Luc. 1. nia tenebris essent circumfusa: Angelos
 quoque cælo fecit descendere, qui cælesti in
 nocte natiuitatis tuæ harmonia æra per-
 mulcerent: Pastores montanis exciuit, qui
 tibi recens nato qualecunque obsequium
 offerrent. An non igitur bene clarificauit?
 Quin etiam cum in medijs Iordanis vndis
 baptizandus consisteres, an non Pater ipse
 clamauit de nube dicens: *Hic est filius meus*
dilectus in quo mihi bene complacuit, ipsum au-
dit? An non te plurimis in vita editis mira-
 culis clarificauit, trium scilicet mortuo-
 rum resuscitatione, tot facinorosorum con-
 uersione, tot leprosoꝝ curatione, tot æ-
 grotis sanitate reddita? quid præter hæc
 quæris amplius? an non hæc sufficiunt? Sed
 loquitur hic, proculdubio, Auditores, de
 gloria passionis suæ. *Clarifica filium tuum,*
 quasi dixisset: *Ecquando tandem Pater*
cruci affigat? nunquamne me in monte
Caluarie constitutum videbo? nunquam
clauorum illorum dulcedinem perferentiam?
iucundam illam titillationem lanceæ, deli-
cias illas spinosi ferti? Quando tandem, ô
felix ac ter beata passio, aduenies, quando
dies illa effulgebit, vt dignus, qui te subeas,
reddat? Ille scilicet geminus horum verborum
sensus est, Clarifica filium tuum. Illic nimi-
rum clarificandus erat, & passionis die sub-
limis triumphus peragendus, cum videlicet
magna illa diuinitatis signa visa sunt, cum
sol deliquium patereretur, terra tremere, se-
pulchra aperirentur, petra diffunderentur,
mortui denique sepulchris egrederentur.
 Magna profecto clarificatio, & euidentia
 gloriæ signa: at maiora adhuc à morte eius
 signa videbitis. Victor namq; tumulo deuic-
 tis hostibus resurgit, gloriosus limbum a-
 dit, tartara concutit, omnesque inde capti-
 uos soluit, captiuam ducens captiuitatem,
 Inerat clausis ianuis, edit opera prodigiola,
 cælos propria virtute conscendit. *Clarifica,*
 igitur, ô Pater filium tuum, mors illa aliquan-
 do adueniat, quæ tantam filio tuo gloriam
 allatura est. Hoc nempe à te efflagito, huc
 omnis mea tendit ambitio. Tu vero, ô Fili
 Tom. 1. Bessai Quadrage.

gloriosissime, toties inquam clarificare, in
 natiuitate nimirum, vita, morte, ac tanta
 gloria cumulate, & cui torus orbis acclamat:
Quis est iste rex gloria? Deus de Deo, filii æter-
nitatis & natura Patri æqualis, cuius gloriam
cælum, terra, atque adeo vniuersa orbis
machina demirata est: Et vidimus (aiunt cum
Euangelista omnes creaturæ) gloriam eius,
gloriam quasi unigeniti à patre, plenum gratia
& veritate. Tu fili omnipotens Patris omni-
potentis, æternæ & infinite ab infinito pro-
cedens, saluator meus; quem verum quen-
dam Ianum merito mihi licet appellare,
 quum Deus sis & homo, Deus scilicet vt Pa-
 ter, & homo vt nos; quin etiam iisdem qui-
 bus nos miseris, calamitatibus, ærumnis, &
 passionibus. obnoxius; verum longe alia qua-
 dam ratione, cum ille nobis imperent, tu ve-
 ro imperes illis: rationem illa nostram præ-
 ueniant, tua autem ratio illas præuenit: in
 nobis vere sint passiones, in te non nisi pro-
 passiones. Tu inquam hanc nobis gratiam
 concede, vt ita eas refricare & comescere
 valeamus, quæ voluntati obtemperant, vo-
 luntas vero rationi, ratio animæ, anima tibi,
 qui verus eius Dominus & Princeps existis.
 Fac obsecro Domine, eas vt ita comprimere
 possimus, ne nos violenter abripiant, nosq;
 committere faciant, quod gratiæ tuæ meri-
 tum in mundo hoc, & gloriam in altero im-
 pediat. Amen.

DOMINICA PALMARVM.

Partitio.

- I. De mundi usu & exitu.
- II. De Iesu triumphante.
- III. De Iesu se humiliante, & mundo varian-
te.
- IV. De Iesuramos inter & vestimenta exultan-
te.

Benedictus qui venit in nomine Domini, ho-
sanna in altissimis. Matth. 21.

FIGVRA.

FINIT o iam diluuium, columba quam Gen. 8.
 Noe emiserat, ad arcam, oliuæ ramum
 Q99 virenti-

virentibus foliis insignem ore deferens, postlimino reuerta est; vnde colligere licebat Deum hominibus iam esse reconciliatum, & aquas diluuij per orbem sparsas esse imminutas. Hodierna die hanc figuram impletam videmus. Vera namq; illa columba Iesus Christus, finito iam condemnationis nostræ diluuiio, egressa iam olim cælo, vel, si mauultis, sacro virginis vtero, vera Noe arca; hodie ex agris, ramis cooperta, in clarum, remissionis, gratiæ, pacis, reconciliationis, misericordiæque signum, reuertitur. Vnde præfigere licet & augurari, diluuium & aquas diuinæ iustitiæ iam esse imminutas. O diem felicem, & celebri victoria nobilem! o diem lætum & iucundum! o beati rami (qui nobis irrefragabiles testes eritis, malorum nostrorū finem iam aduenisse, & qui certa redemptionis nostræ signa, satisfactionis nostræ arthæ, reconciliationis nostræ indicia futuri estis) vestras ego hodie laudes & triumphos canere, merita celebrare, de prædicare præconia decreui, modo tu Paraclete Spiritus intellectus aciem exacuas, tuque regina cælorum precibus ruis optulere: idcirco tibi omnes Aue Maria decantabimus.

I. Philosophus Heraclitus, tantum naturæ præceptis imbutus cum miseriis & ærumnas quas hoc in mundo cernere est, cognitatas haberet sibi; ante oculos poneret, adeo animo commotus fuit, vt toto vitæ tempore easdem deploraret. Ac merito quidem: neminem enim esse putem, qui cum molestias, calamitates, & mala quæ in mundo reperiuntur, penitus inueatur, risu audeat diffuere, sed non perpetuo sætu Heraclitum imiteretur. Testes nobis erunt filii Israel: qui cum se in Babylonica captiuitate versari viderent, miseris & ærumnis circumuallatos, perpetuo in gemitu, singultibus & lachrymis vitam trahebant. vnde Psalmista: *Super flumina Babylonis illic sedimus & flenuimus dum recordamur tui Sion.* Et sane quomodo quis apud hospitem lætos agere dies posset, qui variis eum iniuriis prosequatur, eiusq; votis plurimum repugnet: C. Plinius cum natura olim expostulans eandem arguebat, quod ceteris animantibus vt mater,

soli homini, vt nouerca existisset: sed longe mihi credite, meliori cum ratione id de mundo dicere potuisset; ipse namque ceterorum animalium benignissimus nutritus est, erga hominem vero vt inimicum & crudelium tyrannum sese gerit. In quam rem præclaros conceptus producam.

Pestilens ille serpens regulus soli homini nocet, quem solo visu etiam inficit: cetera vero animalia illi innoxia sunt, & ab eius veneno immunia. Mundus quoque pestilens illa bellua, venenoso hoc serpente infinitis partibus venenosior, bestiis non nocet; at hominem ita contagio suo inficit, vt consuetudine sua enecet, & visu etiam venenato interimat.

Crudelis ille tyrannus Pharaon Israelitas *Exod.* per diem laboribus defatigabat, & ærumnis conficiebat, circa vesperam vero flagellis terga eorum lacerabat: *flagellati que sunt qui præstant operibus filiorum Israel ab exactoribus Pharaonis.* Eadem omnino tyrannus est & crudelitas mundi: qui cum homines per vitæ diem laboribus exhauriat, & molestiis fatiget, circa mortis vesperam, quando labores iam finiti sunt, sæpenumero ad inferos præcipites etiam deturbat.

Vix intrauerat olim Ioseph domum Putipharis *Ægyptii*, quin statim hinc eum heras ad peccandum inuitaret, & illinc herus in vincula coniceret: *Tradiditq; Ioseph in carcerem ubi vincit regi custodiebantur, & erat ibi clausus.* Ad eundem modum nobiscum agitur; vix namque existere in mundo cæpiamus, quin statim hinc nos natura ad peccatum sollicitet, & illinc mundus, Putipharis *Ægyptii* exemplo, in peccati & mortis vincula coniciat; è quo nunquam egredi dabitur, nisi vt ad supplicium rapiamur. Vere igitur exclamem, o munde infelix & fallax!

Macedonum Rex Antigonus, cum de Antigonis maiestate & dignitate regia sermo incidisset, dicere solebat, regiam potestatem aliud non esse quam splendidam quandam seruitutem. Multo hoc melius de dignitate regiam miseri huius mundi dicere potuisses o rex. Ipsa namque nihil aliud est, quam pulchra quæ-

quedam captiuitas, & aurea seruitus. Et quemadmodum Naaman Syrus opibus quidem affluens, & regali more induebatur, sed corpus eius lepra oppletum erat: ita quoque mundus vetus ille princeps, diuitiis quidem abundat, & aureus apparet; sed si quis penitus & propius eum intueatur, inueniet proculdubio lepra eum coopertum, putredine repletum, abominationibus refertum, & vitis sceleribusque foedatum; denique aliud nihil esse quam meram vanitatem, ac meras inanias. Cum ingentem illum Babylonis colossum contemtor, cuius caput aureum, pedes vero lutei & fragiles, quique ad minimi lapilli contactum in puluerem & in cinerem euanescent; veram & genuinam mundi imaginem mihi videor intueri. Intueor namque frontem eius splendore & auro effulgentem, honoribus & diuitiis nitentem, at pedes eius non nisi lutum sunt, terra, nihilum, nisi mera vanitas: quæ omnia in fumum abeunt, statim vt minimus fortunæ aduersæ lapillas incidit. Neque enim plus mundus firmitatis securitatisque habet, quam domus illa, de qua in Euang. quæ arenæ inædificata, ad primam procellam ingruentem ad terram labitur. *similis erit viro stulto, qui edificabit domum suam super arenam, & descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.* Cum enim ipse arenæ vanitatis inædificatus sit ad primum fortunæ turbinem omnia concidunt, ita vt omnes qui spem suam in eo stabilauerant, in extremo discrimine versentur, & spe sua destituantur. Quin & adhuc multo inconstantior es ô munde, quippe qui non nisi mare es, & mare quidem periculosum, procellosum, vndosum, lapidibus & scopulis infame, fluxuum & refluxuum continuam vicissitudinem habens, in quo perpetuæ agitationes, mutationes assiduæ, & continua inconstantia: de cuius amatoribus & incolis scriptum legitur: *Vidi impium super exaltatum & eleuatum sicut Cedros Libani. vide affluxum: Transiit, & ecce non erat. vide refluxum.*

Mundus denique nihil aliud dici potest, quam Euripus quidam mille de die agitatio-

nes & fluxus secū deuehens, quam Protheus in omnes sese figuras conuertens, quæ Chamaeleon omnes, sibi quibus inhærebat colores adaptans. Exempla requiritis? Romam eamus, in qua velut in theatro, varia ludibrij mundi huius exempla spectabimus. Videbimus imprimis orbis illum potentissimū Monarcham Iulium Cæsarem, quinquaginta victoriis nobilem, tot præliis feliciter peractis insignem, viginti duobus vulneribus in curia, in conspectu totius senatus trucidari. O instabilem rerum fluxum, & fluxus fortunæ vices! Inde in Orientem secedamus, videbimus illic orbis fulmen, mundi domitorem, nouorum quinetiam mundorum inuestigatorem, Alexandrum Babylonem veneno extinctum, triginta ipsos dies, vt informe cadauer, iacentem, & sepulturæ honore, qui etiam vilissimo seruo non denegatur, destitutum. O fortunæ vices admirabiles! Videbimus deinde in carceribus tuis, ô Iudæa, superbum illum Chanaanæorum tyrannum Adonibezech, illum 70. olim regum regem, quos instar canum micis ex mensibus decidentibus aluerat, regno deinde exutum, & eandem fortunæ aleam experientem. O vicissitudinem varietatemque rerum! Quin & Sedechiam regem mihi velut in theatro proponis ô Israël, qui cum diuitiis & opibus afflueret, magnamque rerum copiam coaceruasset, mundo lætum auertente vultum, captiuus in Babylonem abductus est, filij eius crudeliter iugulati, thesauri direpti, oculi eruti, vxor violata, regnum denique euersum, & in seruitutem redactum. Hem quænam procella ô Alia in cōmunde; quam euidentia inconstantia argumenta! sunt & alia tragicæ huiusce fortunæ mundi exempla passim in Historicorum libris obuia, vt in primis de Imper. Roma. Valeriano: hic orbis imperium cum moderaretur, & à Persarum rege in captiuitatem abductus esset, eo inopiæ calamitatisque redactus est, vt barbaro Ephippiarij munus obiret, stapedemque teneret Persa equum conscendente. Ecce & aliud instabilitatis mundi exemplum, non minus quam priora illa admirandum. Syracusius ille tyrannus Dionysius tam iniquum fortunæ iratæ vultum expertus est,

vt amisso regno, sceptri loco ferulam in manus sumpserit, ludumque literarium in Grecia in senectute aperire fuerit coactus. An non hæc vobis manifesta mundi vanitatis inconstantiaque exempla videntur, Auditores? & mirabiles fluxus & refluxus? At parua sunt hæc, si cum eo quod mox narraturus sum contulerimus.

Videte namque vt hodierna die Rex Regum Chsistus, hominum & Angelorum Saluator, ac Dei filius Ierofolymam ingrediat, vt acclametur vndique, Viuat rex, via circumquaque peristromatis circumuestiantur, rami per viam spargantur, fausta acclamationes perstrepat. Et ecce mutatis vocibus post quinque eum dies ad mortem deposcent. Tragica hæc historia in Evangelij nostri theatro spectanda hodie proponitur: prologum D. Matthæus agit dicens: *Benedictus qui venit in nomine Domini, hosanna in excelsis*. Primus eius actus in triumpho Christi, quo Ierofolymam ingressus est, consumetur: secundus mundi inconstantiam & varietatem spectandam dabit: & duobus hisce actibus totum tragœdiæ huius Argumentum comprehensum vobis exhibebitur spectandum. Quod ad primum actum spectat, Evangelista magnum illum Christi triumphum & magnificum eius in Ierusalem ingressum describens, eum ait asino insedisse, & duodecim Apostolos piscatores veluti stipatores habuisse pauperes Iudææ, veluti assecelas & aulicos: loco peristromatum, ramos arborum, quos turba in viis sternebant; tubarum loco, faustas & lætas populi acclamationes, clamantes: *Osanna in excelsis*. Spectamus in hoc introitu humilitate mixtum splendorem, atque sublimibus omnia mysteriis plena. Et sane nunquam Princeps ille introitum fecit, qui non semper magnificum quid in se habuerit, ac quandam maiestatis speciem demonstravit; in natiuitate namque sua, cum in hunc mundum ingrederetur, video stellas obuiam quodammodo procedere, Reges extremis Orientis regionibus excitos Bethleem eum adoratos magno comitatu aduolare; pastores e Iudææ montanis Angelorum excitatos concentu ad stabulum properare; Angelos in

aire, *Gloria in excelsis* modulari. Et ecce hodierna die, cum paucis post diebus morturus sit, Ierofolymam ingredienti omnis ciuitas obuiam procedit, via & compita vestibus insternuntur, musica symphonia vbi que perstrepat, atque omnes eum mortales velut regem agnoscunt. Et veluti Cygnus, cum morti appropinquat, suauissime concinit: ita quoque egregius ille Cygnus Iesus Chsistus, morti vicinus gaudet, exultat, plaudit, & omnia lætitiæ carminibus replet.

Hic scilicet Veteris Testamenti figuras completas dicere possumus. Lego namque in Exod. agnum qui in Paschate immolandus erat, s. ante diebus Ierofolymam cum ramis arborum ex agro deduci oportuisse. Hic vero video agnum illum immaculatum Iesum Chsistum, ex agris & deserto Ierofolymam quoque cum gaudio & iubilo, ramisque arborum deduci, vt post 5. dies in monte Caluaria immoletur. Filij Prophetarum, videntes spiritum Eliæ in Helisæum descendisse, obuiam illi venerunt, vt illum vsq; Iericho deducerent, magna que animi demissione eundem adorauerunt: at hodie Iudæi Patriarcharum filij, e miraculis quæ Chsistus edebat colligentes spiritum Dei in eo habitare, obuiam illi procedunt, Ierofolymam urbem multo nobilitorem, deducunt, & honore ac reuerentia singulari intantem prosequuntur. Quid amplius? Dauid Rex post cladem Amalecitarum, spoliis onustus, & hostilibus exuiis ditatus, urbem Ierofolymam ingrediens, lætis populi applausibus, faustisque acclamationibus exceptus est dicentium: *Hæc est præda Dauid*. Hodie hanc figuram adimpleri videmus; namque dies est, qua Dauid noster, Chsistus, deuictis hostibus, dæmonibus scilicet atque omnibus inimicis profligatis, urbem triumphans ingreditur. An non auditis, vt milites eius, angeli nimirum in cælo, & homines in terra, qui omnes sub illius signis merent, inclamant: *Osanna in Excelsis; Benedictus qui venit in nomine Domini*.

Cum Deus Opt. Maxim. domum Achab & omnem posteritatem eius euertere decreuisset, Elisæum Prophetam misit; qui Iehu

Iehu regem eius loco vinctum folio impone-
ret, regnumq; in eum transferret, qui quam
primum vt in regem declaratus fuit, omnes
statim subditi pallia pedibus eius substraue-
runt, & lætum insonuere clasticum, elaman-
tes, Viuat Iehu, viuat rex Iehu: An non idem
penitus hodie contingere videmus? Iesu
Christo nempe in regem proclamato, & Ie-
rosolymam cum triumpho & iubilo intro-
eunti, vt Saranæ regnum & imperium sub-
uertat & destruat; omnes Iudæos occurrere,
vestimenta in via pedibus eius substernere,
clara voce vbique inclamare: *Benedictus qui
venit in nomine Domini*. annon hæc figuræ suf-
ficiunt? annon triumphus hic vobis admi-
rationem incurrit? quem dudum ante præui-
derat Propheta vaticinans: *Dicite filia Sion,
Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super
Asinam.*

Zach. 9.

Cōceptus
in signis &
modis in-
uitandi ad
S. Cōmu-
nionem.

Exod. 19.
Isai. 6.

Exod. 25.

Exod. 17.

Dicit. 32.

Psal. 2.

1. Reg. 17.

1. Reg. 25.
Gen. 9.

eam ab omnibus Iudæis exhiberetur; sed qui
excitandus aliquando, maledictionem in
impiam eorum posteritatem euibrabit. *Ecce
venit tibi mansuetus*; Plenus dulcedine &
benignitate, nihil præter amorem spirans,
non nisi de pace, de gratia & misericordia
loquens; quid postulas amplius? quid ti-
mes? infidet ecce asina, principes eius
non nisi piscatores sunt, milites & cohor-
tes, alia arma non gestant, quam ramos ar-
borum.

Dicite filia Sion, quam lætum nuntium, III.
quanta lætitia, & quam lætum iubilum, ô Insignes
animæ castæ, filia Sion! Hodie namque ô cōceptus.
Tobig mater, misera, inquam, natura huma- Tob. 10.
na, filium tuum adeo expectatum venien-
tem vides. Hodie ô Iacob, ô infelix Adam,
tibi nuntius affertur, paruum tuum Ioseph
quem nunquam te visurum putabas, viuere Gen. 45.
& regnare in tota terra Israël, regem quo-
que Ierusalem esse declaratum, & breui ro-
tius orbis imperium adepturum, ô iucundos
nuntios!

Sed quisnam tuus est introitus, ô rex Isra-
el! anne tali ille dignus rege, qualem omnes
te esse scimus? *Quænam* illa tua trium-
phandi ratio est? Vbinam estis Angeli? Quid
agitis Cherubin? Cur Dominum & regem
vestrum non stipatis? Vbinam modo sunt,
Daniel, millia millium ministrantium ei, & Dan. 7.
decies centena millia assistentium ei: fierine
potest Saluatorem meum tam humili habi-
tu procedere? Video namque C. Cæsarem Trium-
Romæ in curru eburneo triumphantem, phi Ro-
quem 40. elephantibus trahebant: video Anto-
manorū.
nium à leonibus inuectum; Aurelianum ve-
ro carpento, quod à cervis trahebatur, infi-
dentem; & ecce orbis Dominus & monar-
cha hodie Ierolymam asinæ inuectus in-
greditur, in humili animali triumphum a-
cturus.

Tradit adhæc Suetonius, nunquam Ne- Sueton in
ronem Romam ingredi solitum, nisi mille Nerone.
rhædis stipatum, soleis mularum argenteis.
Sesoftrin quoque Ægyptiorum regem tra-
dunt curru vehi solitum, quem quatuor re-
ges sceptris & diademate superbi trahebant.
Et sane vt Ethnicos relinquamus, Salomon 2. Paral. 9.
Rex Israël habebat vltimum quadragin-

ta equorum milia in stabulis, curruum, equi-
eumque duodecim milia. O ingentem re-
gis alicuius priuati splendorem! & ecce re-
gum ille rex Christus non nisi vilem & abie-
ctam habet Asinam, o paradoxa! o res admi-
rabiles!

Vbinam sunt modo Deus meus penna
ventorum, super quas te ambulare tradit
Pfal. 105. Psalmista: *Qui amouit super pennas vento-
rum?* Vbinam sunt iam Cherubin, qui tibi
Pfal. 79. loco sedium sunt: *Qui sedis super Chi-
rubin?* Vbinam sunt curru illi triumphales,
de quibus locutus est idem Psalm. *Curru
Dei decem millibus multiplex Dominus in eis in
Sinai, in sancto.* O humilitatem, & pauper-
tatem singularem! o Philosophiam vere
sanctam & admirabilem! Exclamat hic D.
Hom. 67. in Ioan. Chrysoft. & extra sese quodammodo
Matth. raptus demiratur: *Nascitur in praeseptis, fa-
met in deserto, conuiuia panibus hordeaceis cele-
brat, pauperibus stipatur, hodie Asina uohi-
tur, nudus in cruce moritur.* Nec hoc nouum
tibi videatur Chrysofome, sed cogites ve-
lim, Principem hunc semper paupertatis,
humilitatis, arummarumque nolstrarum pro-
fessionem fecisse; vnde ait: *Pauper sum ego,
& in laboribus a iuuentute mea.* Pauper quip-
pe fuit in natiuitate, pauper in toto vite cur-
su, pauper in introitu, pauper in exitu, pau-
per in morte, pauper denique & humilis in
omnibus.

Genes. 45. Ioseph Patriarcha licet in tota terra Aegy-
pti primus a Pharaone rege dominaretur,
nunquam tamen prioris suae conditionis
oblitus est: quam ut magis magisque pate-
faceret, & generis sui ignobilitatem omni-
bus demonstraret, fratribus praecipit ut pa-
lam profiterentur, & coram Pharaone dice-
rent: *Viri pastores sumus, & patres nostri.* Re-
fert quoque in Apophthegmatis Plutarchus,
Agathochem Siciliae regem figuli filium, ne
qua forsitan inanis gloriae titillatione ob re-
gnum adeptum, alio sum extra mentis sta-
tum abriperetur, & ut prioris vsque vite me-
mor foret, vasa aliquot lutea inter aurea &
argentea, in mensam semper voluisse infer-
Chron. Pol. ri. Lechas quoque Poloniae secundus Rex
l. 6. s. qui ab aratro ad regnum vocatus erat, ve-
stimenta sua rustica, quibus in agro vsus e-

rat, in eminentissimo palatii loco voluit su-
spendi; ut vestium ille assiduus intuitus, ori-
ginis obscuritatem, generisque ignobilita-
tem ei semper in memoria reuocaret. Egre-
gia profecto historia: at ecce hic aliam lon-
ge admirabiliorē; videte hic Iesum Chri-
stum, qui, cum & Messias, & totius Iudae
Rex ab omnibus haberetur, ut tamen humi-
lis suae conditionis, suae infimae originis, qua
ab infelici Adami progenie descenderat,
meminisset, inter medios honores & pom-
pam regiam, humilitatis signa demonstran-
tem, & asinae insidentem.

Audite quaeso benignis auribus, quae mox
dicturus sum. Magnus ille Thebanorum dux *Plat. in E-*
Epaminondas, cum insigni quadam parta *paminonda*
victoria domum reuersus senatum reddere *& Aphe-*
deinde certiorē vellet; multis vnde quaque *ibid.*
affluentibus, ut tam nobilem & tot victoriis
insignem ducem viderent, eique de victoria
congratularentur, ipse domo vili quadam
veste indutus egressus est, facie subtristi &
ingressu quodam ad tristitiam composito.
Quam subitam mutationem omnibus de-
mirantibus, & causam eius sciscitantibus
respondit: *Nimum heri mihi placuit: fortuna
mutatio metuenda est.* Hic vero alterum E-
paminondam conspicimus, omnium regum
regem, & ducum ducem Christum Domi-
num, qui paucis abhinc diebus nobili illo
miraculo in Lazaro resuscitando edito fa-
ctus celebris, & hodie tot honoribus affe-
ctus, metuens ne fortunae rota conuertatur,
eumque ad infimum ignominiae gradum
deiciat, subtristior apparet, asinaque inue-
hitur.

Non est porro mi Domine, quod fausto Insignis
hoc populi applausu te iactes, aut de laeto conceptu
hoc introitu nimum tibi gratuleris; non ig-
noras enim quam parata tibi crux ma-
la paritura sit, quibusque te supplicis affe-
ctura. Dicere iam poteritis, quod dixisse o-
lim Philippum Macedonem tradunt: cui cum
tres eodem tempore laeti nuntij afferrentur,
Alexandri primum filii natiuitas, equorum *Plat. Apo-*
deinde suorum in stadio Olympico victo- *phibius.*
ria, postremo urbis eiusdem per aliquem
e suis expugnatio: statim humi prostra-
tus, oculisque in caelum sublatis dicere in-
cepit,

cepit, fortuna moderare lætitiã, ac tristi aliquo nuntio tantam felicitatem tempera, ne postea simul omnia in caput meum ingruant infortunia. Id ipsum te dicere velim, o mundi redemptor; cum in gentes hæc honores vides, cum factum illum populi applausum percipis; dic audacter, o fortuna, o munde, o synagoga, quibus me malis & calamitatibus referuatis!

Post celebrem illam victoriam, quam Dauid de Amalecitis reuultit post communem totius populi lætitiã, post applausum & acclamationem vulgi, tristis subito nuntius de prostrato Israele, de morte Saulis & Ionathæ, omniumque fortissimorum Iuda, allatus est. Ad eundem quoque modum in magno hoc Christi Iesu triumpho, post tantas victorias quas de diabolis reuultit, tristis de instanti passione, cruce, de morte deniq; ei parata allatus est; eiq; omnia quæ impendebant reuelata. Cælitus namq; intellexit post quinque sibi dies in crucis patibulo, idq; in monte Caluarie, in totius orbis conspectu, esse moriendum.

O munde, quam merito te prius maris nomine nuncupavi, nihilque te esse dixi inconstantius; si ferine potest, vt tam iniquam in caput Redemptoris mei prodicionem pares? Hodie illum vt regem colis & adoras; & post quinque dies, vt latronem, cruci affiges. Hodie Casari eum præponis; & post paulo Barrabæ postpones. Munde impie & nefarie, similem te si Ioabo esse dixerò, non penitus erraturus videor; ille enim Abner, principem militiæ Saulis, benigne affatus, nefarie interemit: tu vero nequam & scelerate Saluatorem, meum honoribus prosequi videris; & eheu! ad crucem eum deducis, in qua eum deinde mori coges. Eadem tua simulandi ratio est, qualis fuit Simeonis & Leui; qui cum se amicos Sichemi fingerent, eidem inscienti & nihil minus cogitanti vitam eripuerunt. Quotidie apud te fieri, munde, cernimus, quod olim in aula Assueri Regis contigit: in qua Aman eodem quo cum Rege & Regina comederat die, sublimis in patibulo suspensus fuit. Eodem enim tempore, quo Messiam cælestem illum Regem, in te suscepis, eodem ei & necem machina-

ris. Ecce hic o Iudæi redintegratum quod olim in Daniele peractum fuit; hic enim cū Princeps Sarraparum & omnium purpuratorum caput, totiusque Babilonici Regni supremus denuntiatus esset, postmodum in lacum leonum deiectus est. O polum ingratum! Hodie inclamas, Viuat rex, & exaltetur Iesus Nazarenus super omnes Principes terræ, & eheu! post quinque dies clamabis, inconstans & varians Chamæleõ, Tolle, tolle, cruce fige, O perfidiam inauditam! O prodicionem singularem! o nequitiam incomparabilem!

Ad vos redeo, o animæ, & inceptam de læto hoc ingressu materiam prosequor. Ecce Rex tuus venit. Accurrite omnes vdequaque, properate animæ, vt lætum hunc ingressum contemplemini. Video namque hinc aliquos ramos ex arborib; præscindentes: diuites nimirum & magnates, ambitiosos & cleuatos, nisi iudicans fallor; qui in summis arboribus honorum confidentes, in cedris nempe diuitiarum, Christo introeunte, superfluas & exstantes ramos amputant, vt eos ad pedes eius, id est, pauperes, prosterant. Illinc video alios vestimenta in via sternentes. Sunt sine dubio animæ penitentium, qui corpora sua castigantes, & omnes peccati exuias deponentes, ad crucis eas pedes deponunt, ibidemq; terra obruunt, vti olim Iacob vxorum idola. Quando sol capiti alicuius ex diametro supereminet, tantus æstus & calor percussum inuadit, vt vestes exuat necesse sit. Ita quoque sole iustitiæ ex diametro Ierosolymæ supereminente, tantus in ea æstus est, vt omnes sese exuant, eique vestimenta substerant. Video & alios, iucundissimo cantu æra permulcentes, & cantantes. *Osanna in altissimis, benedictus qui venit in nomine Domini.* Sunt hi mei iudicio homines, & ipsi etiam Angeli, qui memoriam passionis Domini celebrantes, eundem semper præcedunt, mille laudes decantantes, & immensas gratias ob singulare illud Redemptionis beneficium agentes. Properate igitur, vt iucundum hoc spectaculum videatis; ante omnia vero, vt quo animo, qua lætitiã, quoue triumpho hodie

IV.

Quid denotent ii. qui ramos ex arborib; cædunt.

Quid ii. qui vestes in via sternunt.

Quid ii. qui Osanna cantant.

Domia

Dominus Ierusalem ingrediatur, cernatis.

Dicito mihi Domine Iesu, vnde hæc tam insolita tibi læticia, vnde hæc tanta tibi iucunditas? quare gaudium tuum ramis hisce triumphalibus, per faustam illam acclamationem populi, declarare voluisti? Omnes nimirum illæ externæ species, & triumphi, desiderium tuum indicabant, quod à tanto iam tempore conceperas, vt nostri causa aliquid pati posses. Ita namque prædixerat vates ille regius; *Exultauit ut gigas ad currendam viam.* idque ad exemplum delphini, quem tradunt naturalium rerum auctores, exultare cum grauior tempestas impendet. Hinc primogenitus ille cœlestis, magnam illam passionis procellam impendere præsciens, exultat, lætatur, ac triumphali iubilo animi sui gaudium restatur. Atque vt Ægyptii in filiorum morte exultabant, ita totus orbis in morte infantis cœli, nescio quo occulto imminentis eius passionis instinctu gaudet & exultat. Hic denique cygno moriente cantus exauditur, & lætum in funere eius carmen funditur.

O amorem, & claritatem singularem! ò Ætnæos ignes! ò fornaces diuino æstuantis incendio, quæ filium Dei ad mortem impellitis, & cruci suffigitis! Expressa sunt hæc omnia in rufa illa vitula quam immolari iussit Deus extra castra, cuiusque cineres in expiationem munditiæ legalis adhibebantur. Sed quare hunc potissimum colorem putamus Deum delegisse, nisi vt nobis rubicundum & cruentum humanitatis Iesu Christi sacrificium, quod extra Ierosolymam pro peccatorum totius mundi expiatione offerendum erat, declararet; & color illertubeus ardētem illam charitatem, quæ eum ad hoc sacrificium peragendum impelleret, significabat. Ille est ignis qui eum interius hodie ita succendit, vt magna animi alacritate & gaudens ad redemptionis nostræ sacrificium faciendum accedat. Et sane quis eum cœlo euocauit nisi charitas? quis eum flagellis, cruci, ferro, supplicis, morti denique subiecit, nisi ardentes illæ charitatis faces & æstuaus salutis nostræ desiderium? Illa, illa charitas, de qua Salo-

mon in cant. ait: *Aqua multa non potuerunt extinguere charitatem,* est sine dubio dulcissimum holocaustum, quod gloriæ paternæ, nostræque salutis amore æstuaus & succensum, in ignem passionis se proiecit, vt cineres eius, gloriosa scilicet merita, omnia mundi peccata & crimina expiant.

Quid bone Iesu? anne tibi adhuc animus est applausum illum populi excipere? an non amplius crucis meministi? Magna quidem fuit passio Domini, sed amor & charitas erga te ò anima, quæ eodem illum impellebat, multo maior & vehementior. Contemplare obsecro sacræ illius humanitatis vulnera, sunt illa tibi totidem quasi figura, & quodammodo fenestræ, per quas amorem in eius corde secreto æstuantem perspicere possis. Sed erro, & impono tibi, ò anima; non enim sufficiunt illa ad magnum illum charitatis ignem tibi demonstrandum: plus enim latet intrinsecus, quam patet de foris; vix namque mediam amoris partem ipsa expressit passio. Cuius regiam in libris Regum figuram intueor. Scriptum est enim Salomonem in templo suo fenestras obliquas fecisse, quæ interius quidem erant latissimæ, at exterius angustæ, adeo vt qui eas forinsecus videret, de earum interiori latitudine iudicare non posset. O sacra Christi humanitas, fuisi sine dubio templum hoc, & vos ò læta vulnera totidem fenestræ per quas patet dilectio, quam erga animas nostras ostendit filius Dei vnigenitus; obliqua tamen facta estis, adeo vt grandiora sitis intrinsecus quam extrinsecus: & foramina exterius parua sint & exigua, si charitatem intus æstuantem consideremus, paratum mille iterum cruces, passiones nouas, & vulnera multo grauiora & atrociora satiusque patientia perferre, quam hæc ipsa quæ gestat. Adde vt qui vos videat, de amoris illius magnitudine diiudicare non possit, is enim multo maior est, quam tota eius passio. *Obstupescite cæli super hoc,* Sinite cursum orbis cœlestes, ac videte mecum, filium Dei hodie in triumpho suo exultantem; ac post quinque dies in crucem sustollendum. Lynx illa quæ videt & penetrat omnia: fructum

Psal. 18.

Exultat Dominus quando de passione loquendū est.

Num. 19.
Figura.

Fructum passionis inspicit & prospicit, videt mundum passione sua redemptum, peccata remissa, cœlum apertum, Patrem hominibus reconciliatum, tartara dispoliata, hominem salutis redditum, gratiam denique obtentam; an non igitur magnam gaudendi & exultandi legeret habet? Hoc ipsum scilicet est, quod toties, tamque ardentem desiderauit, dicens: *Desidero desiderans hoc Pascha manducare.* O Iesu admirabilis, tu Salamandra es, quæ in flamma velut in deliciis viuus & palceris: es rosa, quæ odorem effundis, & florem reseras inter medios aculeos; es struthio quæ durissimum passionis ferrum & chalybem digeris & consumis.

Matth. 26.
In ignis
cœceptus.

Iam vero tempus est, vt peccatis egrediamini, filie Sion, & videatis regem Salomon in diademate, quo coronauit eum mater sua in die lætitiæ cordis ipsius, id est, die passionis, die triumphus & gaudii quem tantopere desiderauit. Egredimini igitur, abscindite ramos illos superfluos diuitiarum & opum, eosque ad terram prosternite. Deponite vestimenta illa vetera peccatorum vestrorum, *Exspoliantes vos veterem hominem*, vt ait Apostolus; clamate & cætate indefinenter. *Osanna filio Dauid*, id est, Domine cõserua te, vel, vt alia versio habet, Deus regem nostrum custodiat, & prospera cuncta ei succedant: felicem scilicet successum habeat ingens illud passionis, quod ei iam instat, certamen, & victoriam in eo euadat, atque ideo his ad Deum Patrem verbis in clamemus.

Col. 3.

O Pater æternæ, omnipotens exercituum Deus, qui ab omni æternitate filium dilectum ad mundum debellandum in terram mittere destinaisti, vt homines damnatione eriperet, & pro peccatis nostris apud maiestatem tuam satisfaceret: quippe eum hodie ad crucis certamina, ad passionis prælia, ad Caluarie bella immittis; *Osanna filio Dauid*, feliciter regi nostro omnia succedant: *Domine saluum fac Regem*, ad bellum hodie properantem. Crudele haud dubie illi imminet certamina, o Pater, & graue ei instat bellum: nam vt omnis armorum vis in Regem Israel inclinabat, vt ait Scriptura; ita timeo ne totus iræ tuæ & cholerae nimbus, omnis dæmonum vis & potentia, omnes Iudæorum furia &

Psal. 19.

2. Reg. 23.

Tom. 1. Bessai Quadrag.

rabies in vnicum regem nostrum exonerentur. *Osanna* igitur *filio Dauid*, conserua illum, protege illum, eumque ab omni grauiore periculo immunem præsta; *Osanna filio Dauid*.

Tu vero sume animum, o mundi Redemptor, salua te ipsum o rex, fili regis, regum rex, & totius vniuersi monarcha. sume inquam animum & noli timere, moriens enim ad exemplum Sampsonis inimicos morte afficies. Eia age, spondet namque Pater, feliciter omnia tibi successura, non secus atque olim Patriarchæ Iacob, percusso quidem sed tamen victoriam consecuto: vulneraberis quidem in cruce, & vulnere lethali, sed victoriam sine dubio consequeris. *Osanna* igitur, salua nos, tua nobis gratia succurre, vt postquam fidele tibi hoc in mudo obsequium exhibuerimus, triumphumque tuum in Ierusalem hac inferiori admirari fuerimus, multo gloriosiotem & excellentiorem in Ierusalem cœlesti spectare possimus, vt te in æternum illuc laudare & benedicere mereamur cœlesti beatitudinæ perfuantes.

FERIA II. HEBDOMADÆ MAIORIS.

De sacrosancto Missæ sacrificio.

Partitio.

- I. Fuisse semper esseque oportere sacrificium.
- II. De substantia Missæ.
- III. De perennatione Missæ cum Ecclesiâ.
- IV. De blasphemantibus Missam, & eam celebrantibus.

Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem
Melchisedech. Psalm. 109.

FIGVRA.

Postquam dilectus Deo Abraham quinque Reges profligasset, & victoriam ad propria remearet, Melchisedech Rex, & sacerdos Altissimi in lege naturæ, panem simul & vinum in gratiarum actionem de obtenta victoria Deo offerens, obuiam ei processit.

Rrr Quo

Quo nihil aliud quam sacrosanctum Missæ sacrificium denotari puto: nempe post celebrem illam de vniuerso mundo in arbore crucis deuicta victoriam, fore, vt verus ille Melchisedech, Iesus Christus, Rex simul & Sacerdos in lege Euangelica, sacrificium panis & vini quod nos Christiani Missam modo nuncupamus, Patri æterno semel ante mortem ac semel deinde per Sacerdotes, Vicarios suos, in Ecclesia offerret. Sacrificium inquam verum, licet inuentum, vere nihilominus corpus & sanguinem eius in se comprehendens: sacrificium, quod quotidie illud ipsum repræsentat, quod olim in arbore crucis semel peractum est: sacrificium denique omnium sacrificiorum summum ac primum, cuique hodiernam concionem dedicabo: modo summo illi Sacerdoti secundum ordinem Melchisedech, qui primus id ipsum obtulit, & quotidie adhuc offertur, visum fuerit intellectum illuminare, gloriosæque matri eius, suis nobis patrocinis adesse. Ideo eam salutatione & verbis Archangeli Gabrielis salutemus.

A V E M A R I A.

Quod Q. Curtius Trogus, eiusque abbreviator Iustinus de Alexandro Macedone tradiderunt, eum, licet ab omnibus mundi nationibus formidaretur & coleretur, ab omnibus tamen eadem intentione & voluntate cultam fuisse: id mihi de summo illo mundi monarcha, vniuersique creatore dicere iure meritoque posse videor. Nam quamuis aliquomodo ab omnibus mundi nationibus, parum vel multum, male vel bene adoretur: omnes tamen eum velut summum Dominum per sacrificia quæ ei offerunt, agnoscunt. Adeo vt quem admodum nulla vnquam natio extirrit, adeo barbara & immanitate fera, aut nulla mundi regio adeo ab omni humanitate, hominumque consuetudine remota: quæ non semper aliquæ religionis cultum ostenderit: ita quoque dicendum sit, nullam vnquam religionem sine sacrificio, ac nullam sine sacerdotio sacrificiū existisse, atque omnem adeo mundum religionem & cultum erga Deū semper per sacrificia demonstrasse.

Vix namque conditus erat mūdus, quin statim sacrificia in vfu esse cœperint, summoque Deo offerri. Scimus enim Abelem sacrificiū obtulisse: *Abel obtulit de primogenitiis gregis suis.* Quid tamne antiqua vellet origo est, & sacrificia: anne cum mūdo existere inceperint? Non habet ecce nisi duos Adā filios, & mundus tres tantū viros, tertius sacerdotē agit, & immolat Deo sacrificium. Noe quoque statim à diluuiō sacrificiū diuinitatū restaurauit, obtulitque Deo in gratiarum actionem, quod ab vndis diluuij seruatus esset, sacrificium de omni genere animalium verba scripturæ producam: *Et fecit autem Noe altare Deo. Gen. 8. mmo, & tollens de cunctis pecoribus. & volueribus mundus obtulit holocausta super altare.* Quam vero celebre tuū sacrificiū est, o Abrahæ, cui præcepit Dominus, vnicū vt filium Isaac in monte immolare? quod reuera sacrificium fuit plenum mysterijs, quodque Christum verū Isaac, in morte, idque patris manu, propria inq̄ voluntate, immolandum demonstrabat.

Elias deinde sacrificium obtulit, in quo plurima miracula contigerunt: ignis quippe de cælo descendit, aqua comburitur, lapides flammescunt, pseudopropheta Baal cœlitus castigati emoriuntur. Laudatur quoque in Sa-
eris litteris Iob a sacrificiorū oblatione, cum enim filij quotidie epularentur, & dissolutiones conuiuiaque frequentarent, obtulit ille Deo sacrificia, ne forte peccando illi eūdem offenderent, ideoque victimis eum illis propitium reddebat. Quot igitur in vtraque lege sacrificia reperiuntur? An nondum hic finis. Summus item ille Iudæorū Pontifex Aaron, mille Deo holocausta, mille victimas, mille animalia immolauit. Video quoque filios Israhel in deserto tabernacula erigere vt in iisdem sacrificia Deo offerrent. Dauid eiusque filius Salomon superbum illud templum extruxerunt, in quo Deo sacrificarent: & sane Salomon ipso dedicationis eius die hostias pacificas, bouum viginti duo millia immolauit. O sacrificiū notile & perquam celebre! Ecce igitur à quatuor aut quinque annorū millibus, omnia plena sacrificijs, templis, altaribus, sacerdotibus, & cæremonijs repleta omnia: & quod maius est, post omnia illa sacrificia, Sacerdos & Pontifex Christus Dominus.

minus magnum illud & cruentū sacrificium in crucis arbore peragit, se ipsum Deo Patri, ad peccatorum totius mundi expiationem, offerens; quod infinitis partibus latis erat, vt mille eodem mundi redimerentur. Quod longe profecto excellentius & diuinius est illo, quod Iephte Hebræorum Dux obtulit, dum charissimam filiam in hostiam mastravit: longe excellentius illo, quod Abraham Patriarcha facere decreuerat, filium vnigenitum immolando: longe præstantius eo, quod Pythagoras obtulit, qui ob vnam in Mathesi figuram repetam hecatombas immolauit.

Sacrificium denique cruentum, quod non nisi semel oblatum fuit, sed quod nobis incruentum quotidie in oblatione Missæ repræsentatur: sacrificium, inquam, quod Iesus Christus primo instituit, & quod sacerdotes deinde in Ecclesia quotidie renouant, quodque mille locis è sacra Scriptura adstrui potest, ac potissimum verbis illis Psalmistæ:

Psal. 109. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Quæ vt vobis declarem, primo quid ipsa sit Missa dicam, deinde verum etiam sacrificium esse aperiam, & duabus hisce basibus totam Missæ dignitatem, gloriam & sanctitatem superinædificabo.

II. Principio igitur verbum, Missa, non est vox Græca, atq; ideo nulla eius in Nouo Testamento fit mentio, quod Græco idiomate ab Apostolis conscriptum fuit, sed eius loco Græci vtuntur verbo *λειτουργια*, quasi dicas publicum ministerium. Dixerunt aliqui vocem esse Hebraicam, quæ à Rabinis originè sumplerit, quæq; idem omnino signet, quod oblatio voluntaria. Sed nullo prorsus hinc nituntur fundamento: si enim Hebraica vox esset, Syri profecto & Maronitæ, atq; alij Orientales, qui Missam etiamnum quotidie lingua Chaldaica celebrant, eandem retinissent. Græci quoq; eius vsum seruassent, eamque hodierna etiam die vsurparent, vti alias quasdam voces Hebræas vsurpant, quales sunt, Amen, Alleluia, Sabaoth, Osanna, Pascha, aliaq; innumera, quæ apud eos etiam modo in vtu sunt.

Aliunde quoque colligere hoc licet, quia nimirum veteres Patres, qui Hebræam linguam optime calluerunt, vt Origenes, Ter-

tullianus, Iustinus, Epiphanius, & Hieronymus (quibus in eiusdè linguæ cognitione comparo paucos, antepono neminem) eandem nõ vsurparunt: quod sane dicere non possemus, si vox Hebræa foret: Præterea si quis vocem hanc Hebræa ciuitate donare vellet, & per eam, oblationem voluntariam intelligere; aliter eandè scribat oportet, scilicet Missach, quod hæcenus tamen à nemine factum fuit.

Dicendum est igitur, Auditores, Missam Vox Missa verbum Latinum esse, quasi à dimittendo Latina populo deriuens, quod populus in eadem dimittatur. Verum Missa vt plurimum, & communi maxime notione, significat omnem actionem sacram, quæ cruentum nobis crucis sacrificium repræsentat, & in qua plurimis cæremoniis tam præcedentibus, quam subsequenter, sacratissima Eucharistia conficitur. Denique vox hæc, Missa, deriuatur vnde cuius visum fuerit, significat omne id, quod Sacerdos ante altare peragit, & ad viuum nobis repræsentat quidquid Christus in cruce prius præstitit vnde dictum est: *Hoc facite in meam commemorationem.*

Vt autem hæc omnia intelligantur, notandum est Catholicis Auditores, sacram Eucharistiam sacrificium simul esse & Sacramentum: vt sacrificium enim, respicit Deum: multum est & vt sacramentum vero, homines: in eo quod Sacramentum offertur, sacrificium est: in eo quod nutritur, reficit, sacramentum: vt sacrificium, sacerdotem solum respicit: vt sacramentum, omnem fidelium cœterum: vt sacrificium, Missa dici potest: vt sacramentum, communio. Cuius rei figurâ depromam, Agnus Paschalis, verus sacra Eucharistia typus, non modo per domos & familias distribuebatur & consumebatur, sed offerebatur quoque, vt sacrificium. Signabat hoc sane, verum agnū, Christum Iesum, non modo à populo in sacra Communionem, vt sacramentum, sumendum esse, verum etiam in Missa, vt sacrificium offerendum. Sicut duobus mundis polis voluitur, arctico & antarctico: quorum alterum si quis auferret, tota mundi machina pessum iret & collabesceret. Ita quoque Eucharistia microcosmus miraculorum, duobus veluti polis innititur, sacramento & sacrificio: quorum vnū si quis auferret, omnè hunc mirabiliū orbem

Ezech. I. orbem subuerteret. Mirabilis ille Seraphim, quem vidit Ezechiel Propheta, duas facies habebat, hominis scilicet & leonis: sacra etiam Eucharistia, quæ mysterium omnino Seraphicum est, duos respectus habet, Sacramenti scilicet & sacrificij.

Conceptus a natura- libus re- bus petiti. Tradunt Scriptores Naturales, in Alpibus, quas olim Italiae vallum ac propugnacula appellarunt, herbam quamdam reperiri, duos tantum ramos habentem: sed eius virtutis & efficaciam, vt si animalia quæ in montibus illis viuunt, vnum è duobus ramis gustent, quamprimum emoriatur: sed si vtrumque nihil damni aut læsionis sentiant. Id ipsum de sacra mihi Eucharistia dicere licet, esse scilicet illam, plantam quamdam cœlestem, in Ecclesiæ montibus excrecentem, sed duos tantum cornua vel potius ramos habentem, sacramentum & sacrificium: quorum si quis vnum tantum degustat, moritur & hæreticus censeri debet: at qui vtrumque sumunt, & per fidem digerunt, sacrificium & sacramentum simul, nullum penitus detrimentum patiuntur, sed omnia illis ad vnum succedunt.

Cæremo- niæ Missæ. Missa igitur, Auditores, si accipiamus vt diximus, tribus in rebus sita est, consecratione scilicet, oblatione, & sumptione: tribus his præclaris actionibus tota innititur, quæ tamen omnes ad vnam referuntur, id est, ad doferre, sanctum Missæ sacrificium. Omnes porro, sed non quas vsurpari videmus cærimonias, alio non respiciunt, quam vt auditores ad pietatem excitentur, mentesque ad digne audiendum præparentur: adeo vt mirandum non sit, nec nouum videri debeat, si muratis aliquando temporibus & ipsa nonnunquam immutata sint. Hinc in annalibus ac veterum monumentis Patrum legimus, Damasum Papam, recitationem *Confiteor*, Missæ addidisse: Cælestinum, *introitum*: Diuum Gregorium, *Kyrie eleison*: Telesphorum, *Gloria in excelsis Deo*: ipsa tamen eius substantia nunquam immutata fuit, nec ipsa cærimoniam, nisi vt ad doctrinam Apostolorum veterumque traditionem quam maxime conformarentur.

Missæ sacrificium. Ipsa itaque Missa sacrificium est, & sacrificium incruentum, in quo Iesus Christus,

victimam illam in cruce olim pro totius humani generis salute oblata, Deo Patri offertur, incruentus, sine morte, sine cæde, sine passione: *Iam enim amplius Christus non moritur, mors illi ultra non dominabitur.* Non sunt sacerdotes, ò hæretici, sicarij, carnifices, Anthropophagi, barbari: non sunt noui aliqui Iudæi, qui nouas cruces erigunt, quibus Christum iterum affligant. Actio illa non est cruenta, non conspicitur illic mors, & tamen non nisi mors Christi illic renouatur. Et sane si quid huiusmodi contingeret, non hoc sacerdoti, sed Iesu Christo imputandum foret: ipse enim præcipua actionis pars est, sacerdos non nisi instrumentum.

Dico itaque Iesum Christum, sacrum ipsum peragere, ipsum hic sacrificare, sacerdotem vero sub ipso constitutum, velut instrumentum agere aut operari. Testem hic habeo Ioannem Baptistam, & quod ille de baptismo loquens de Christo dicebat: *ipse Ioh. I. est qui baptizat*, idem omnino de sacrificio Eucharistico, ac de reliquis in genere Sacramentis dicere possum: Ipse est qui sacrificat, ipse est qui absoluit, ipse est qui confirmat. Vadem quoque hic habeo Apostolum Paulum, qui ad Hebræos scribens ait, non esse nisi vnum Sacerdotem. Confitemur hæretice, & cum D. Paulo concedimus, non fuisse, nec vllò vnquam tempore futuros, plures sacerdotes, sed vnum summum Pontificem Iesum Christum: nos enim non nisi ministri eiusdem sumus, qui verba ab eodem prolata resumimus: qui eadem tantum pronuntiamus, cum ipse veluti summus Magister, vel ut Sacerdotum omnium vertex, Sacramentum perficiat; Dic veritatem Paule, qualesnam sumus, *sic nos existimet homo, vt ministros Christi*: aliud enim non sumus, quam chori frequentatores, Iesus Christus solus summus est Pontifex.

Hinc discaris velim, Auditores, Missam à nequissimo Sacerdote celebratam tanti esse apud Deum valoris & meriti, quanti illa, quam recollectissimus Capucinus celebrasset: vterque enim illo loco non nisi instrumentum est: & Sacramenta ipsa non agunt ex opere operantis, sed opere operato, vt

Theo-

Theologi loquuntur. Quidquid demum sit, sacrificium est.

figura. Reuocate quæso in memoriam, insignem quam in Leuitico legimus figuram: Præceperat olim Deus, vt duo hirci educerentur, quorum alter in holocaustum p totius populi peccatis offerretur: alter vero liber dimitteretur. Contemplamini hæc attentius, & videte, num hæc carimonia geminum illud sacrificium, quod in lege Euangelica iam iam peragendum erat de notet? Primus namque hircus signabat agni illius purissimi sacrificium, in arbore crucis pro peccatis totius orbis criminibusque oblatus: alter vero sacrificium Missæ incruentum, in quo idem Agnus Deo Patri immolatur, licet non iuguletur, licet sanguinem non effundat, aut vllum mortis periculum subeat.

Duo sacrificiorum genera. Sed quam de causa Domine, aut quofine nouum hocce sacrificium instituiti: an non sacrificium, quo in cruce oblatus fuisti, sufficiebat? An nō hoc ad mundi redemptionem satis erat? alii dne nouum ad animarum nostrarum salutem requirebatur? Quo tendis o anima? quo non rimando penetras? sed vide ne in profundis hisce mysteriorum abyssis cæcitas.

Sed hoc fixum habeto, Redemptorem tuum in arbore crucis pro totius quidem mundi salute, ac plena omnium eiusdem, vel mille etiam mundorum, criminum remissione oblatus fuisse: sed nullum inde toti mundo emolumentum posse accedere, nisi eidem rite applicetur: atque ideo Redemptorem (obstupescere obsecro, anima, bonitatem Seruatoris, & benignitatem, & immensas ob tam singulare beneficium gratias ei agito) plurima remedia instituisse & excogitasse, quibus nobis sanguinis eius in passione effusi merita applicarentur: atque inter cetera sacrificium quoddam corporis sui, non quidem cruentum, sed quod nobis eius, quod olim in cruce cruentum peractum est, memoriam refricaret, eiusque merita nobis applicaret. Porro noli dicere, Sacramenta suffecisse ad illa nobis merita applicanda, passionisq; fructus impetierendos: neque enim illa satis erant, vt meritum mortis, crucis & passionis Christi, mortuis applica-

retur, verum ad hoc ipsum sacrificium requirebatur. Deinde necesse erat, vt Christo ex hoc mundo abeunte, non minus in lege Euangelica, quam fuerat olim Mosaica & Naturali, sacrificium aliquod visibile in Ecclesia permaneret.

Sed insaniunt hæretici, frendent, & effrascere videntur, cum adhuc Ecclesia de sacrificio, sacerdotio, & præsertim de Missa quæquam loquentem audiunt. Et quemadmodum Elephanti & tigres, viso colore rubeo aut pñiceo furere & effrascere incipiunt: ita illi multo crudeliores, quamprimum vident rubrum illum sacrificij, colorem sanguine, Simile cruce, & Iesu Christi meritis rubicantem sibi obici vident, frendent & indignantur. Sed scripturis, figuris, & prophetis rem illis testatam faciamus, esse scilicet penes nos, verum aliquod sacrificium, illudq; sacrificium Missam esse.

A Dauid Propheta ducam initium: hic etenim aperte sacrificium insinuans, dixit: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Id ipsum deinde confirmauit Paulus Epist. ad Hebr. Dico igitur (ne quis Da-

uidem & Paulum, hunc Apostolum, illum vero Prophetam, mendacij coarguat) Iesum Christum sacrificium panis & vini instituisse, cuius figura fuit ipsum sacrificium Melchisedech: qui, vt patet in Genes. Abrahamo post cladem regum reuerso, panem & vinum Deo obrulit. Ecce & aliud argumentum è verbis illis: *Tu es sacerdos in æternum.* Si enim Christus sacerdos est in æternum, si sacerdotium eius perpetuum est: necesse est, vt semper aliquod sacrificium sit: nullum namque sacerdotium exiit, quod non annexum semper sacrificium habuerit. Dico igitur Domine, te adhuc summum illum Pontificem esse, & bene quidem: cum sis Sacerdos in æternum, quare necesse etiam est dicere, nos etiam modo aliquod sacrificium habere: sacerdos enim alioquin esse non posses.

Hinc factum est, vt ab ipso mundi exordio in hoc vsque tempus sacrificia continua semper serie Deus retinuerit, vt ita sacerdotium suum æternum redderet: omnes enim sacerdotes vtriusq; legis nō nisi figura & typus erāt sacerdotij Iesu Christi: vt & omnia sacri-

Hæretici insaniunt cum de sacrificio aliquem loqui aut diunt.

Simile.

III.

Psal. 109.

Heb. 7.

Gen 14.

Christus sacerdotium æternum.

sacrificia aliud non denotabant, nisi hoc nostrum. Quamobrem, si summus ille sacerdos iam fuerit sollicitus, ut sacerdotium suum, tot sacrificiis ante incarnationem suam oblati, continuum & perpetuum redderet, qui fieri potest aut credi, cum sequentibus id seculis intercidere passum esse? aut permitturum, ut sacrificium ipsum intermoreretur, & sacerdotis nomen, sibi in æternum debitum, ita exstingueretur? Aut quomodo tu David, & tu Paule sacerdotij eius æternitatem ostenderetis, si nullum amplius sacrificium exstaret aut superesset?

Probat
sacrificiū
per figu-
ras.

Exod. 12.

Venio iam ad figuras, & imprimis Agni Paschalis figuram propono, itaque arguor: Agni Paschalis oblatio, & celebratio vera sanctissimæ Eucharistiæ institutionis figura fuit: at Agni Paschalis celebratio, qua quoque erat immolatio victimæ decollatæ: necesse est igitur, ut figuratam cum figura coincidat, in Eucharistia immolationem esse, ac proinde sacrificium. Fuerunt deinde in lege Mosaica tot etiam sacrificia, quæ non nisi figuræ erant eorum, quæ in lege Evangelica peragenda erant. Necesse est igitur, nos, qui sub lege illa viuimus, verum aliquod sacrificium habere, quod per tot figuras præsignatum est: at nullum aliud habemus, quàm Missam: vnde sequitur, Missam verum esse & reale sacrificium.

1. Reg. 2.

Figuras excipiant Propheta. Propheta quidam olim Heli sacerdoti prædixit, fore aliquando tempus, quo sacerdotium Iudæicum finem acciperet, ac nouus penitus sacerdos exoriretur, qui ambularet coram Deo omnibus diebus: quod Augustin. de Messia futuro interpretatur, in cuius diebus noui sacerdotes exorirentur, qui nouum quoque sacrificij genus, quod Missam nuncuparent, oblaturi essent. Salomon quoque in Prouerbijs apertissime de hoc sacrificio intelligendus est, dicens: *Sapientia edificauit sibi domum, immolauit victimas, misit vinum & posuit mensam*: quod D. Cyprianus de sacrificio Missæ dictum existimat. Malachias aperte idem omnino vaticinatur: *Ab ortu solis usque ad occasum in omnibus gentibus, & omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda.* quæ verba de sacrificio crucis intelligi nequeunt:

Prov. 7.

Malach. 1.

neque enim vbique locorum id offertur: nec de sacrificio Iudeorum; ait enim: *in gentibus.* quare sequitur, hoc de sacrificio Missæ esse intelligendum, in quo Christus Iesus oblatio illa mundissima, Deo Patri, per omnes mundi angulos, offertur.

Præsignat quoque Daniel Propheta, Antichristo veniente & dominante, perpetuum sacrificium eius violentia intermorum, at aliud in Ecclesia sacrificium reperiri non potest, nisi Missæ sacrificium: sequitur igitur Missam genuinum sacrificium esse: quod Hippolytus Martyr ita quoque intelligendum alterit. An non igitur Missa nostra bene stabilita & confirmata est? An non S. Scripturæ, figuræ veteres, & Prophetarum oracula ab eius partibus stant? Hæretici tamen nostri temporis eam oppugnare non desinunt, & mille aduersus eam blasphemiarum, calumniarumque iacula detorquere, variisque eam diris deuouere. Kemnitius namque ait, Missam esse armamentarium & propugnaculum Antichristi Romani. Melancthon vero eam incantationem nuncupat, Caluinus magiam, Brentius diaboli commentum. Lutherus autem Germanus, ille non germanus infinitos aduersus Missam libros edidit: Anno namque M. D. XX. librum composuit de captiuitate Babylonica, & sequenti alium de abroganda Missa priuata: & iterum sequenti alium aduersus Regem Angliæ, in quo nefarius ille Apostata, horrendis in Missam blasphemijs inuehitur: & anno M. D. XXIII. nequiter etiam scripsit contra Canonem Missæ. quinquennio post, liquido confitetur in Confessione sua, nihil adeo eum exhorruisse, aut modo etiam exhorre quam Missam: nulliusque rei adeo eum penitere, quam viginti quinque annis Missam more Rom. celebrasse. Denique anno M. D. XXXIV. iterum de Missa priuata librum composuit, in quo non est veritus dicere, apparuisse sibi demonem, & conceptis verbis persuasisse, ut crederet, Missam aliud non esse quam abominationem horrendam: nec hoc sese scribendo fingere, aut fascinatam se tū aliqua illusione fuisse, sed apparuisse sibi demonem, cum integris esset sensibus nec crapula grauatus.

© blas.

IV. O blasphemias horrendas ! calumnias
Absurdi- orco depromptas ! sane si verum esset, quid-
tates, quæ quid impii illi obganniunt : iam à mille &
inde con- amplius annis Ecclesia cæco errore delusa
sequeren- idololatriam exercuisset, & magna sese impie-
ret, si bla- tate pollueret: dicunt enim D. Greg. Magnū
phemias iam à mille quibus vivere desit annis, Mis-
harético- sam instituisse, aut eius usum renouasse: Se-
tū essent- queretur hinc quoque, Christum sponsam
vere. suam amisisse: hac enim idololatria com-
missa, non poterat Ecclesia eiusdem sponsa
permanere. Ipsa etiam promissa Iesu Christi
falsa fuissent, qui Ecclesiam promiserat, fidem
eius, integritatemque perpetuam & inuio-

Matth. 16. *Et porta inferi non præualebunt
aduersus eam.* Angelus quoque Gabriel Vir-
gini mentitus fuisset, dicens: *Et regni eius non
erit finis.* Pseudopropheta fuisset Paulus,
cum scripsit Ecclesiam fallere nec falli pos-
se: cum præsertim ipsa sit fundamentum &
columna veritatis. O absurditates impertin-
entes! Sed alia etiam grauiore sequeretur:
sequeretur hinc sine dubio omnes illos viros
sanctissimos, qui iam à mille & amplius an-
nis mortui sunt, qui Missam vel audierunt,
vel celebrarunt, tot & tantis miraculis editis
celebres, idololatriam exercuisse, & impios
nefarios, ac sacrilegos extitisse. Sed quis hæc
sine lachrymis referat Domine? Quis cre-
dat te ò Pater benignissime, qui Sanctis tuis
tot res minime necessarias reuelasti, nulli
vnquam, nec etiam viris sanctissimis, anteq̃
Lutherus id docuisset, rem adeo prægnan-
tem, ac tanti momenti, & mysterium tanti
ponderis reuelasse.

Tam procul porro abest, ò Catholici Au-
ditores, Missam abominationem quandam
esse, vt nihil eadem sanctius aut diuinius re-
periri queat: nihilque vnquam magis vene-
randum calidius missum sit. Ipse namque Ie-
sus Christus eius auctor est & institutor: Qui
pridie quam pateretur, dixit: *Hoc est corpus
meum, quod pro vobis datur*, id est Patri offer-
tur. Ipsi quoque Apostoli Missam celebra-
runt, ac sacerdotes fuere: vnde in Actibus A-
postolicis scriptum est, *λειτεργον παν ωτων*,
id est *sacrisantibus ipsis*. Quod de alio quam
de sacrificio nouæ legis, quod ipsa est Missa,
æquit intelligi.

Luc. 1. *Pseudopropheta fuisset Paulus,*
cum scripsit Ecclesiam fallere nec falli pos-
se: cum præsertim ipsa sit fundamentum &
columna veritatis. O absurditates impertin-
entes! Sed alia etiam grauiore sequeretur:
sequeretur hinc sine dubio omnes illos viros
sanctissimos, qui iam à mille & amplius an-
nis mortui sunt, qui Missam vel audierunt,
vel celebrarunt, tot & tantis miraculis editis
celebres, idololatriam exercuisse, & impios
nefarios, ac sacrilegos extitisse. Sed quis hæc
sine lachrymis referat Domine? Quis cre-
dat te ò Pater benignissime, qui Sanctis tuis
tot res minime necessarias reuelasti, nulli
vnquam, nec etiam viris sanctissimis, anteq̃
Lutherus id docuisset, rem adeo prægnan-
tem, ac tanti momenti, & mysterium tanti
ponderis reuelasse.

Quosnam vero testes habes, qui referant Apostoli
Apostolos Missam celebrasse? Leonem Pa-
mam imprimis, qui id ipsum in magno illo celebra-
Chalcedonenſi Concilio afferuit: Abdias runt.
quoque Babylonius, Hidorus, aliiq; fide di-
gnissimi auctores tradunt S. Petrum Aposto-
lum Missam Antiochiæ celebrasse. Ignatius *Epist. ad
Trallens.* etiam Martyr multo id clarius pronuntiauit,
dum Clementem & Anacleum eiusdem in
celebratione Diaconos fuisse ait. Cum vero
Apostolus Paulus sacrum diceret, Linus &
Timotheus eidem astiterunt, Iacobo vero
S. Protomartyr Stephanus. Audin blasphemæ
Luthere: tres ecce Apostoli Missam celebra-
runt: Tu igitur eos idololatriam argue, impie-
tatis arceſſe, sacrilegii inſimula, & diuis de-
uotos appella.

Anne clarius adhuc & euidentius argu-
mentum postulas, ò Catholici? perlegite
Liturgiam S. Iacobi: inspicite vitam S. An-
dreæ Apostoli, fratris Simonis Petri, qui am-
bo Apostoli fuerunt: & reperietis, hunc quo-
tidie Missam celebrasse: nam cum Ægeas
proconſul eum ad sacrificia idolis offerenda
cõpelleret, cõſtanter respondit: *Ego quotidie
sacrificio agnum immaculatū, Iesum Christum
quotidie in tremēdo Miſſæ sacrificio immo-
lo: Deoque Patri offero.* Sed relictis Apoſto-
lis ad propiora tēpora veniamus. S. Ambro-
ſi. ſapiffime Miſſa mentionē fecit. S. Auguſt.
quoque frequens in Miſſis celebrandis fuit,
atque omnis antiquorum Patrum chorus
ſemper de Miſſa locutus eſt. Atque hæc ſunt
teſtimonia à mille ſexcentis annis producta.

O igitur vere ſancſtam Miſſam, ò ſacrum,
venerabile, honorabile & adorandum Sacra-
mentum & ſacrificium! ò ter beatos ſacer-
dotes, qui ad tam auguſtum miniſteriu eſtis
deſtinati! At multo vos feliciores, q̃ magna
attentione, pietate, animique ſancſtūmonia
Miſſæ intereſtis. Nolo vos, ò pie mulieres cū
ſacro intereſtis, amplius libris precariis vtī,
ſed meditatione quadam ſancſta velim vos
diſtineri, & præ admiratione eorū, quæ ibi-
dem peraguntur, in ſtuporē mentis & ecſta-
ſim rapi. Vos vero qui rudiores eſtis, cum ſa-
cerdotem ante altare cõſpiciſis, perſuadete
vobis, Paſſioni vos Chriſti intereſſe. Ami-
ctus enim ille, ſertum illud ſpinea re-
fert,

Quæ ad
Miſſam
audiendā
diſpoſitio
requiritur

Expoſitio
ornamen-
torum ſa-
cerdota-
lium.

refert, quo sacrum Christi caput redimitum fuit; Alba, vestem illam candidam, qua in domo Herodis delusus fuit, designat: Cingulum, funes quibus vinctus: Manipulus, arundinem: Stola, funem collo iniectum: Casula deniq; illa cruce insignita, Saluatorem tibi designat, crucem suam humeris baiulatena. Quanam igitur exterius reuerentia, qua animi attentione, quo cultu & pietatis intuitu Missæ vos interesse oportet? quomodo sanctarum rerum meditatione tempus transigere: Illic namq; cum Iesu Christo plorandū est, illic nos Christo totos offerre, & cum Sacerdotis votis nostra coniungere debemus.

Pro quib. Vos vero studiosos, nolim sacri tempore orandum. subtiles de studiis vestris conceptus efformare, aut altas materias peroluere: sed malim ad prima vos rudimenta descendere, & toto Missæ tempore Nomen vestrum declinare: Nominatiuus sit, vt pro te ipso ores: Genitiuus, vt pro parentibus qui te genuerunt: Datiuus, pro benefactoribus: Accusatiuus, pro inimicis: Vocatiuus, pro infidelium hæreticorum & paganorum conuersione: Ablatiuus denique pro omnibus qui tibi iniuriam intulerunt, & res iniuste abstulerunt. Postremo ores pro vniuerso mundo & in cōspectu tam augusti mysterij contremiscas.

Tu autem ô Redemptor, & tam tremendi sacrificij auctor, ô Iesu sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, Deus plene bonitatis, caritate exarsuans, misericordia circumfluens, qui semel de crucis arbore immolari passus es, & quotidie te etiā nū offerri pateris in Missa, idq; duplici oblatione, duobusque sacrificijs; & tamen eadem victima, licet non eodem modo oblata; vna namque cruenta est, & altera in cruenta, quæque pati possit: vna pro peccatorum expiatione, pro meritorum crucis applicatione altera. Tu qui sacrum hoc & duplex sacrificium instituisti: tu qui primus Missam celebraisti, quæq; Apostoli, & hos ipsi Patres, & Patres nos oēs in eadem celebranda secuti sumus: Gratiam nobis elargire, ô sacerdotum Princeps, & summe Pontifex, vt quotiescumq; tremendum hoc & adorandum sacrificium oblaturi sumus, preces nostræ, sanctique huius sacrificij effecta, ipsis Angelis

conducant, quo ita eorum gloria augeatur: animabus deinde in purgatorio, quo ita à pœnis eximi queant: ipsis etiam peccatoribus, vt delictorum veniam consequantur: nobis ipsis denique vt æternæ beatitudinis compotes effici mereamur. Amen.

FERIA III. HEBDOMADÆ MAIORIS.

Verum Christi corpus in Sacramento Eucharistiæ contineri.

Partitio.

- I. Fide in hoc mysterio vtendum non sensu aut ratione.
- II. Quid fides hic, quid hæresis.
- III. De causa fidei tutissima.
- IV. De hæreticorum obiectionibus.

Caro mea vere est cibus; & sanguis meus vere est potus. Ioan. 6.

FIGVRA.

CVM filii Israel seruitutis Ægypti iugo liberati, rubri maris gurgite emenso, in deserto & vasta solitudine Sinai subsisteretis, commeatusque penuria laborarent, pluit illis Dominus Manna, cibum quemdam celestem, omnem in se suauitatem continentem, & incredibili comedentes voluptate & gustu afficientem. Neminem vestrum esse putem, Auditores, qui non statim prima sibi fronte persuadeat, manna hoc sanctissimæ Eucharistiæ figuram fuisse: quæ nobis in deserto mundi huius commorantibus, cum peccati Ægypto egressi sumus, & Ægyptios, delicta scilicet nostra, in rubro penitentia gurgite submersos videmus, a Domino tradita est: qui cibus plæne celestis est, & penitus diuinus, qui omne deliciarum genus & omnem gustus suauitatem animæ, eodem se saturare gestiienti, afferre consuevit. Est denique ille cibus, de quo hodierna concione dicere institui, si Deus omnipotens opem non subtrahat, & Omnipotentis mater

mater auxiliū, quod eius intercessione impetrare solemus, non denegat. Quocirca eam supplices salutatione consueta salutemus, dicentes.

AVE MARIA.

I. Magni ille Patriarcha & credentium omnium Pater, Abraham, à Deo vocatus, ut in summitate montis mirabile illud filii sui sacrificium perageret, ad montis radicem asinam & seruos reliquit: solusque cum filio Isaac, dextra gladium, sinistra ignem gestas, montem conscendit. Docemur hac figura, Auditores, si hodierna die ad supremum Ecclesie fastigium, quam Daniel montem nuncupat, conscendere velimus, ut in eo augustum illud sacrificium & sacrosanctum Eucharistiae sacramentum conspiciamus & adoremus: sensuum nostrorum asinam, & seruos naturalium rationum, arguta scilicet sophismata, argumeta & humanae scientiae syllogismos, in pede montis manere oportere: & fide plenos, hinc humilitate, illinc caritate armatos, solos nos montem debere conscendere. fides namque hic potissimum necessaria est.

Cynicus ille Diogenes medio die lucerna accensa in forum prodiens, hominem quaeritabat: bene quidem. sed hic, & Diogenes, Iesus Christus, homo plenus die, id est, pleno sensuum lumine, & lucerna fidei accensa, quaerendus est. Et quemadmodum stella duce Magi ex Oriente Bethleem Christum adoratum deduci sunt, quem in foeno & palea reclinatum reppererunt: Et sic illa antecedebat eos. Ita nos stella fidei, ab Oriente & vitae nostrae exordio, ad Ecclesiam deduci sumus, ut in ea Christum Dominum in Sacramento altaris latitantem, in foeno & palea, id est, speciebus sacramentalibus positum, adoremus. Fides igitur hic requiritur: hic omnis ratio deficit, & sensus intelligentiaeque brute sunt: sed hic etiam est, ubi sensus & ratio cum fide pugnant, & fides rationi & sensibus exterioribus aduersatur.

Dan. 13. Venit mihi hic in mentem insignis cuiusdam allegoriae. Castitatis illud exemplar Susanna, qua castior & honestior inter Baby-

Toru. 1. Bessai Quadrag.

lonias nulla fuit, à duobus senibus veteratoribus inique fuit accusata, quod eius pulchritudine frui non possent. Casta illa Susanna, Auditores, ipsa est fides, qua nulla pulchrior inter omnes virtutes reperitur, & omnium scientiarum certissima & validissima: quae falsitatis & idololatriae circa tremendum hoc sacramentum, à duobus veteratoribus, sensibus inquam & ratione humana, accusatur, quod eminentem mysterii huius splendorem maiestatemque nullo modo queant reprehendere. Erras, & fides, inquit sceleris illa & fallacia ratio, cum credis & credendum asseris, in Eucharistiae Sacramento verum Christi corpus contineri: falsum id enim est: nam fieri non potest ut corpus aliquod locum nullum occupet, & pluribus tamen in locis simul existat, & extensionem non habeat, & non videatur: quomodo enim accidentia sine subiecto valere subsistere? Falleris, & fides, ait sensus, alius ille impostor, cum mundo persuades, sub tantilla panis portione, tam ingens contineri corpus. Hoc enim manifestae falsitatis est, ac germanae nugae: nihil enim video, nihil tango praeter panem & vinum, sed audite veterani, quod non capis, & ratio, quod non vides & sensus, animosa firmet fides praeter rerum ordinem. Huiusce rei egregium in Numeris locum legimus. Cum enim exploratores à terra promissionis, regione bene explorata ad suos rediissent, & iter suum enarrassent, Hebraeis magnum terrorem incusserunt, dicentes: Nequaquam ad hunc populum valeamus ascendere, quia fortior nobis est: terra quam lustravimus, aevorat habitatores suos. Ibi vidimus monstra quadam filiorum Enach de genere giganteo, quibus comparati quasi locusta videbamur. Sed Caleb animum è contra pauidis addebat dicens: Adscendamus & possideamus terram, quoniam poterimus obtinere eam.

At quinam estis vos exploratores? Unde venitis? certe sensus nostros corporales denotatis: qui terram Augustissimi huius Sacramenti, ad veritatem Eucharistiae indagandam, ingressi, penitus cōsternati revertuntur, & omnes alias scientias & rationales rationes perterrefaciunt, dicentes: in regione illa, in Sacramento illo tremendo, omnia

SSI mon-

Num. 23.

monstris scatere, paradoxis affluere, gigantes & alias res incredibiles in eodem conspici; adeo ut facilis ad eam aditus non pateat. Sed tu o Caleb, fidem denotas, quæ nobis vires suggerit, & audaciam progrediendi ulterius, & terram ingrediendi subministrat, dicens: *Ascendamus & possideamus terram*: quasi diceret, sumite animos o sensus, & tu potissimum ratio, parcite metu: securos equidem vos eodem deducam, & immunes ista: degustare vos re ipsa faciam, simulque coram inveni fertilitatem terræ, realitatem in qua & veritatem sanctæ illius terræ Eucharistiæ. Eamus igitur, properemus, me duces sequamini.

Hic dicendum est, Auditores, *Credo in Deum patrem Omnipotentem*: Hic cum Apostolo exclamandum, *O altitudo sapientia & scientia Dei*, hic Angelo credendum est dicenti: *Non erit impossibile apud Deum omne verbum*. Hic denique sequenda est ad vnguem fides, nisi semper in interitum ruere velitis. Sine illa enim Capharnaitæ misere perierunt, sine illa Berengariani naufragio interierunt; sine illa tot Lutherani blasphemias euomerunt; sine illa denique Calvinistæ umbras quasdam & figuras commenti sunt & inanes chimæras; & veritatem corporis Christi in hoc Sacramento negare cupientes, gravem & periculosam Ecclesiæ litem intenterunt, quam ut perspicere, & cognita habere possitis, primo loco Catholicorum quæ pro ea faciunt testimonia, & deinde hæreticorum obiectiones producam: quam causam si horæ huius spacio bene defenderimus, favorabilem sine dubio, magno Eucharistiæ nostro cõmodo, sententiã consecuti sumus.

Quod ad primum igitur attinet, antequam testimonia nostra producamus admonitos vos velim, hanc esse nostram de Venerabili hoc Sacramento fidem: esse scilicet in eo sacrosanctum Iesu Christi corpus, id ipsum quod ventris virginali olim egressum est, id ipsum quod crucifixum fuit, id ipsum quod modo in cœlis considerat. Deinde per sacrosancta & arcana verba, Sacerdotis illic Dei locum tenentis ore prolata, pacem unico momento in corpus Christi, & vinum in pretiosum eius sanguinem commutari,

conuerti, & transsubstantiari: & sub vtraque hac specie verum aliquod corpus, corpus inquam solidum, vitium, animatum diuinitati semper inhaerens semper contineri, corpus pluribus contentum locis, nullum tamen locum occupans; quantitate perfectum, sine vlla tamen extensione; qualitativis debitis exornatum, quod tamen videri nequeat; gloria donatum, sub sensum tamen non cadens; corpus denique penitus spirituale, & penitus diuinum, quod loco substantia hic subsistit.

Viguit hæc veritas fidei, & stetit iam immobilis in vniuerso mundo, mille sexcentis propemodum annis, nemine ne vel hiscere quidem cõtra auso. Octogentis saltem primis annis nemo veritatem Sacramenti huius ausus fuit impetere, aut vllus eam hæreticus oppugnare. Sed sequentibus deinde temporibus, infernalis illa bellua, pacem nostram perturbata; & quodammodo inuidens, pestilentem orco furiam emisit, quæ eam in dubium vocauit, tamque gravem Ecclesiæ contumeliam mouit, nulla ut vniquam, post Ariatorum hæresim, grauior aut diuturnior, magisque per omnia grassata extiterit.

Primus veritatis huius oppugnator aduersus Ecclesiam, fuit Ioannes quidam Scottus, non doctor ille Subtilis, nuncupatus, celebris huius Sorbonæ sarculus & propago, Franciscanorum columen, orbis denique honor & gloria; sed alius quidem, eiusdem nominis, & superior longe ætate; qui anno scilicet octingentesimo, Caroli Magni temporibus, Ecclesiæ pacem hac vita voluit inturbare; sed illa paucis post mensibus, præclaro obtento decreto in Concilio Vercellensi, quo totius Europæ Patrum flos & nucleus conuenerat, nefarium hunc errorem evertit, & tetrum hunc turbinem dissipavit. Vix ille damnatus cœptis destiterat, quin ecce Bertrandus quidam centum post annis, libellum supplicem offert, anno scilicet Christi nongentesimo, & priorem illam litem acerrime promouet & prosequitur.

Post centum quinquaginta iterum annos, Archidiaconus quidam Andegauensis, Berengarius nomine, litem resumit, enixe prosequitur.

Hæretici qui perierunt Sacramentū Eucharistiæ oppugnantes.

Quæ sit fides nostra circa veritatem Eucharistiæ.

Veritas Eucharistica LXXX annis sine vlla contumacia creditur.

1. Hæresis annis 1000.

2. a. 900.

3. a. 1070.

sequitur, utget, instat, ad tribunal prouocat, omnem mouet lapidem, & grauissima crimina producit, dicens: nihil aliud hoc Sacramento contineri quam meras figuras & umbras; asserere conatus non esse ex æquo, Ecclesiam veritatem Eucharisticam possidere, sed eadem illam exuendam, connititur pro viribus, in omnem se partem vertit, atque omni ratione satagit, sed frustra. eius namque errores condemnati sunt, & Ecclesie Catholicae causa in Concilio Romano stabilita & superior iudicata.

4. an. 1370.

Ioannes Wiclef. Eucharistiae veritatem oppugnat.

Trecentis post annis obscurior quaedam nebula, sed pestilens alioquin ex Anglia palustribus, Ioannes Wiclef nomine, anno Domini MCCCLXX. surrexit; Archiua quaedam infernalina ex seclerato hæreseos consultorio & acta fuligine obsita tartarea producens, nouam cum dæmonibus consultationem inuit, remque illam, quam Ecclesia tam quiete possidebat, suam esse asserens, Ecclesiam dicam scribit; ac litem iam dudum sopitam redintegrat, & immensum Bohemiarum regnum in partes suas trahit, quod ille inuadit, inficit, perdit, & penitus in quæstionis huius persecutione profligat & pessundat.

5. an. 1517.

Numquam voluit. U. selegit, qui quæstionem diligentius ceteris therus veritatem S. terum temporum memorias, quæ ad felicem litem successum facere viderentur, vndi- Eucharistia impetere.

Hic vero intentator cum in litem huius promotione exspirasset, longo post tempore, nostraque propemodum ætate, nefarij quidam Germani prodierunt, qui propriis sumptibus litem hanc prosequi conati sunt, nimirum Andreas Carolltadius Archidiaconus Wittenbergensis, Zuinglius, Ioannes Oecolampadius nefarius Apostata; & post secleratos illos impostores infernale concilium Ioannem Caluinum, anno M. D. XXVI. selegit, qui quæstionem diligentius ceteris therus veritatem S. terum temporum memorias, quæ ad felicem litem successum facere viderentur, vndi- Eucharistia impetere. Sæpe quidem Lutherum multi inducere verbis sunt conati, huius rei curam susciperet, remque tanti momenti promouere pro virili satageret; at ille penitus reculauit. Verum quidem est, eum aliqua loca & testimonia, quæ ad causæ hæreticæ æquitatem facere videbantur, suggestisse, nunquam tamen auctoritatem suam, voluisse interponere, aut quæstioni huic

subscribere, aut veritatem Eucharisticam vlla ratione oppugnare: quin etiam consultoribus suis persuasisse, vt captis desisterent; nullo enim eos fundamento nixos esse, & si ulterius rem prosequerentur, sententiamque mordicus defenderent periculū esse, ne causa eaderent, & veluti rei condemnarentur.

Nihilominus tamen, non impediētibz monitis, sententia, & consilio maximi apud illos nominis Lutheri, scelerati illi vitiligatores & nefarij pseudoprophetae, veterem illam litem semisopitam denuo reuocarunt, atque omnes priores sententias, & superiorum conciliorum decreta velut irrita reiecerunt, quin & appellare ulterius decreuerunt. Itaque nomina sua, aduersus Ecclesiam conspirantes, in huius litem promotionem dederunt, & criminaliter cum ea agentes, superstitionis eam, fornicationis, & idololatriæ accusarunt; iudicibusque persuadere conati sunt, & scriptis confirmare, ipsam esse mulierem illam Apocalypseos, fornicatricem illam magnam; Papam, Antichristum; Religionem, vera pudicitie prostibula; Episcopos, lenones, & amorum conciliatores; omnia denique non esse aliud, quam meram Babyloniam, & veram captiuitatem Ægyptiam. O casta & innocens Susanna! aculata quidem es; sed confide, non cōdemnaberis. Tu quoque, o Arca Noë, fluctuas quidem super undas hæreseos, sed nunquam naufragium patieris! o inuicta & indomabilis Salamandra, in medijs quidem sita es ignibus, & inter persecutionum flammam, sed nullum inde detrimentum senties.

Insignis cōceptus. Dan. 13.

Ecclesia igitur, vt innocentiam declararet, & veritatem Sacramenti huius contra clesia pro aduersarios altrueret, plurimas semper bonæ veritate notæ & inuincibilis auctoritatis tabulas produxit. Et in primis ritulum & contractum Eucharistionis huius Sacramenti, qui non nisi stia pro- quatuor verbis constat, Hoc est corpus meum; ducat. & quinque in lingua Græca, τὸ ἐστὶ τὸ σῶμα μου; quem Christus ore suo pronuntiauit, & quem quatuor Notarij & regij Secretarij, tres Euangelistæ, & vnus Apostolus, S. Matthæus capite 26. S. Marcus 14. S. Lucas 22. & Paulus 1. ad Corinth. 11. capite scriptis tradiderunt. Et quod notatu dignissimū est

Quid Eceret, & veritatem Sacramenti huius contra clesia pro aduersarios altrueret, plurimas semper bonæ veritate notæ & inuincibilis auctoritatis tabulas produxit. Et in primis ritulum & contractum Eucharistionis huius Sacramenti, qui non nisi stia pro-

quodque in Ecclesia in sui defensionem adhibere nititur, licet quatuor hi Secretarij diuersis temporibus & locis scripserint, eadem tamen penitus, iisdem sententiis, & iisdem etiam verbis, conscripserunt: nec vllus eorum fuit, qui in institutione hae, & contractu verbum, *significat*, adhibuerit.

Producit adhuc e veteribus suis scriniis magnam copiam veterum figurarum, e veteri Testamento adductarum: panem scilicet propositionis, Mannæ, Agni Paschalis, aliasque innumeras: e quibus inferit, quandoquidem figura illa in Lege Mosaica præcesserunt, necesse est vt in lege Euangelica ipsa veritas in Eucharistia sublit. Synagoga enim non nisi primis coloribus delineatam tabulam, & verorum colorum vmbra contineret, qui deinde ad viuum in Ecclesia depingi debeat.

Promissu quoque Christi Domini. Depromit præterea, velut auctoritatem causæ conciliatarum, promissum Iesu Christi quod authenticum est, quodque ipsemet Christus denuo recensuit, quodq; S. Ioannes Euangelista sexto nempe capite, recollegit, dicens: *Panis quem ego dabo caro mea est.* Et paulo inferius ab eodem Secretario notatum est, *Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.* Vbi Ecclesia omnes & singulos obtestatur, vt hæc verba, *vere est*, attente considerent: nam magnum ea causæ suæ putat momentum allatura, nec ea esse tropologicè, amphibologicè, metaphoricè, vel diabolicè, figurate, vel signate intelligenda, vt aduersarij contendunt, sed *vere*, realiter, substantialiter absque vlla figura vel significatione.

III. Profert literas possessionis. Profert quin etiam instrumentum quoddam & libellum, quo possessio illi huius causæ iam à mille sexcentis annis, & vltus fructus confirmata sunt; & ostendit secundum Titulum, *De pacificis possessoribus*, se non triennio, sed à mille & quingentis iam annis eiusce rei vsum fructum habuisse, adeo, vt aduersarij infirmo fundamento nitantur, cum eam de possessione acquisita volunt derubare, cum literas Regias habeat, quibus in possessione stabilitur.

Itē totius orbis in credendo consensu. Vitur etiam in defensionem suam publico totius orbis consensu, & communi omnium populorum & nationum, quæ semper vbiq; verum Christi corpus in Eucharistia

contineri sumiter crediderunt, fide omnium sum, cregētium signata sigillo: Abyssinorum, Æthiopicorum, Syrorum, Maronitarum in Oriente; Francorum, Anglorum, Scotorum, Hybernorum, non obstanti licet hæresi, in Occidente: Belgarum, Germanorum, Polonorum, aliarumque gentium, in Septentrione; Itolorum, Romanorum, Græcorum, Hispanorum, Siculorum, Calabrorum, Lusitanorum, in Meridic. Signata ad hæc à Iaponiis, Chinesibus, Malaccensibus, Peruanis, Brasiliensibus, Ormusiis, Cochinesibus, Chananois, & plurimis aliis in terra Anripodum commorantibus.

Ostendit quoque magnam decretorum multitudinem, contra aduersarios aliquando latorum, in quibus vtriusque partis sententiæ audite sunt: omnia scilicet Christianitatis tribunalia & Parlamenta in tor generalibus Conciliis, & maxime in Tridentino congregata: Quid? an non vobis, o hæretici, o litigatores, satis instructi, & bono niti fundamento circa veritatem & Transubstantiationem quæ hoc in Sacramento fit, videmur? vos vero inique agere & peruersè nostram cum pacem, sine vlla ratione, fundamento, ac ex mera malitia interturbare conuicimini. Quare desistite, frustra namque contenditis, & ad expensas lūendas condemnabimini.

At nondum hic Ecclesia quiescit, sed aliud longe validius munimentum profert, Testimonium scilicet & literas generales totius Christi Ecclesiæ, omnium sanctorum Patrum, Doctorum, virorumque grauium, qui hætenus in Ecclesia iam inde ab Apostolorum temporibus vigerunt, signatas manuum Testimonium profecto, quo nullum vquam maioris auctoritatis extitit, cuius testes iam à mille sexcentis annis signarunt, & qui omnes miro inter se ordine consentiunt. Primo namque sæculo signarunt duo præclari testes: Ignatius Epist. ad Smyrnenes, & S. Dionysius libro 1. de cœlesti hierarchia. Secundo, video signa & depositionem trium magnorum luminum, Cypriani, Tertulliani, & Origenis. Tertio subscribere tres quoque præstantes doctrina & pietate viri, Iustinus Martyr, Pius Papa I. & S. Irenæus Lugdu-

Eugubensis. Quarto apparent sigilla duodecim inuictæ fidei, & summæ auctoritatis virorum, Concilij scilicet Nicæni, Athanasij, Cyrilli, Ierosolymitani, S. Hilarij: habetis quatuor, S. Ambrosij, Basilij, Augustini, Optati Mileuitani: habetis octo, S. Gregorij Nysseni, S. Gregorij Nazianzeni, Eparæmi, & Epiphani; an non 12. testes sunt omni exceptione maiores, qui veritatem eandem in vener. hoc Sacramento, quam nos credimus, scriptis mandarunt? Sæculo quinto si loquentes testes audire velitis, audietis Hieron. Chrysostomum, Cyrillos, Alexandrinos, Synodum Ephesinam, Theodoretum, Gelasium. Multis deinde post annis, Gregorium Magnum, Theophylactum & Ioannem Damascen. Sæculo 12. D. Thomam, S. Bonauenturam, Anselmum, & Scotum, aliosque Doctores & numero infinitos, & auctoritate præstantes. O præclara attestatio! ô depositio irrefragabilis! Omnes hi & ore professi sunt docueruntque, & manscripte, eam ipsam veritatem, quam nos de SS. hoc Sacramento Altaris credimus & profitemur.

Sed dicitote mihi, obsecro, fatue & dementate hæretice, qui te à Pseudopropheta illis & ministris Sathanae transfertum abripi finis: mavisne perfidis duobus veteratoribus, duobus imminuti cerebri viris, nefandis & sceleratis, Luthero & Caluino, qui iam tartareis cremantur incendiis, quam tot centenis, imo millenis, auctoritate præstantibus sanctitate & vita eximiiis viris, quosque modo in æterna beatitudine gloriosos regnare certissime scimus, credere? Quid? adeone eorum mentis es, adæone brutus & stupidus? itane tuum defecit ingenium, aut euauit ratio, vt tam iniquam electionem facias? Quid? an non risu dignus foret, qui cum controversiam & litem magni ponderis haberet, & in qua de vita, rebus, fortunisque suis agitur, priusquam eam iudicio ad iudicum subsellia profequatur, mature de causa sua deliberaturus, duos vel tres parui nominis famæque obscurioris caudicos & leguleios accederet, qui statim nullo nixi fundamento consulere, causam vt iudicio committeret, & actionem aduersario intentaret,

adiret deinde centum alios iurisconsultos, fama & doctrina celebres, quiq; sapius subsellia triuissent, ac rerum essent scientissimi: qui omnes vnanimiter contestarentur, nullo eum niti fundamento, & causam iniquam esse; consulerentque, si se, suaque salua vellet, ni sumptus luere & pœnam subire cuperet, cum aduersario vt pacisceretur. ipse nihilominus duorum vel trium illorum rabularum, qui semper sine lite & sine re viuunt, iudicium potius, quam tot versatissimorum & præstantium virorum sequeretur: an non inquam ille fatuus, delirus, & emoti cerebelli videretur?

Eheu misella anima, hæreseos fascino dementata, maior lōge tua est infania. Si enim prius, quam veritatem Sacramenti huius oppugnes & litem hanc suscipias, in qua de vita, salute, & omnibus fortunis tuis disceptatur, tecum maturius deliberans, Lutherum & Caluinum & alios tres quatuorve ministros consulas: dicent sine dubio bene te fundatum esse, & persuadebunt; Papæ vt Romano bellum indicas: verum si omnem antiquitatem in consilium adhibeas: centum, imo mille reperies Doctores, & Patres qui tibi contrarium persuadebunt, & nullo causam fundamento nixam esse dicent: & si litem illam suscepero, proculdubio tibi ipsi exitium, perniciem, & mortem denique te allaturum. Quando igitur nefarium hoc & improbum trium aut quatuor hæreticorum consilium, tot virorum sanctitate & doctrina illustrium opinioni anteponis, an non cecutire & Andabara cæcior videris.

Sed relictis hisce considerationibus, audiamus quid è contra hæretici in litis huius quam Ecclesiæ intetarunt, defensione opponant & obiiciant: Producent imprimis duo ingentia blasphemarum & horribilium in augustum hoc Sacramentum execrationum plaustra: dicentes hoc nihil esse aliud quam magiam, incantationem, idololatriam, meram denique superstitionem: deinde profertur sex fasciculos repletos & confertos erroribus, mendaciis, falsitatibus & absurditatibus. Adhuc litteras quasdam falsarias & eumentas de institutione Sacramenti huius, figuris notatas, & scelerato quodam & falso

IV.
Quid hæretici è
contra p-
ducant.

Simile:

glossamate significat signatas. Præterea in indiculo & inventario suo consultationem quandam inter tres viros illos animarum perendendum, Wiclef scilicet Anglum, Zuinglium Germanum, Calvinum Gallum, in iram annectunt. Addunt quin etiã loca quædam Sacræ Scripturæ, quæ hinc inde collegerunt, falso licet allegata & perperam intellecta, aduersus quæ breuiter & quâ promptissime respondebimus.

Matth. 26. Primo namque hoc, in causæ defensionem, vsurpat: *Pauperes semper vobiscum habebis: me autem non semper habebitis.* Vnde inferunt, Christum iam in cælos subuectum, & ad dextram Patris confidentem, non amplius nobiscum esse: nec proinde in sacrosancto Eucharistiæ Sacramento contineri. Sed his opponimus, Christum hic de visibili corporis sui vsu fructu locutum esse: ac si dicere voluisset, se post ascensionem in cælum non amplius nobiscum visibiliter conuersaturum, licet adesset inuisibiliter. Quis ait

Matth. 28. hoc? implet Dominus: *Ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi.* Innituntur deinde loco illo Marci Euangelistæ: *Assumptus est in cælum, & sedet à dexteris Dei,* atque ita argumentantur, Deus in cælum ascendit, quomodo igitur & quamobrem toties descenderet, vt Sacramento sese includeret.

Marc. vii. Patronus noster ad hæc respondet dicens, non esse necessarium eum iam cælo descendere, vt in terrâ se sistat: quemadmodum nõ descendit, cum Paulo in viâ apparuit, & Petro è carcere fugienti, vt tradit Hegesippus. Sed sistit se, vbicumque & quomodo cumque voluerit.

Actor 9. Calvinus ipse libro quarto destruendum suarum Institutionum, alium locum ex Euangelio profert: *Palpate & videte, quoniam spiritus carnis & ossa non habet, sicut me videtis habere.* Vnde hoc argumentum educit, Corpus visu & tactu cognoscitur, vt hic Dominus ait: *Palpate & videte,* at in Sacramento non nisi panis & vinum videntur & palpantur: ergo corpus Christi hic minime reperitur. Astimat hoc quidem argumentum inuincibile: sed Ecclesia nullo hoc negotio retundit ac refutat: ostendens è verbis S. Scripturæ. corpus aliquod adesse posse licet non

videatur aut tangatur. In Euangelio enim Luca scriptum est, Christum, dum corpus adhuc mortale, opacum, spiritum, & graue, vt nostra sunt, haberet, per medios Pharisæorum greges iuisse, licet à nemine eorum videretur: *per modum illorum ibat.* & apud eum legimus: *Euanuit ex oculis eorum;* cum tamen in eorum esset medio, & ante oculos eorum constitutus. Præterea ad defensionem nostram afferre possumus aëra & ignem elementarem vera corpora esse, licet à nobis nõ videantur. Deinde sciendum est, sacrum Christi corpus hic adesse per modum substantiæ, & ratione quadam spiritali, indiuisibile, inuisibiliter, & non sine ingenti miraculo.

Produciunt deinde rationes quædam Genæ paludibus emanantes. Fieri non posse aiunt, corpus in pluribus locis esse: ita namque plura essent corpora & non vnum. O in- que sensati, si sciretis quid sit *Credo in Deum Patrem omnipotentem;* nunquam hoc impossibile esse diceretis. Quid? anne, non dico credere, sed vel cogitare auderis, eum qui omnia ex nihilo condidit, & in nihilum rursus omnia redigere potis est, non posse efficere, vt corpus aliquod idem numero diuersis in locis subsistat. Hoc enim si credere nolitis, nescio quomodo mysterium SS. Trinitatis credetis? Multo namque humano ingenio difficilius est credere, sibi que persuadere eandem naturam in tribus diuersis reperiri personis, vt in SS. Trinitate esse credimus, quam corpus aliquod diuersis locis contineri. Quid? an non etiam naturaliter idem accidens eodem tempore pluribus in locis esse potest? mea enim vox, quæ non nisi vna est, an non eadem hoc momento quo loquor, in omnium vestrum auribus peregrinatur & insonat? Et sane dicite nobis, o Philosophi; an non magis accidens aliquod; quale est vox, ex subiecto pendet, quam corpus à loco? cum tamen id quod difficilius est, fieri quotidie videamus, & quidem naturaliter. Præterea nõ est, mihi crede, difficilius corpus pluribus in locis esse, quam plura corpora vno in loco. At factum hoc est in Resurrectione, Ascensione, & Nariuitate Iesu Christi, & dum ianuis clausis intraret, vbi Apostoli congregati erant, vbi semper duo corpora vno in loco per

per penetrationem dimensionum existerunt: ergo & alterum fieri nullo negotio potest.

Corpus manens corpus esse potest sine occupatione loci. Luc. 14. 4. Reg. 6. Mar. 14. Dan. 41. *Quin & hoc ad vitiligandum afferunt. Fieri non potest, vt corpus quod est & permanet corpus: sine extensione, sine quantitate, sine loco sit: hoc præsertim nixi axiomate, Omne corpus est circūscriptiue in loco: ita vt Deus quidem ubiq; sit: & Angeli in loco diffinitē, corpora vero circūscriptiue, O stulti corde & tardi ad credendum! An non meministis Elisæi iussu ferrum aquis supernatasse, Christum mari inambulasse, ignem in Babylonica fortasse virtute cōbustiua caruisse & tamē an non vestra sententia grauitas ferro, pōdus corpori, igni calorita inhaerent, itaq; necessaria sunt, quā locus corpori? An nō magis naturæ repugnat, ignem calore, & ferrum grauitate carere, quam corpus sine loco subsistere.*

Probat ut transubstantiationem esse quid impossibile; sed aperte potius, à veritate ipsa victi, fatemini eum, qui mundū è nihilo, Adamum è terra, Euam è costa viri condidit; qui aquas in sanguinē, virgam in serpentem, rupem in fontem, & fœminas in petram (vt vxorem Loti) conuertit: panis quoque & vini substantiam in corpus & sanguinē suum, posse conuertere, mutare & transubstantiare. Nos vero ò Catholici, aduersus turbatores, rixatores, quietis ofores & vitiligatores, nouatores in quā hos, ita concludamus, vt nimirum sumptus & omnia dispendia luant, omnia præstent incommoda & detrimenta, & poenā adhæc arbitrariam subeant. Credamus semper firmiter, constanter, inuiolate, in sacrosancto hoc Sacramento verum Christi corpus contineri: eum præsertim ipsemet Dominus dixerit: hoc est corpus meum. non figura, chimæra, vmbra, imaginarium quid, nihilum, aur phantasma inane: sed hoc ipsum corpus, quod pro vobis Tradetur. id ipsum quod cruci affixū, in cruce mortuū fuit, id ipsum quod in passione mortem subiit. Credamus in quā hoc firmiter, cum nimirum omnes id Eucharistia scripserint, cum totus id orbis vnanimi consensu iam à mille sexcentis annis crediderit: credamus igitur, adoremus & ho-

noremus sanctū hoc & augustissimum Eucharistia Sacramentum, cum præsertim certissimus, causa ob-rei equitatem nos cadere non posse.

O salutaris hostia, ò cœlestis victima, ò holocaustum vere diuinum, ò sacramentum penitus admirabile! credimus, honoramus, & adoramus te: tu namque es, quod gratias superabundanter suppeditas, peccata eluis, animamque ad vitam redire facis: tu scilicet portas coeli referas, & infernales abyssos obferas, nosque ad cœlestem beatitudinē perducis. Tu es panis ille Angelorum, cibus ille cœlestis, & vitæ fructus, sacrum illud māna, quo animæ nostræ in deserto mundi pascuntur & nutriuntur. Tu es, ò regia & augusta Eucharistia, agnus ille Paschalis: te enim digne humiliter, sancteque sumentes, à captiuitate Pharaonis, id est Satanæ, liberamur, & mundi huius Ægypto egredimur: tuque nos per Rubrum mare passionis Christi, quæ reuera in te continet, deducens, ad terram promissionis, id est ad gloriam & beatitudinem æternam perducis: cuius nos compotes reddant Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Amen.

FERIA IV. HEBDOMADÆ MAIORIS.

De dignitate & excellentia SS. Eucharistia Sacramenti.

Partitio.

- I. De institutoria Eucharistia in nos amore, & nostro in eum debito.
- II. De multiplici Eucharistia dignitate.
- III. Ad S. Synaxim præparatione sollicita opus esse.
- IV. Communicaturo studendum pietati.

Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Ioan. 6.

FIGURA.

Sapientia ædificauit olim sibi domū, quā Pro. 9. Septem columnis imposuit, & collocauit in ea mensam, in quam pretiosissimum

VIRUM

viuum intulit, quod suis miscuit. Fuit hoc figura & velut praeambulum, fore aliquando, vt vera Dei patris sapientia Iesus Christus, Ecclesia Euangelica, septem Spiritus sancti donis, vel septem Ecclesiae sacramentis, quasi quibusdam pilis & columnis innixam domum construeret, sacramque in ea mensam sanctissimae Eucharistiae erigeret, in quam gloriosum corpus suum loco cibi, & iucundissimi vini loco pretiosum sanguinem inferret: quibus nulla vel pretiosiora vel splendidiora fercula queunt excogitari aut mente comprehendi. De eorum hodierna conuentione dignitate & praestantia, cum de veritate haec aeterna die dicentem audieritis, verba faciam. Spiritus sanctus auxilio suo nobis adderit, & gloriosissima Virgo suo patrocinio peroranti succurret: quam hoc potissimum nomine, Angelica salutatione compellemus.

AVE MARIA.

I. Refert praeclarus ille historiarum compilator Maximus Valerius, tanto Artemisiam Cariae reginam erga coniugem Mausolum amore exarsisse, vt ei mortuo superbissimum monumentum, quod inter septem orbis miracula non immerito relatum est, exstrui iusserit, collectos deinde cremati cadaveris cineres, praeter amoris vehementia, aliis aromatibus & odoramentis permixtos, quotidie in mensam inferri voluerit, quos deinde cibo & potui immixtos in stomachum demitteret Egregium profecto amoris coniugalium exemplum. At amor quem Christus erga sponsam dilectissimam, Ecclesiam scilicet, olim demonstrauit, longe excellentior est, & admirabilior: praesertim cum post mortem superbam & splendidum illud tabernaculum Sacramenti Ven. Eucharistiae exstrui voluerit, & propterea corpus in cibum & alimentum legarit. Vnde S. Euang. Ioannes scripsit: *Caro mea vere est cibus*: quod D. Bernardus admirans exclamat: *O amor amorum, Sacramentum sacramentorum, dulcedo dulcedinum.*

Ostenderit potentiam suam Deus, cum mundum e nihilo condidit: iustitiam, cum

cum peccatis inuolutum diluio perdidit: amorem vero, cum diuinum hoc Sacramentum in nostrum vsu instituit. Ostendit affectum suum erga pullos pelicanus, cum peccatus rostro appetit, sanguinemque eliciens eodem pullos pascit, & aegros reficit. Maiorem profecto amorem caelestis ille pelicanus erga homines demonstrauit, cum non satis se fecisse existimans, quod omnem in passione sanguinem in medicinam dederit, corpus quoque ipsum cibum animae sit elargitus. Hoc e Psalms hausi, vbi dicitur, *Factus sum similis Pelicano solitudinis.* Vnde nonnulli sanctorum Patrum venerabile hoc Eucharistiae Sacramentum rubo ardenti, quem Moses vidit, compararunt: hoc namque Sacramentum rubus est sentibus difficultatum obsitus, & charitate exarsuans, & visio magnanimis.

Elias ille Prophetarum princeps ex hac vita decedens, vt affectum quo Elisaeum discipulum prosequeretur, testatum faceret, pallium ei suum reliquit, cum duplici spiritu: Christus quoque Elias noster, ex hoc mundo proficiscens, amorem suum patefacturus, homini qui seruus eius est ratione naturae, corporis sui tegumentum, cum duplici spiritu, duabus scilicet naturis humana & diuina, quae in Sacramento Eucharistiae latitant, legauit, Magnum quoque erga eundem Prophetam Angeli fuit beneficium, cum scilicet ille fame propemodum enectus sub iuapetro reclinatus, ab eodem panem caelitus accepit, qui vires corporis eius fractas a deo restaurauit, vt in virtute eius quadraginta diebus vsque ad montem Domini Oreb ambulauerit. Angelus autem ille testamenti Iesus Christus, maius longe nobis beneficium contulit, cum nimirum in deserto mundi huius, sacrum huic panem dedit, corpus nimirum suum, panem inquam, sub cineribus humanitatis nostrae coctum, panem tantas vires suggereret, vel triginta vel quadraginta annis, vel toto vitae tempore, in virtute eius vsque ad montem Dei Oreb, beatitudinem scilicet caelestem, sine vlla cessatione, in hoc mundo ambulamus.

Quanta igitur tua, o Christiane, erga Redemptorem est obligatio, qui non satis esse

Obligati
sumus
Christo
singulari-
ter quod
corpus suū
in cibum
dedit.
Exod. 16.

esse rarus corpus suum in crucis arbore tui gratia occidendū tradidisse. id ipsum quoque in Venerabili hoc Sacramento tradidit in cibum & alimentum? Erant singulari quadam ratione Israelitæ Deo obligati, quod eos quadraginta annorum spacio in deserto suavissimo alimento de cœlis præstito nutriiſſet, ut verbis id exprimere non valerent, nulla ratione tanto benefactori respondere.

At longè maiori ratione, tanto beneficio accepto, clementissimo Domino tuo deivinctus es, ô homo, qui te non manna, sed pretioso corpore à primis in cunabulis vsque ad tumulum, in deserto vitæ huius, paucit & sustentavit. Nesciebat olim magnus ille David, quo beneficio beneficium ab Abigail acceptum, cum sibi commeatus inopia laboranti, illa, magno benignitatis exemplo, necessaria subministraverit, rependeret adeo ut nunquam videretur ei satisfacere posse, nisi dimidia regni portione oblata, eam in Reginam & coniugem adoptaret. Quomodo igitur ô homo Redemptori tuo obligatus es, qui tibi in mundi huius solitudine panem illum Angelicum impertivit? & quid quæso illi dignum offerre queas? Hæret hic quoque idem qui supra David, & exclamat: *Quid retribuam Domino, pro omnibus que retribuit mihi?*

Gen. 18.

Magnus ille Patriarcha Iacob, vouit olim Domino, dicens: *si fuerit Dominus mecum, & custodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, erit mihi Dominus in Deum.* Hæc anima mea, cum Dominus tibi panem illum cœlestem dederit, an non futurus tibi est in perpetuum & Deus & Dominus? an non toto vitæ tempore incessanter & continuo fidele illi obsequium exhibebis? Exaggerat id mirabiliter Psalmographus, & magnum hunc amorem magni faciēs, omnes ad Dei laudes inuitat: *Lauda Ierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion: anima inquam Christiana, & in æternum miserationes eius decanta, & quam obrem ô Rex? Quoniam confortavit seras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te, qui posuit fines tuos pacem, & ad sepe frumenti satiat se; corpore inquam suo, quod ipsemet Dominus hoc olim nomine vocavit dicens:*

Tom. 1. Beſſai Quadrag.

Nisi frumentum cadet in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, id est, Nisi corpus eius quod in terram mundi huius deciderat, in cruce exspirasset, passio certe eius nullius meriti extitisset.

Et sane, ô sanctissima Eucharistia, es venerabilis illud frumentum, quod animas nostras nutrit & quodammodo fagnas: es torrens ille voluptatis qui spiritus interiores potas, de quo scriptum est: *Torrentis voluptatis tue potabis eos*, beatitudine scilicet cœlesti, ut intelligit Propheta; at malim id de sanctissimo Eucharistiæ Sacramento intelligi: es dulce illud mel è petris promanans, quo fideles reficiuntur, de quo dicitur: *Et de petra melle saturabis eos*: es dulce illud lac consolationis, quod ex hoc Sacramento, velut è terra promissionis, dimanans; *terra qua rosa fluit lacte & melle, ut ex his fructibus cognoſci potest.* Num. 13. 14. Is denique vitæ panis, quem qui manducat vivit in æternum. Primo itaque de panis huius excellentia non nihil loquar, ac deinde ad oculum demonstrabo, quam reverentia, animiq; puritate sumendus sit, & duabus hæc columnis domum hanc sapientiæ inædificabo.

Principio igitur tanta Sacramenti huius dignitas & maiestas est, nihil ut eo admirabilius aut excellentius dici aut effingi possit. Hinc Psalmista ipsum velut summam diuinorum operum, appellat dicens: *Memoria amfecti mirabilium suorum misericors & misericors Dominus: escam dedit timentibus se.* Hoc Omnia nanque vere miraculorum omnium dici potest epitome, & brevis quasi comprehensio: in venerabilibus locis apparens, nullum tamen occupans, corpus sine extensione, passione, quod non frangitur, non comminuitur, non mouetur, non videtur, non patitur, penitus spiritale & diuinum. Hic videris, ô Philosophi, accidentia sine subiecto, quantitates sine materia, colores sine substantia subsistere. Videris hic, ô Theologi, actionem quandam mirabilem, transubstantiationem miraculosam, quamque longè magis, quam ipsam creationem mundi admirari oporteat. Videris hic substantiã vnã in alia, sine vlla corruptione, generatione, peritione sui,

T t

ne sui, idque mere conuersue, transmutari. Hic videbitis, o Mathematici, quadraturam circuli. Hic Physici, vastum illum Oceanum, tot fluxus & refluxus habetemi: fluxum inquam gratiæ, & refluxum peccati: fluxum prædestinationis, & refluxum reprobationis Nam

*Sumunt boni, sumunt mali,
Sorte tamen in aquali
Vita, vel interitus.*

Hic o allegoricorum sensum indagatores, magnus ille torrens est, quem peccatores vbi gustarunt, statim caput eleuant, ceteri uices erigunt, animum resumunt: Innuere hoc visus est Psalmographus, cum ait: *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.* Sed melius mihi dicturus videor, si dixerohic scaturiginem esse aquarum, quæ gustantibus immortalitatem conferunt, & in vitam æternam viam præbent. Hoc docuit me Dominus, cum Samaritanæ loquens ait: *Aqua quam ego dabo fiet in ea fons aqua salientis in vitam æternam: fons inquam, è quo scaturiunt aquæ vitæ & veræ, ad quas Dominus omnes sitibundos compellat & inuitat dicens: Omnes sitientes venite ad aquas.*

Psal. 109.

Ioan. 4.

Isai. 55.

SS. hoc Sacramentum Nilo confertur.

Et quoniam de aquis loquimur, tradunt historici ingentem illum Ægypti fluvium Nilum è montibus Lunæ originem ducere, perque vniuersam Ægyptum aliquando ita superfluere & stagnare, vt ex illo diluuioto circumquaque Regio irrigata, fecundetur: eundem quoque scribunt septem in Oceanum ostiis deuolui. An non o Nile vera Sacramenti huius figura existis? quod nimium è sanctis illis diuinitatis humanitatisque montibus descendens, ac veluti quoddam gratiarum diluuium vndique exundans, omnem mundi huius Ægyptum irrigat, & fecundam reddit: septemque Spiritus sancti donis, veluti septem canalibus & orificiis in Ecclesiæ Oceanum deuoluitur. Vnde loquens Psalmista ait: *Fluminis impetus laificat Ciuitatem Dei.*

Psal. 45.

Næ o sacra Eucharistia tu torrens: sed torrens quidam gratiarum, & aquas vitam conferentes tecum trahens. quod Euangelista Ioannes inuit, *Qui biberit ex aqua quam ego dabo, non sitiet in æternum.* Hic, Poetæ, ve-

Ioan. 4.

ter est Ganges, hic Pactolus quem tot effertis præconus, cuius aquas & arenas aureas esse fabulamini. Sed vt fabulas missas faciamus & vera narremus, hic factus ille est fluuius, quem æterna Sapiëntia è paradiso in Ecclesiæ suæ hortu se ait traduxisse: audite obsecro quid dicat: *Ego sapientia effudi flumina, ego quasi trames aqua immensa, ego quasi fluuius Dotrix, ego quasi aqua ductus exiui de paradiso: dixi: Rigabo hortum plantationum mearum & inebriabo partus meifructum.* Quid nunquam ne audiuistis aut legistis, è petra ad virgæ percussionem aquarum flumina olim scaturisse, & torrentes vndarum erupisse? Designabat hoc, Auditores, futuram aliquando petram, lesum Christum in qua, qui in sacris literis petra dicitur, *Petra autem erat Christus*, qui statim vt virgæ crucis percussus foret, iucundissimas hæræsi ucharistia aquas magna copia effuderet; aquas dico vitæ, torrentes benedictionis, ac gratiarum diluuium.

Eccl. 24.

Exod. 14.

1 Cor. 10.

Lugubre profecto & tragicum est audire, quoniam modo aquæ diluui totam terræ superficie inundarint, & vt quadraginta diebus continuo cœlius imbres omnia calicataractis referatis ceciderint. At eius comparatione longè iucundius est audire, quomodo nouo hoc gratiarum diluuiio, quod pridie quam Christus pateretur, erupit, totus orbis atque omnes adeo mortales, salutem & immortalitatem fuerint consecuti. nam *qui manducauerit ex hoc pane, & uiderit in æternum.*

Matt. 26.

Ioan. 6.

Quid his addam amplius? Tanta profecto hoc in Sacramento maiestas latet & præstantia, vt nesciam, vtrem sublime ei incarnatætionis mysterium debeam postponere. Hoc scio, naturæ humanæ plus hoc Sacramento, quam Incarnatone Christi honoris & excellentiæ accessisse. In sublimi namque & arcano incarnationis mysterio duæ quidem nature in vna eademque consistunt hypostasi, sed hac tamen ratione, vt diuina veluti domina ac princeps sit; humana vero serua & ministra. At in tremendo hoc Sacramento longe alia & penitus diuersa est ratio; humanitatis enim instar principis est; diuinitas ei velut socia tantum ad hæc scit. An non enim certum est, o Theologi, per verborum sanctorum

Natura

mana

magis

exalta

tur in Sa

cramento

huius in

stunt que

quam in

Christi in

carnatione

Gen. 25.

Insignis
conceptus.

Prov. vii.

Psal. 18.

Luc. 24.

Gen. 49.

3. Reg. 17.

1. par. 7. 23.

eorum vim & virtutem, corpus Christi primo produci, & per concomitantiam ipsam diuinitatem. Hic scilicet videre est, si tropologico loquendi modo vti velimus, ventrem Rebeccae filiae Baruelis, e quo eodem tempore fratres vterini prodierunt, (Iacob & Esau: primogenitus tamen fuit Esau licet horridus & deformis: nam ad eum modum ex mystico hoc ventre & sinu Venerabilis Sacramenti, duae naturae, ac gemellae quidem, egrediuntur; diuina scilicet, pulchra instar Iacob; & humana, propter peccata deformior, ad instar Esau: humanitas tamen primogeniturae priuilegio gaudet, primoque egreditur, primo nascitur, & primo ex vi verborum consecrationis, vt Theologi loquuntur, producit. Hic reperire quoque est Gazophylacium illud Evangelicum, vniuersum templi thesaurum, in quem non dico pauperula vidua, sed ipsa tota sanctissima Trinitas, duos nummulos, vtramque hanc naturam representantes, coniecit.

O admirandum ac tremendum Sacramentum, & mysterium penitus diuinitum ac sublime! Quod enim aurum inter metalla, quod adamas inter gemmas, inter Planetas sol est, hoc tu inter reliqua Sacramenta. Tu namque es nauis illa, de qua scribit Salomon, *de longè portans panem*, panem inquam vitae, & à longè quidem, quia defers caelo: nam à summo caelo egressus est tu. Tu es etiam caelestis ille panis, qui in Emaus fractus est, in cuius fractione duo illi viatores Dominum agnouerunt; panis praebens delictis Regibus ac iucunditatem Principibus. Quid? an non tu es sancta illa farina, quam Elias, Christum intelligo, quotidie in domo viduae Sareptanae, Ecclesiae scilicet, in immensum facit excrecere.

O Aquinatum fulgor Thoma, quando scripsisti tria à Domino facta esse, quibus maiora facere non posset, cur hoc quarto loco non posuisti? Nihil enim Deus vnquam gradius aut maius praestitit, aut excellentius aliquando praestare posset. Est hoc namque quod omnia opera à caelo facta, vel vnquam faciendae, superat & antecellit, in quo omnia mirabilia, in compendium quodammodo reducta declarauit, & in quod velut in numif-

ma quoddam aureum, omnes miraculorum nummulos (si ita dicere liceat) compegit & conflauit. Quod Propheta Dauid significat dicens: *Memoriam fecit mirabilium suorum Dominus meus.* Vnde vos, Auditores, velut ex vngue leonem facile maiestatem & splendorem tremendi huiusce sacramenti perspicere poteritis: vt hinc quo honore, quo cui in quaque animi preparatione sumendum sit, simul etiam discatis.

Est hoc alterum concionis nostrae membrum. Apostolus Paulus nos huc intuat dicens: *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat.* quasi diceret: Excute o homo merita, examina conscientiam, animamque debita preparatione dispone, prius quam panem hunc Angelicum sumas: *quis enim sumit indigne, iudicium sibi manducat & bibit.* ille namque panis est instar maris ascendentis & descendens, fluxum scilicet habentis ad salutem, & refluxum ad damnationem, illum quidem digne & magna animi humilitate accedentibus, hunc vero indigne accedere praesumentibus.

Et sane mare rubrum, cum de mari mentio incidit, omnes Aegyptios, idololatrias & impios vndis inuoluit: Hebraeis vero tutum vsque in terram promissionis transitum praebuit. Ita quoque sacra haec Eucharistia, rubrum illud mare sanguine & passione Christi rubricans, vndis damnationis omnes Aegyptios, peccatores scilicet submergit & deuorat: & Israelitas, animas inquam piorum, incolumes traducit, & in terram promissionis, caelestem inquam beatitudinem sistit.

Depromamus & alios conceptus, humilis illa Esther, & superbus Aman simul ad conuiuium Regis Assueri inuitati sunt sed Esther in reginam adoptatur, & voti compos efficitur: superbus vero & insolens Aman patibulo suffigitur. Docemur hic bonos iuxta ac malos, probos simul & improbos, ad conuiuium hoc Christi Iesu inuitari, sed illos vocari ad gloriam, hos vero ad mortem condemnari, ac iudicium sibi manducare & bibere. Expressum id video in parabola illa Euangelica, qua dicitur homo quidam Rex parasse nuptias

Psal. 111.

1. Cor. 4. 21.

Figura.
Exod. 14.

Figura.
Esth. 3.

& lautum conuiuium, ad quod cum omnes inuitasset, & conuiuas excuteret ac recenseret, vidit vnum non vestitum veste nuptiali, cui ait; *Amice quomodo huc intrasti non habes vestem nuptialem?* & addidit Euangelium, Regem animo grauiter commotum manus illi & pedes iussisse vinciri, atq; in tenebras exteriores proiisi.

Matt. 21.

Designat hoc, licet tantum parabola sit, magnum illum Regem Christum, qui regium Eucharistia instruxit epulum, ad quod omnes inuitauerat, dicens: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos*, cum peccatores impudenter sese videt ingerere, ac peccatis inquinatos, & vitiis foedatos mensae huic approximare, non vestitos veste nuptiali, quae charitatem denotat; adeo indignari & ad iracundiam concitari, vt nos in tenebras auernales, suppliciaque perpetua praecipites agat.

Matt. 21.

III.
1. Cor. 10.
Matt. 26.
Insignis
figura.

Probet ergo se ipsum homo, & digne accedat: ab ipsa namque accessione mors simul & vita dependet. Videmus namque Petrum & Iudam sacrae huius mensae participes reddi, vtrumque sacrae communioni communiri; sed eheu quam diuersa ratione, quam inaequali sorte? Vnus namq; hunc panem ad animae salutem, alter vero in iudicium sibi sumit. O admirabile Sacramentum quod mihi figuras referas, quibus tuorum effectorum diuersitatem exprimam. Vidit olim Iacob scalam, cuius vna extremitas caelum, altera terram feriebat: per quam ascendebat & descendebant Angeli. O scala mystica! an non nobis mirabiles ad oculum mirabilis huius Sacramenti effectus exprimere videtis? Ipsum namque scala est, quae vna extremitatum suarum, diuinitate scilicet, in caelum pertingit, altero vero, humanitate nimirum, terram ferit: per hanc scalam alii ascendunt sursum versus, qui scilicet digne magnaq; animi demissione accedunt: alii vero ad inferna descendunt, qui indigne sese hic ingerunt. Vnde dictum est de prioribus: *Qui manducat hunc panem uiuet in aeternum, & de aliis: Qui sumit indigno, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini.*

Gen. 28.

1. Cor. 10.

Rom. 5.

Scriptum est in Numeris, foeminam quae adulterii in simulabatur, certas quasdam aquas,

quas summus ei sacerdos tradebat, bibere consueuisse: quae si falso accusata erat, nullum ei damnum aquae illae inferebant; at maiorem potius gloriae segetem, pudorisq; coniugalis praemium addebat: verum si rea erat, & adulterio torum nuptialem polluisset, haustus ille non secus ac cicuta mortem & exitium afferebat. Quare agite Christiani, cum ad sacram hanc mensam accedere praesumitis, videte vt dignos vos praebatis, eadem enim mensae huius vis est, quae aquarum illarum sacerdotium: adauget enim gloriam, gratiam, & merita iis, qui noxii sunt & nullius delicti rei, mortem vero affert & exitium iis, qui crimen commiserunt, & peccato al quo inquinati sunt.

Cum Area testamenti per terras Philistinum, Gethaorum, Azotiorum, & Accaronitarum transiret, omnes interficiebat, magnamque vbiicumque transiret, cladem inferebat: Israelitas vero ab interitu vindicabat. Denotabantur hoc ipso admiranda SS. huius Sacramenti effecta, quod vera quaedam arca est, in virga Aaron, nostra inquam humanitas, & manna illud caeleste, ipsa nempe diuinitas continent: arca inquam peccatoribus fatalis & noxia, iustis vero & sanctis salutaris. Fornax illa Babylonica eodem tempore pueros Hebraeos illesos & immunes praestabat, & Chaldaeos ministros erumpentibus flammis deuorabat. O sacro sancta Eucharistia, tu es vera fornax charitatis in medio Ecclesiae succensa, quae Babylonios, id est, peccatores, consumis, & ad inferos deturbas, Israelitis autem, id est iustis, delicias & refrigerium spiritus suppeditas. Quis igitur dicere audebit figuratum nos noxia laborare? Cogitate vero, Auditores, & serio verba illa Apostoli, *Qui manducat & bibit indigno, reus erit corporis & sanguinis Domini*, vobiscum perpendite. Perpendite inquam quae grauiter Philisthai, Arcam Dei iuxta idolum Dagon in fano suo collocantes, a Deo castigati sunt? Quo aliud nihil declarat, quam eos qui SS. Sacramenti Eucharistiae arcam iuxta idolum peccati collocare praesumunt, gratus a Deo suppliciiis, vt plurimum puniri. Exaggerant quoq; Iudeorum scelus Euangelistae, quod Dominum in monte Caluariae loco in fami-

fami, & sceleratorum suppliciiis destinato, ossibus mortuorum repleto, ac tetrum odorem exhalante, quo infamior tota Iudæa non erat, crucifixi erant: at S. Paulus non minus esse dicit peccatum eorum, qui augustissimum & adorandum hoc Sacramentum in vitiosa conscientia, ac scelerum abominationibus infami, cui Caluarie mons non est vel conferendus, non verentur deponere: sed additur, *reus erit corporis & sanguinis Domini.* Noli igitur, ô peccator, te Iudæorum, qui Domini gloriam cruci affixerunt, flagitii seum constituere.

IV. Quænam igitur dispositio, eequas animæ preparatio necessaria est, prius quam quis sacræ huius mensæ communionem accedat. Preceperat olim Deus, ut Arca testamenti, in quam manna & legis tabule inferendæ erant, magno artificio, industria, singulariq; symmetria & proportionis fabrilis compingere, tur, & imprimis ut extrinsecus auro mundissimo vestiretur. Quid? an non hæc tam accurata constructio, vobis instructio fuit, quoniam modo, qua diligentia, & quam accurate conscientie vestræ templum construendum sit, cum ad eam non legum tabulæ, sed ipse legumlator, ipsa inquam diuinitas, debeat diuertere? Construite id igitur longa pœnitentia, diurna contritione fabricate, longæque prævio examine conscientie id purum reddite.

Dan. I. Nabuchodonosor rex pueros qui coram maiestate eius apparerent, eique ad mensam administrarent, pulcherrimos ex omnibus Hebræis seligi voluit, in quibus nempe nulla esset macula, decoros forma, & eruditos omni sapientia, & omnigena rerum cognitione. Deus etiam in lege Mosaica præcepit, ut quæcumque animalia ei in sacrificium offererentur, munda essent ac sine macula aut contagio. Reges quoque Egypti non nisi à purpuratis, Nobilibus, & à generosa ortis familia sibi ministrari volebant, adeo ut plebei & infimæ sortis homines, ne in conspectum quidem eorum se dare præsumerent. An non hæc præclara documenta sunt, è quibus discamus, quanta puritas, pulchritudo, virtutumque nobilitas necessaria sit, cum in Regis regum conspectum, qui nõ

nisi puritatem & pulchritudinem diligit, nihilque adeo quam peccatorum deformitatem abominatur: in conspectum inquam Principum omnium Principis, qui non nisi nobiles, non vero infames peccatores, plebeios, viles, & mechanicos, in seruos adoptat, & qui animalia immunda in laudum sacrificio sibi offerri non patitur, veniendum est, eumque is in animæ nostræ habitaculum deducendus.

Voluit olim Dominus, ut Moses calceamenta prius solueret, quam ad rubum accedere præsumeret, secumq; cogitaret terram quam calcabat sanctam esse: *Ne appropies huc, Exod. 15. solus calcamenta de pedibus tuis: locus enim in quo stas terra sancta est.* Idem omnino hic rubus est, idem Deus, sed humanitate in Sacramenti huius rubo reclusus, in quo omnia charitate incensa sunt: quare ut digne accedam, soluenda prius sunt imperfectionum calceamenta: hoc enim Sacramentum diuinum plane est, & supercæleste: locus quidam sacer est & mysticus, adyton, & terra sancta.

Scandalizabantur olim Iudæi, quod Apostoli panem illotis comederent manibus, eosque hoc nomine apud Redemptorem detulerunt: at quomodo scandalizari putamus Angelos, ac sæpius de nobis conqueri, cum panem illum cælestem non illotis manibus, sed immunda conscientia à nobis manducari vident? Quin etiam David Rex panes propositionis à comitibus suis noluit gustari, nisi sancte prius, se à contubernio & consuetudine mulierum diebus aliquot abstinuisset, iurassent. At quæto maiori munditia opus est, animas sacrum hunc panem gustare cupienti: non iam amplius figuram, sed rem figura denotatam, panem inquam qui immortalitatem confert: *qui enim manducat Ioan. 6. hunc panem viuet in æternum.*

Quare agite, Auditores, ecce appropinquant iam festa Paschalia, ecce venere dies quibus agnus Paschalis comedendus est, venit ecce tempus quo facer hic panis, cælestis ille cibus sumendus est: quare omni ratione contendite, ut digno vos illo reddatis, eumque ea qua decet sanctitate animiq; præparatione suscipiatis. Reuocate, obsecro, in memoriam, quo pauore omnis Israelitarum

exercitus fuerit consternatus, cum Deum tonantem, fulminantem, ac concrepantem in montis Sinai vertice audiret? Ita quoque vos tremere & pauere necesse est, cum ad montem Sacramenti hucus acceditis, in quo idem Deus praesens est, sed triumphans, gloriosus, ac diuinam quandam maiestatem spirans. Memineris, quæso, Magos extremo profectos Oriente, viso puerulo Iesu, in praesepe licet & palea reclinato, procidentes eundem adorasse: vos quoque ad eundem puerum, ad eundem Deum accedentes, licet eum in praesepe Sacramenti sub fæno & palea specierum Sacramentalium latitantem videatis, par est, statim ut eum visum estis, in terram prostratos magna animi demissione eundem adorare.

Matt. 2.

Vna namque est humilitas, quæ nos eidem sumendo quam maxime idoneos reddit: quam in rem egregii mihi hic conceptus in mentem venit. Cum Dominus apud Zachariam veller diuertere, & eum inter arboris ramos confidentem videret, clamauit: *Zacharie festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere.* Quod declaratur tum potissimum, cum Deum animæ hospicio suscipere proponimus, arboribus mundi esse descendendum, arboribus inquam superbiae, iactantiae, vanitatisque seculi. Descendite igitur quanto citius è montibus hisce, peccatores, ex arboribus quoque ambitionis descendite, matronæ: descendant turrata illa crinium fastigia, deponite erectos capillorum colles: descendite ex sublimibus illis coturnis, sandaliis illis immensum subleuatis, iugis & sustentaculis illis vestium immane quatum laxis: descendite vestibus illis superbis, & sirmatibus propemodum regis: festinate, descendite e vanitatis arbore ad humilitatis terram: non enim alio Christus vult diuertere, nisi ad ædes vestras. Humiliate vos igitur, eique dignum habitaculum præparate, & dicite mecum omnes, quotquot hic adestis.

Luc. 19.

O panis admirabilis, panis miraculis scaetens, panis coctæ sub cineribus humanitatis nostræ, qui pistus es ex pretioso Iesu Christi sanguine, & flamma charitatis excoctus! ô panis Angelice, panis azyme, & non fermentate, ô fermentum carens acrimonia. Tu

Matt. 13.

namque mysticum fermentum es, quod in Sacramento hoc mirabili virtutum nostrarum augmentum, bonorum operum merita, gratiarumque tuarum incrementum caulatris & producis. Tu es scilicet panis ille, in cuius fractione duobus illis Viatoribus in Emmaus tendentibus oculi aperti sunt, adeo ut Dominum in fractione illa agnouerint. Tu es bonus ille panis, quem Eliasus Propheta in medio Samariæ exercitui regis Syriæ edidit, quo eorum oculos aperuit, ita viciniimos, quos prius agnoscere non poterant, cognouerint. Tu es quoque panis ille magnæ virtutis & efficaciam, quem Paulus nauis distribuit, tempestatis laboribus extirpatis & deficientibus, quod ille eorum vires & animum restaurauit: *Rogo vos accipere cibum pro salute vestra, & cum hac dixisset, sumens panem, gratias egit Deo in conspectu ciuium, & cum fregisset cepit manducare.* O panis dentique omnium panum rex, qui olim in deserto quinque hominum millia cibasti. Hoc quæso nobiscum age, ô panis venerande, adorande, colende, quod olim cum Propheta Elias fecisti: deducas nos scilicet per deserta mundi huius, usque ad montem Dei Oreb, ad beatitudinem nempe cælestem, Amen.

Luc. 14.

2. Reg. 6.

Act. 17.

3. Reg. 17.

FERIA VI. IN PARASCUE, de Passione Domini nostri ac Redemptoris IESU Christi.

Partitio.

- I. Præmium sympatheticum ex specie facti immatiore.
- II. De horto & comitatu Domini.
- III. De dormientibus discipulis.
- IV. De Angelo confortante.
- V. De agonizante Domino.
- VI. De proditore Iuda.
- VII. De captiuitate Iesu.
- VIII. De gestis reliquis in horto.
- IX. De gestis apud Annam & Caypham.
- X. De negante Petro & Iuda desperante.
- XI. De accusatione apud Pilatum facta.

XII. De

XII. De secreto examine Pilati in Iesum.

XIII. De gestis reliquis apud Pilatum.

XIV. De Iesu baignante crucem, & Cruce baignante Iesum.

XV. De gestu reliquis, dictisq; ad crucem.

Passio Domini nostri Iesu Christi.

FIGURA.

I. **O** Funestum & tragicum diem! ô diem vere horrendum, cruentum, & omnium dierum tristissimum! diem morte Iesu Christi nobilem, diem quo vnicus Dei filius cruci confixus conspicitur: diem inquam, non iam protomartyris Stephani, qui lapidibus fuit obrutus, martyrio insignem: non nece Laurentii, qui super carbonem extensus glorioso martyrio vitam finit: non tristi sancti Bartholomæi, cui viuo pellis ablata fuit, morte nobilem: sed diem passionis Iesu Christi memorabilem! diem quo non nisi de gemitibus & lamentis, non nisi de suspiriis & lachrymis loquendum est. Solebant Israelitides quotannis ad bustum Iephtes filiae conuenire, vt funestam illius & lugubrem mortem, quæ sine vilo crimine Deo immolata erat, lamentis & lachrymis expiarent, ac tristem comparis sui casum deplorarent. O Auditores, vos illos Israelitidas esse quis me verat dicere, qui quotannis sacro hoc passionis die huc congregari consueuistis, vt tristitiam illam, non dico filiae Iephtes, sed sacrae humanitatis Iesu Christi sortem defleatis: qui nullo vnquam admissio crimine, ac sine vilo peccato aut delicto, ac penitus innocens in monte Caluarie fuit immolatus. Plorate igitur filie Israel, plorate, hoc lugubri & fœdibili præsertim die: die, quo funesta illa & cruenta exhibetur tragœdia, cui similis nulla vnquam in mundo exhibita fuit, in qua non nisi de morte filii Dei agitur: theatrum ipse mons Caluarie est, actorum partes agunt Iudæi, & ipse ego prologi. Sed nihil hic audietis aliud quam crucem, sanguinem, mortem, clauos flagella, fentes, & lanceas. At quoniam me in hoc tam longo ac difficili dramate vires deficiunt easque aliunde comparare necesse sit: ad quem po-

trissimum auxilii perendi ergo me conferam? anne ad Patrem illum æternum? Sed ardet ille hodie ira & penitus exarsuat, fulgure accinctus & vindicta, vltionem spirat, adeo vt ne proprio quidem parcat filio. Anne Angelos inuocabo vt patrocinentur? sed fient illi & ingemiscunt non secus ac nos: eadem illos quæ nos vrget tristitia, eadem defolatione, eadem premuntur afflictione. Anigitur Virginem illam gloriosam accedam, vnicum meum refugium, asylum, & consuetum ad quem me recipere soleo portum? sed nulla hodierna die auxilii ab ea expectandi spes superest, omnis enim, quam in ea fiduciam figere soleo, iam concidit & collapsa est. Video namque illam lachrymis, lamentis, ac suspiriis exhaustam, ac tantum non mortuam, cum videt suum ducem natum morientem desolatam, dum emisit spiritum. At nullum mihi refugium superest, nisi ad te, ô sancta, veneranda, & adoranda crux: tu mihi hodierna die in immenso hocce Passionis Oceano euaganti futura es portus, Helice, Pharos, Cynosura, ac directrix mea. Hic ego te inuoco, inlamo, genibusque in terram prostratis supplex adoro, diceas:

O crux aue spes vnica.

Nobilis ille, & non postremi inter pictores nominis Timanthes, cum lugubrem popam, ac funestam illam Iphigenie immolationem depinxisset, variosque astantium, & consanguineorum affectus expressisset, & iam Patris Agamemnonis dolorem ac vehementiorem ceteris affectum exprimi quoque oporteret: nulla id commodiori meliorique ratione fieri posse iudicauit, quam si eum velato & obnubilato vultu repræsentaret, dicens: aliam eius pingendæ rationem, nec meliorem, nec aptiorem reperire posse, aut vltimos colores, aut artem, quæ vehementiam illam patris doloris, & ingentem illum intrinsecus in huiusmodi patre habitantem affectum exhiberet, inueniri: quippe cui omnis ars & manus merito debere cedere videntur. Id ipsum mihi hodierna die de ingenti hoc Passionis Domini nostri mysterio dicere liceat. Cum enim mihi propositum sit amarâ illius crucifixionem hodie proponere, ac fu-

Timanthes in Agamemnone pingendo indultia.

Simile. Ind. 22.

ac funestum illius obitum, dolores eius extremos, morremque illius ignominiosissimam ingenue, id me nequaquam pro dignitate præstare posse profiteor, nisi velata eum facie, capite sentibus obfuso, oculis lachrymis suffusus, genis & vultu sputis illito, in crucis medio oculis vestris producatur: ipsa quin etiam reliqua eius supplicia, dolores, poenas & cruciatus, ac reliquam passionis eius seriem, verbis & oratione mihi velim credaris, exponere me posse diffido.

S. Gregorius cum Magdalene dolore perpenderet, magis ad flendum quam ad dicendum permouebatur.

Si sanctissimus ille Doctor Gregorius, cum lachrymas ac suspiria conuersæ illius peccatricis Magdalene attentius secum perpenderet, de illi; loqui proponeret, ita orationem exortus est: *Cogitanti mihi de Magdalena penitentia flere magis lubet, quam aliquid dicere: multo maiori id ratione de passione Domini nostri quis dicere queat, Beatissime Pater. Ad tui igitur imitationem dicam: cum vires mihi non secus ac tibi deficiant: Cogitanti mihi de passione Iesu Christi flere magis lubet, quam aliquid dicere.*

Jerem. 1.

Quis ergo dabit Capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte. Dauid cognito Principem exercitus Regis Saul, Abner crudeliter à Ioab castrorum Praefecto esse interemptum, vestimenta cõscidit, & ingemuit amaritudine cordis præ-

2. Reg. 3.

grauatus, aliosque ad idem faciendum incitauit dicens: Scindite vestimenta vestra, & accingimini facis, & plangite ante exequias Abner. Iisdem vos hodie verbis compellabo, Auditores, nam tristior eheu multo casus nobis accidit: ecce, peraguntur exequiæ Iesu Christi, omnium Principum Principis, quem Iudæi nefandæ cruci suffixerunt: scindite ergo corda vestra, & non vestimenta vestra, accingimini facis, & plangite ante exequias Christi: flere, ingemiscite, suspirate hodie, tundite palmis pectora, flagris in corpus vestrum sæuite, ciliciis lumbos accingite, relinquite pretiosas illas & delicatas vestes. saccos induite, & vnanimiter in funere Iesu Christi plorate.

Plut. in Cæsare.

Apophtegma Antonii.

Cum Iulius Cæsar in Senatu à coniuratis nefarie esset trucidatus, M Antonius cruentam eius tunicam, & stillanti etiamnum tinctam sanguine sustollens, in forum prodiit,

populoque Romano eandem commonstrans, animum addidit, vt sumptis armis tam nefariam necem prosequeretur, Cassiumque & Brutum cædis artifices, ceterosque coniurationis socios vrbe exigeret. Quod olim populo Romano fecisti, Antoni, id ipsum mihi hodie vobis eum faciendum est. Christiani. Ostendam vobis non tunicam Cæsar's, sed sacram Christi humanitatem rubicundo tinctam sanguine, vniuersis plenam, & plagis adhuc stillantibus deformatam. Sed vnam ita animos vestros permoueam, vt eos ad arma concitem, ad insignem de peccatis, quæ eum tam nefande interemerunt, vindictam capiendam.

Nam Patriarcha Iacob iam senex, statim vt tunicam Iosephi sanguineis tinctam guttis, & mortis signis deturpatam, conspexit: adeo dolore & affectu paterno intrinsecus commotus fuit, vt scissis vestibus in terram prostratus, cœlumque replens gemitibus, nullam consolationem, dolorumque lenimen voluerit admittere: ita namque S. Scriptura loquitur: *scissis vestibus indutus est cilicio, lugens solum multo tempore.* Sed longe funestius nobis hic, Auditores, spectaculum proponitur, ipsa nimirum tunica, tunica illa pretiosa, sacra inquam Christi, qui verus Ioseph fuit, humanitas, tincta sanguine, cruenta, mortis eius & necis nota ac presagium. Quis non igitur in lachrymas resoluatur, quis aliquam iam consolationem admittat, & non potius sine vlla intermissione plangat?

Tradit S. Scriptura, amicos Iob, cum eum in simario sedentem, vlceribus deformem, sanie deturpatum, vulneribus liuidum, & ab omnibus notis & domesticis derelictum viderent: illum nimirum, quem prius vt terræ principem diuitiis & opibus affluentem, honoribus cumulatum, longo famulitio stipatum suspexerant: adeo consternatos, & acerbissimo illo fortunæ variantis casu, ita percussos fuisse, septem vt ipsis diebus nullus ei vel verbum fuerit locutus. Et sane quis vestrum est, Auditores, qui, cum Dei Filium diligere se testatum velit, dum videt eum hodie in cruce extensum spinis coronatū, flagellis cõscissum: dum cõspicit genas eius alapis luentas, manus durissimis confixas clauis, ianus

Gen. 31.
Iacobi pl.
Aus pro
Ioseph.

Iob 2.
Amici Iob
adeo eius
casu per
culsi sunt
vt septem
diebus nullus
ei verbum
loqueretur.

lancea perforatum & sacrum eius vultum sanguine repletum; ille, inquam, quem prius vt Angelorum principem, Imperatorem vniuersi SS. Trinitatis Delphinum, & creaturarum omnium caput & summum videbat, nouerat; & crediderat; quis non, inquam, admirabitur, percellatur, contremiscent, emoriatur, aut saltem toto vitæ suæ tempore non obmutescet.

Regina Esther, cum pulchritudini suæ cōfissa, interius Assueri regis atrium ingredi præsumpsisset, ac deinde magnitudinem, splendorem, maiestatem Principis illius maiorem longe quam putarat vidisset, adeo consternata & percussa fuit, vt sensibus destituta, insolitam quandam in regis vultu maiestatem intuita, deliquium animi passa sit. Quid igitur te facere par est, anima pia & deuota; cum hodie piæ meditationis gressibus montem Caluarie qui in cubiculum & atrium Assueri tui, redemptoris tui, Christi tui, conuersus est, subiens, humilitatem, paupertatem, opprobria, & supplicia Principis huius, Dei huius intueris; an non consternata in terram rues, & tam insolitum spectaculum admirata, an non extra te rapiaris? Et sane longe maiorem consternationis causam habes: ò anima, cū paupertatem & mortem filii Dei conspicias, quam regina illa, maiestatem & magnificentiam regis Assueri contemplata.

Ò paradoxa noua! ò res nunquam vel fas vel auditas! Deus ecce hodie patitur, moritur, creator hodie à creaturis crucifigitur. Quam merito igitur exclamas Isai: *Quis credidit audirei nostro?* Quis, inquam, crederet Deum mori potuisse? & tu ò Paule cum ais: *Pradicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam.* Quis enim persuaserit Rabino alicui, Deum illum in cruce pependisse, qui maiores eius Egypto eduxit, per mare Rubrum traduxit, & eos in deserto manna saturauit? Quis etiam Gentili alicui Philosopho persuadeat, Deum illum, quem ait, credit, asserit, actum esse omnino purum, immortalē, æternum, impassibilem, beatum, passionem tam acerbam pertulisse, & inter latrones pependisse medium?

Tom. i. Bessai Quadrage.

Hoc ipsum est, Christiani, quod hodie credendum, desendum, & suspiciendum est. Paradoxa sunt, sed tamen vera. Deus ipse mortuus est! ò mortem inauditā, quid? an Deum emori? Deus est, Deus, ipse Deus qui tot in corpore suo cruciatus pertulit. Sistite, obsecro lacrymas Christiani, inhibete fletum, cessent suspiria, & audite vt inclamet: *O vos omnes qui transitis per viam attendite & videte si est dolor sicut dolor meus.* Hic namque videbitis eum quem propheta virum dolorum nominauit; & aliud ad dolorem & cruciatum exprimentum hieroglyphicum nolite querere: Ò Egyptii, quam ipsum Redemptorem: neque enim anima aliam dolorum materiam querit, quam hunc ipsum Redemptorem videre vulneratum. Et vos ò animæ fideles, si vllò vnquam tempore erga Christum amorem vestrum declarastis, hoc profecto tempore eum patefacere potestis, quum sum in cruce suspensum contemplantini. Aliud toto vitæ tempore nolite admirari, quam acerbā hanc crucem: aliud nolite mente voluere, quam amaram hanc passionem: aliud nolite cogitare, quam horrendos illos cruciatus. Quare attendite & videte; inspicite, obsecro, & perspicite miserum hocce corpusculum, atque omnia eius membra, artus & compages distortas & laceratas contemplantini.

Ò lugubre & funestum spectaculum! non apparent nisi spinæ in capite, in oculis lacrymæ, in vultu spuma, in fronte concretus sanguis, in collo vincula, in laterelanceæ, in manibus clauis, & in tergo & humeris non nisi flagella conspiciuntur. Dimetiimini omnes dimensiones eius, & immentos toto extensos corpore cruciatus aspicietis. In longitudine perferrā capite ad calcem; nam à *plantæ pedis vsque ad verticem non est sanitas in eo.* Videamus & latitudinem, de qua dicitur: *Dimenerunt omnia ossamea.* Cruciatum eum peruaserunt, concusserunt, & vsque ad minima etiam ossicula demoliti sunt. Quid de profunditate dicemus, de qua dictum est: *Lancea latus eius aperuit?* intima namque pectoris rimata est, & penetralia cordis atque intimas latebras militis penetrauit.

Non fuit dolor similis dolori Christi. Thren. i.

Isai. i.

Psal. 21.

Ioan. 19.

V u u trauit

3. PAR. 9.
46. ART. 5.

Historia
Passionis
Christi in
3. membra
diuiditur.

trauit hasta. Denique si D. Thomæ Aquinani credimus, omnes omnium hominum passiones in genere & simul, non autem in specie aut sigillatim pertulit. Hic ò philosophi, in Christo Iesu nimirum, omnes cruciatus, supplicia & tormenta martyrum quæ olim pertulerunt, vel vilo aliquando tempore deinde toleraturi sunt, sensibilibus, & non solum eminenter, comprehensa conspiciamus. Quod vt distinctius perspiciatis maioremque ipse vobis ingemiscendi, & lachrymâdi materiam suppeditem; lugubrem hanc tragædiam tribus distinctam actibus, cruentis reuera, tragicis & amaris, oculis vestris, velut in scena, subiiciam. primus actus representabit vobis ea quæ in horto & monte Oliueti contigerunt; secundus quæ in ipsa Hierosolymorum ciuitate peracta sunt; vltimus vero ea quæ in monte Caluarizæ euenerunt. Epilogus vero tristem illam catastrophem passionis & mortis Christi cû tristi & fatali illo Epitaphio, sed orbi admodum fausto & læto, nempe *consummatum est*, exhibebit.

II.

Principio igitur, omnes huius tragædiæ scriptores vnanimi consensu tradunt, Saluatorem mundi Christum testamento iam condito, sanctissimo Eucharistiz Sacramento instituto cœna legali peracta torrentem Cedron transiisse, & recta Gethsemani, qui vicus erat haud procul à monte Oliueti, in quo hortus erat, contendisse & eundem cum omnibus Apostolis intrasse. O horte fatalis, tu nobis in memoriam reuocas veterem illum hortum, paradysum inquam terrestrem, in quo omnes omnino homines salute sua noxialis morsu pomi exciderunt. Designas quoque nobis fœlicitatem, & fortunæ auram benigniorem in qua homines vt plurimum pereunt, seque salutemque periculo exponunt. Adam namque in horto illo voluptatis se & posteritatem perdidit; Susanna in viridario suo pudorem propemodum amisit; & hodie Iesus Redemptor noster in horto quoque ab hostibus proditus fuit. O hortum inamœnum, fatalem, periculis & variis expositum casibus! Sathan serpentis induens habitum hortum olim intravit, vt totum orbem, & omnes penitus

Digressio
de horto.
Gen. 3.

Hortus fœ-
licitatem
designat.

Dan. 15.

mortales euerteret, occideret, & perderet; & ecce Antagonista eius Christus Iesus hodie quoque hortum, mundum restauraturus, redempturus, & in pristinum vigorem restitutus ingreditur, vt vnde mors oriebatur, inde vita resurgeret.

Hortum intrans tres tantum Apostolos assumit, octo reliquis ad horti introitum relictis, atque ita paulo vterius in horto progressus est, vt tanto maiori commoditate orationi incumberet: *Assumpto Petro & duobus filiis Zebedæi*. Respicite quæso animæ solitudinis amantes, passerem illum solitarium de quo vaticinatus est vates regius: dicens, *Vigilauit & factus sum sicut passer solitarius in seculo*: videte præclaram illam auem quæ non nisi deserta quærat, non nisi siluas dulci voce susurret, videte autem illam querulam, suspirantem, gemiscentem ac iuendissimam de precibus suis harmoniam concinnantem, suspiria instar bassi sunt, clamores superioris; lachrymæ, tenoris; & orationes, contra tenoris vice funguntur; feruens erga redemptionem amor totam hanc musicam dirigit & moderatur. O iucundissimam harmoniam! O symphoniam Cygneo cantu dulciorem! Sed non video hic nisi tres discipulos, Petrum, Ioannem, & Iacobum cur non & ceteros? Hic quidem aliqua prærogatiua esse videtur, mysterio tamen non vacat. Promiserant quippe illi maiorem ceteris animositatem, ac magnanimum quid ante alios præ se ferebant. Ostenderant sese verbis Cæsares, Hercules, ac præsertim Petrus qui dixerat confidens & audax, *Etiamsi oportuerit me mori tecum non te negabo*. O animos Rodomontæos! Zebedææ vero interrogati olim num tristem & amarum passionis cicutam in crucis calice haurire possent: *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* responderunt quasi noui quidam Thesei aut Alexandri; *Possumus*. O præsumptionem singularem, ò præfidentiam inauditam! Dux igitur, de animo & generositate illorû periculum facturus, eos hodie in aciem producit, armis & gladiis obicit, vt quos verbis prius ostenderant animos, eos iam re ipsa cum necesse foret, declarent: quid vero possint & quæ

Psalm. 102.

Cur Domini noster cum secundo assumptio

Matt. 26.

& quæ eorum virtus sit breui videre dabitur.

Deinde quoniam tres hi gloria Transfigurationis interfuerant, necesse quoque erat & par, vt passionis infamiam cruciatibusque interessent. Atque illa tua agendi ratio est ò mundo; è transfiguratione scilicet ad passionem transire, è deliciis ad dolores, è voluptatibus ad lachrymas, è fastigio prosperitatis ad imum aduersitatis fundum delabi. O Petre quæ rerum vices, quæ subita fortune mutatio, dixisti olim in vertice montis Thabor gaudio & lætitia exira te ipsum raptus, *Et non est n: s hic esse*: sed mutabis quamprimum vocem & tonum, ita vt pauore consternatus clamaturus sis; *Malum est nos hic esse*, periculosum, nec securum; cum ipsemet Dominus hic tremat, concutiat, & timore percellatur exclamans; *Tristis est anima mea usq; ad mortem*. Quasi diceret, Si vnquam, ò Apostoli, magitram vestrum dolore cõfectum vidistis; iam venit profecto tempus, quo eum turbatum & ærumnis pressum videre datur: numquam enim anima mea ita fauciata fuit in trisecus; numquam tam vehemens me incellit pavor & consternatio, vti modo: tristitia namq; & formido animam inuasurunt, & ad mortem vsque eam discernunt & diuexant. Præuiderat imminentem hanc tempestatem & grauem tristitiæ nimbum regius ille vates David; *Cor meum*, inquit, *conturbatum est in me; & formido mortis cecidit super me*: & alibi: *Repleta est malis anima mea, & vita mea inferno appropinquauit*. Sed vndenam grauis ille terror tibi irruit Domine? quis æstum illum concitauit? unde hæ angustia, tristitia, & subitus ille pavor? In aperto causa est, & quidem multiplex: hinc namque detestanda illa Iudei proditio, illinc turpis Apostolorum fuga, Iudeorum item reprobatio, excidium & deuastatio Ierosolymitana: tum vero potissimum ac maxime, mortis impendentis formido & merus. Atq; hæ suere cataractæ, scaturigines & fontes, è quibus vehemens ille tristitiæ torrentis emanatac deriuatur.

Quem igitur feralis illa mors non concutiet? quis non pallescit, tremet & pauebit, quis non emoriatur, dum mortis ipsius me-

minerit; cum & Gigâtes consterneret, & Hercules ipsos eiusdem memoria percellat, ipsique quin etiam Christo metum & anxietatem incusserit? Hinc præclare mihi dixisse visus est Aristoteles, de morte scribens: *Optimum terribilium terribilissimum est mors*. Et bene quidem: nihil enim morte aut horribilius aut metuendum magis. Magnus ille Persarum Rex & Monarcha Xerxes, cum duodecies centena hominum millia, vel amplius, sub signis haberet, qui Græciam vastarent, & disperent, eosque in acie iam constitutos magnopere videre desideraret, montis cuiusdam verticem conscendit, vt tâo eos melius ante oculos haberet. Cum itaque omnes in acie iam constitutos cerneret, vberit illachrymari cœpit, ac tacitus secum omnium suorum casus deplorare. Quæ fletus causa, ò Rex? quid hæ tuæ lachrymæ designant qui tâa prius animositatis signa ostendisti? Quis ad aures rumor delatus est ita vt ingemiscas? Ingemisco, ò duces mei, quod vos & omnes commilitones vestros, quos hic cernitis, tandem aliquando morituros sciam, & quod ex tot hominum millibus, tot fortissimis & validissimis viris, qui hinc Hellepontica litora prætexunt, & illinc omnem circumquaque regionem ferro flammaque vastant; post centum annos, nullus omnino superstes futurus sit. Quid? tantane tua potentia & vis est, ò mores, vt vel sola tui memoria & vmbra inuisum illum Regis animum potuerit concutere, terrore percellere, & ad lachrymas concitare?

Dicitur Hilarion, vnus de veteribus Anachoretis, morti vicinus, animam, cum Anachoretæ egredi timeret, & rigorem iudicii pertimesceret, mille anxietatibus & pressuris confestata, his eam verbis compellasse. Quid timo vitæ mea anima mea, septuaginta annis in vasta hac solitudine Deo seruisti: pœnitentiã protus. delictis egisti: à tanto iam tempore ad libertatem aspirasti, & vincula captiuitatis effugere conata es, & ecce, cum carceris repagula iam referata sint, egredi perhorrescis, & quodammodo detrectas. Quid igitur times, quid formidas: egredere. Et tu, ò anima mea, peccatrix, mori non times mortem non perhorrescis? Vide porro, vt animæ

Vuu 2 Regum,

A gloria
sepe in in-
famiam
cadimus,
atque illa
est mundi
instabili-
tas.
Mat. 17.

Psal. 37.
Psal. 45.

Mors
Christo
terrorem
incurit.

Arist. 3. E-
thic. c. 6.

Factum
Xerxis.

S Hilarion
ta timuit
in extre-
mo vitæ
constitu-
tus.

Regum, animæ Hilarionum, anima etiam Iesu Christi, eandem formident; & tu erudelis & pernicax nequaquam moueris aut pauebis?

Dan. 5. Sed redeamus ad propositum, Christus Dei filius sola mortis memoria concutitur. Quemadmodum olim Balthassar Babylonis Rex, visa manu scribentis in pariete, quæ mortem ei imminere, & impendere denuntiabat; adeo perterritus fuit ut toto corpore cõtremitiscens & exalbescens iam iam sibi moriturus videretur. Ita etiam Iesus Christus, summus ille vniuersi Monarcha, manum illam diuinæ iustitiæ, decretum mortis aduersum se in charta crucis exaratum videns, tanto pauore & tremore consternatus fuit adeoque territus & percussus, ut formidinem celare non valeret, & dicere coactus fuerit. *Tristis est anima mea usque ad mortem*; penitus exhaustus sum, viresque me deficiunt Patris.

3. par. q. 46. art. 6. Quæ alia: Deinde tristitiæ huius aquæ à duob. aliis causis maioris Christi adferuntur. etiam fontibus promanabat; primo quod vita hæc, quæ in Iesu Christo ratione quadam supereminenti, propter vniõnem illam hypostaticam, erat, spoliandus esset; ita ut illius amissio, vel ad horam tantum, magis deploranda esset quam in vlla alia creatura ad mille annos. Docuit hoc me Doctor ille Angelicus Thomas; atque hæc vna est e causis tristitiæ Domini nostri Iesu Christi. Alteram docuit Isaias, quæ inde originem sumit, quod Christus pro peccatis nostris satisfactorius dolorem etiam pro omnibus totius mundi peccatis concipere debebat; vnde ait, *Vere dolores nostros ipse tulit*.

Isa. 53. Porro dolor hic qui e contritione nascitur, vehemens omnino & infinitus in eo fuit, ac longe maior quam in vlla alia creatura vnuquam fuit aut erit: tum quod ipsam peccatorum grauitatem perfecte cognitam haberet, quod sapientiæ eius ascribendum est: tum vero, quod Deum, in quem offensa commissa erat, infinito & incomprehensibili amore prosequeretur atque duo hæc ipsos contritionis dolores adaugere consueverunt. Quam magna igitur in eo hæc tristitia fuit, de qua Propheta olim dixit? *Magna est velut mare contritio tua*. Magna pro-

fecto fuisse existimandum est, cum Christum eadem propemodum vita priuauerit, ad terram saltem deiecerit.

Procidit in faciem suam. Videre hic obsecro contutum & afflictum Publicanum peccatorem versus erigere vix præsumentem; sed vultu deiecto in terram prostratum, & eandem lachrymis irrigantem, singultibusque & lamentis intermixtis ad Patrem precēs fundentem, *Transseat à me calix iste*. O Pater misericordiæ & Deus totius consolationis, qui Danielem de lacu leonum clamantem exaudisti, qui Ionæ de ventre ceti te inuocanti faciles aures præbisti, quique tres Hebræos pueros in fornace Babylonica constitutos respexisti, & ab interitu & flammis vindicasti: Exaudi, obsecro, clamantem ad te Vnigenitum tuum; respice dolores eius quibus affigitur, respice inuocantem, tibi supplicantem, doloribus oppressum, mœrore confectum, & hic coram te in terram prostratum. Habeo quidam Pater, partem quandam inferiorem, sensualitatem nempe & inclinationem naturalem, quæ mortem naturaliter reformidat, quæ crucis, passionem & necem nimium quantum perhorrescit; illa, illa est quæ tibi hic supplicat & inclamat, *Transseat à me calix iste*. Verum habeo & facultatem quandam superiorem, rationem scilicet, quæ ei dominatur quamque tu dirigis & moderaris, quam iam inde à primo ortus mei die tuæ voluntati potestatiq; semper commisi: adeo ut nihil velle possim, nisi quod ipse vis, meaque voluntas tuæ hæcenus fuerit conformis, & semper futura sit. Quapropter si decreueris, si constiterit, & in Cõcilio tuo stabilitum sit, crudellem illam mortis sententiam in vnicuique tuum filium ferre; *fiat*, non detrecto, non repugno, paratissimum me reperies, & voluntati tuæ obsequentiissimū. Ecce manus offero clauis confingendas, caput spinis coronandum, latus lancea perforandum, ac totum denique corpus in crucem sustollendum.

Quid agis igitur anima mea? aut quomodo te geris? quid ais, interea dum Redemptorem tuum, Creatorem tuum, Deum denique tuum in terram prostratum intueris? an non

te ad vsque terræ centrum humiliabis? an non hinc disces ad Deum in tentationibus confugere; aut voluntates tuas in eius beneplacitum resignare? Quamobrem cito te anima mea, adiuro, vt hodie mundo egrediatis, & hortum illum doloris ingrediatis, in eoque non nihil expatieris: videbis namque hic insignem illam arborem vitæ, fructibus angustiarum, doloris, afflictionum grauidam. Accede, & vide hic rubum illum ardentem: nõ videbis hic amplius illam cedrum; non altam illam cyparissum diuinitatis, nõ est hic nisi rubus humanitatis nostræ, caritate in horto oliuarum exæstuan; sed soluenda prius tibi calcæamenta, deserenda peccata; locus enim ille, sacer est, & virtutibus refertissimus: Contemplaberis hic quoque ingentem humilitatem, ardentem elaritatem, & obedientiam incredibilem: videbis hic etiam pusillum pugilem Dauid ad certamen iam iam imminens sese præparantem:

Annibalem, quamdiu Scipionem armata manu sibi instare sentiebat, nunquam se ad dormiendum composuisse, aut armis sese exuisse: sed semper hostem metuendo, lorica indutum somnum cepisse. Quomodo tu igitur anima dormire præsumis, nudata penitus & armis gratiæ exuta, cum tot vndique inimicis cingaris, qui semper excubant, quomodocumque te dormitantem & incautum opprimant?

Vigilate & orate, ne intretis in tentationem, & vos imprimis & peccatores, quos meminisse velim, quantorum malorum causa somnus mundo extiterit. Noe namque dormiens nudatus est, & a proprio filio derisus. Gen. 9. Gen. 19. Loth dormiens, nefarium incestum cum filiabus commisit, Ægyptiis quoque in tentoriis præ vino & crapula stertentibus, omnes eorum primogeniti nocte vna fuere interfecti. Sampson in sinu Dalilæ dormiens, à Philistæis captus est, vitamque perdidit. Saul quinetiam dormiens discrimen subit & armorum & vitæ perdenda; nisi Dauid ei percussisset. Isboeth quoque dormionis illius filius, præ æstu dormitans medio die, in lectulo a duobus sicariis est interfectus. Tobias dormiens visum perdidit, & Holofernes captus, Ionas in mare deiectus est. O infelicem igitur somnum; ac multorum malorum seminarium! *Vigilate ergo & orate.*

Ad vos hoc pertinet & Episcopi, vobis Episcopi potissimum hocce documentum traditum super grege est, Ecclesiæ Presules. Episcopo dormis; pastores dormitis securi & quieti: Videte vnde excubent: hinc hæretici, schismatici, illinc Iudæi, Turcæ, diaboli denique ipsi se moueant, & gregi vestro insidientur; & vos dormitis? Vigilate Episcopi, & oculis semper apertis excubate: Vidit olim Iheremias virgam excubantem, & nunquam vel minimum dormitantem: Leo animalium fortissimus & princeps oculis semper apertis dormit: vidit etiam Ezechiel animalia quæ ante & retro plena erant oculis. Quibus omnibus vestram vigilantiam denotari purem Episcopi: Vos namque estis pulchræ illæ virgæ, quibus Deus populū suum dirigit & flectit: vos estis inter Christianos, quod leo inter animalia; vos quoque signarunt oculata

Factum Annibalibus:

Gen. 9. Gen. 19.

Judic. 16.

1. Reg. 6.

2. Reg. 4.

Tob. 1.

Judic. 3.

Ion. 1.

Ierem. 1.

Ezech. 1.

III. Vix finierat Dominus orationem, quin statim loco surgat: & ad discipulos progrediarur: quos vbi dormientes reperit, ad Petrum conuersus ait, *Simon dormis, non potuisti vna hora vigilare mecum.* Tunc Petre, quem ego Apostolorum meorum principem constituere decreueram, quem in Ecclesiæ verticem & caput elegi, modo dormis? tene dormire, qui ita te prius iactaueras, tantumque de te ipso præsumebas? Ecce inimici ad nos properant, synagoga nos quaerit. Dormis Iona & ecce tempestas per mare sauit. Anne oblitus es parabolæ Petre, quam me olim dicere memini, cum dormiret homines, venisse inimicum, & bono semini supereminasse zizania? anne oblitus es me in nauicula dormitante, & tempestate excitata, te inelamasse, *Domine salua nos, perimus.*

Matth. 15. Quoties & anima tibi in turpi vitiorum lecto stertenti inelamat cõlum; & internis hinc verbis inspirat Deus? *Anima dormis?* Omnis ecce infernalis potestas, & auernalis colluuius in salutem tuam conspirauit, quaerite, prosequitur te crucemque tibi & supplicia præparat, & tu vtramque secuta in aurem dormis? Tradunt historiæ gẽtilium, horribilissimum illum Carthaginensium Ducem

Matth. 15.

Matth. 8.

Meditatio.

Vuu. 3. illa.

illa animalia, quæ Propheta vidit. Semper igitur vobis excubandum est, semper oculi aperti sint, atq; omnis illis procul somnus excutiendus, sed imitemini potius vigiles illos pastores, de quibus scriptum est: *Erant pastores custodientes vigilias noctis super gregem suum.* Excubabant illi super gregem suum, vos super vestrum excubate. Hoc est quod magnus ille ouium pastor Iacob fecero, quasi rem bene gestam commemorabat, adeo nempe se semper vigilem & diligentem extitisse, vt nunquam somno vel minimum indulserit, sed fugerit ille semper ab oculis eius.

Luc 2.
Gen. 31.

Plus. in
Apophth.
reg.

Sueton.
Augusto.

Philippus Macedonum Rex, cum in comitiis quibusdam, ad quæ Græci multi conuenerant; dormitaret, ipsique hoc in deteriori parte interpretarentur, dormientique exprobrarent; *Nolite*, inquit Parmenio, vnus è Philippi ducibus, *mirari dormientem se nunc Philippo; vobis enim dormientibus ille vigilabat.* Idem pene de Octauio Augusto refert Suetonius. Hic enim cum negotiorum ingruentium multitudine insomnes sepe noctes traheret, intelligeretque inter cæteram suppellestem, lectum cuiusdam nepotis, qui in gurgustis & popinis omnes suas facultates deuorasset, & ingens adhæc æs alienum contraxisset, venalem esse eundem sibi coemi iussit, in vsumque suum referuari; dicens: Si ganeo ille & nepos in eo secure dormire potuit, tanto tamen ære alieno grauatus, forsitan & Cæsar, tot negotiis obrutus & implicatus totque sollicitudinibus impeditus, in eo dormiens quietem inueniet. Non potuit ecce potens ille Monarcha, qui totum Orbem nutu suo moderabatur, quiete somnum capere, plurimis curis & anxietatibus grauatus.

Videte porro nouum hic Octauium, nouum Philippum, nouum Annibalem, Iesum inquam CHRISTVM, qui cum totius orbis peccata humeris sustineret, hodie in horto Oliuarum excubat. Videte illum toties ad Apostolos progredientem & noctem precibus extrahentem tertioque eundem sermonem orantem. O rem inauditam! Ipse Dei filius tertio idipsum à Patre obsecrat, & non exauditur; non igitur mirum

Christus
se orat

videri tibi deber anima, si interdum ad precibus tuas videatur Deus obsurdescere, teque ad primam orationem non exaudiat. Discite quoque hinc in oratione perseverantiam adhibere, & peruicaciam quæ nusquam nisi in oratione adhibenda est. Tertio namq; Chanaanæ repulsam passa; quarta vice voti compos efficitur. orauit quoque totus terrarum orbis quinque annorum millibus, vt tandem aliquando optatus Messias descenderet, & ecce post tam diuturnam repulsam importunitate precantium victus tandem cælo delapsus est.

Hinc præclare mihi dixisse videtur qui ait:

Gutta cauat lapidem nõ vi sed saepe cadendo.
& alius quidam parodice:

Vota Deos stant non vi sed saepe precando.

Quamobrem nolite è hæretici nos exhibere, si modo ter Orationem dominicam, ad honorem SS. Trinitatis, modo quinquies salutationem Angelicam, ad honorem & memoriam sacrorum quinque vulnerum Christi recitemus. Neque enim est, vt ideo vobis ludibrio simus, quod certum precum numerum recitemus: videte namque vt hic Iesus Christus nobis hoc faciendi viam præcat, tertio oret, & tertio eadem à Deo postulet, ac tandem post tertiam orationem à Deo exaudiatur. In quam rem videte iam accedentem Angelum, legatum cælitus missum, qui cum consolaturus aduenit.

Apparuit ei Angelus de cælo confortans eum. IV. Præclaram huiusce rei figuram habemus in Genesis. Cum enim vidisset Iacob, fratrem suum Esau instructo exercitu aduersum se properantem, vt vitam eriperet dolore angustiaque animi oppressus, diuinæ sese voluntati commisit; & ecce quamprimum Angelus de cælo ad eum missus fuit, qui eum confortaret dicens: *Si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines praualebis.* Ita namque semper fieri videmus, vt post tribulationum procellas, malacia & serenitas consolationum redeat; & sane post tentationes deserti, missos ad Dominum legimus Angelos, vt & hic modo post ingentem illā cordis tristitiam. Cum misera Agar per

per agros & desertâ vagabunda & sitibunda erraret; ecce apparuit ei subito Angelus, qui fontes ei & aquam indicauit. Gedeone irato & grauiter ferente Madianitas victorius turgidos populum Israel premere; Angelus statim de cœlo descendit, qui eum consolatus est, marem abstulit & omnem tristitiæ nubem depulit. O sanctæ & salutare tribulationes quæ semper Angelos meremini habere consolatores! Sed audiamus quid Angelus hic dicturus sit, aut quonam modo Dominum consolaturus. His porro eum verbis allocutus est.

Oratio Angeli ad Christum. O summe cœlorum princeps & totius mundi Rex, ô summe vniuersi Monarcha, venit iam ecce tempus, quo perditum genus humanum redimendum est; venit modo hora qua misera mortalitas captiuitate liberanda est. Crastina itaque die ô pusille

Dauid, ingens ille Philistæus, humanitatis tuæ funda & vulnere lapidibus prosterendus est. Omnes iam te mortales operiuntur, omnes quotquot in limbo captiui detinentur in te vnum oculos coniecerunt, in te vno spes suas fixere, te vnum respiciunt; quin & nos iam à quinque annorum millibus te expectauimus, te velut auctorem gloriæ exoptauimus, ac ruinarum nostrarum restauratorem; vt de te ipsi Propheta prædixerunt: *Iudicabit in nationibus implebit ruinas.* Crastina igitur die, ô Princeps æternæ, omnes veteres figuræ adimplendæ sunt; & omnia Prophetarum oracula ipsa veritate comprobanda: *vt iustificeris in sermonibus tuis.* Quas tibi Domine hic in mentem reuocabo.

Postquam Cain inuidia commotus fratrem Abel interfecisset, in delicti punitionem per omnes orbis angulos velut erro vagatus est, paterna domo profugus. Crastina die id completum videbis Domine, quando scilicet Iudæi fratres tui secundum carnem innocuum te, & nullius criminis reum, sed solum inuidiæ stimulis agrari, morte afficiant; sed in delicti castigationem parricidæ illi domo patris tui profugi erunt, perque omnia mundi climata vagabundi & palantes errabunt, nullam certam sedem

habentes. Construxit Noe secundum præscriptum Domini ingentem arcam vt in ea totum mundum ab vadis diluuii seruaret immunem. Crastina die ostendes te esse verum illum Noe, qui constructa humanitatis arca, omnes omnino mortales diluuii damnationis perpetuæ eripies. Isaac carissimus Abraham filius, ac patri obsequentissimus, lignum suis tulit humeris, quo in monte Deo immolandus erat. Crastina vero die apparebit, te verum Isaac esse, cælestis illius Abraham filium, qui vt Patri tuo obsecundus, grauem illam crucis struem humeris feres, in qua in monte Caluarie immolaberis. Permisit Deus, vt Ioseph Patriarcha, qui fratrum inuidia Ismaelitis in seruum venundatus erat, ne fratrum Princeps, vt prædixerat, foret, post graues & diuturnas calamitates carceris, vitæ que molestias, tandem eorum caput factus sit, & Egypti seruator fuerit nuncupatus. Crastina vero die palam facies, te verum illum Ioseph esse, venditum à patribus tuis, Iudæis nempe, verentibus ne aliquando Princeps eorum fieres, qui post dira & graua supplicia è sepulchri custodia egredieris, & ab iis velut Iudex, & totius orbis Monarcha tandem agnosceris. Vidimus olim æneum in deserto serpentem erectum, in quem si qui venenatis vipetarum moribus læsi oculos coniecissent, confestim sanabantur. Crastina die, ô verbum Patris, te instar serpentis videbimus in deserto Caluarie eleuatum, vbi peccatores te intuentes à scelerum suorum puncturis & moribus confestim liberabuntur. Itaque hæc omnia Domine complenda sunt.

Reuoca quoque in memoriam hircum illum emissarium, qui in desertum peccatis totius populi grauatus pellebatur. Eheu! agne sine macula, crastina die agni natura exuta hirci indues, & Ierosolymis in desertum Caluarie totius orbis iniquitatibus onustus, exigeris. Immolabat lex quoque rufam vitulam extra castra, cuius cineribus reliqui conspersi sanctificabantur. Crastina vero die illud mysterium ad oculum etiam cõpleri videbimus; quando nimirum humanitatis tuæ vitula, charitate rubes, extra

MUROS

Figura passionis Christi. Gen. 4. Gen. 6.

Gen. 22.

Gen. 39. 41.

Nûm. 21.

Leuit. 16.

muros Ierofolymitanos immolabitur, cuius sacrificii cineres, tua nempe merita, omnium mortalium delicta expiabant & delerunt.

Quare age Domine, fac obsecro, vt Propheta tui veritatem dixisse deprehendantur, nec reformides mori passionis instantis metu, noli percelli, magna & graua, fateor, erunt supplicia, & cruciatus infiniti; at gloria futura est magna, & merita tua valoris infiniti. Sume itaque animam. *o* Princeps, noli pauere aut consternari, consolare, consolare, verbum Patris, dispone te ad tolerandum; ac tecum ipse perpende, omnes omnino homines, qui sunt, qui que futuri sunt, tibi ob hoc singulare beneficium in perpetuum deuinctos fore: igitur apprehende arma & securum, & exurge in adiutorium mundo.

Sed quænam illa rerum vices, *o* Angeli? quis ita rerum inuertit ordinem, tene consolari eum; qui tibi in cœlis gaudio & consolationi est? qui tua gloria, tua beatitudo est? Quam bene præuidit id Psalmographus, cum diceret, *Minus est enim paulo minus ab Angelis?* Quid igitur nos hic facere par est mortales? Ecce Angeli Christum consolantur, & nos quorum causa patitur, eundem non consolabimur? Quare ne nos hac in re Angeli superasse videantur, eamus, ad horum properemus, ac nostram quâlibet demum ea futura sit, consolationem; totius mundi nomine, exhibeamus, dicentes:

Consolatio quam homines Christo afferre conantur.

Iam tempus est, *o* exoptatissime & desideratissime Messia, iam dies illuxit qua nostri miserearis necesse est, qua declares oportet & omnibus manifestum reddas quæta semper mundum dilectione, quo amore, quo denique affectu fueris profecturus. Iam finiri debet diuturna illa peccati originalis eclipsis, iam dies adest, qua tartara expugnanda sunt, diabolus vincendus, & paradisi repagula referenda. Iam plusquam quinque annorum millia elapsa sunt ex quo miseri illi captiui, in terræ visceribus detenti, hoc tempus exoptarunt, qui per te solum & à te se norunt liberandos. Hæc est illa dies, quæ omnem illis benedictionem, solatium, gaudium & lætitiâ allatura est. hæc illa est dies Domine, qua vincula captiuitatis eorum dirum-

penda sunt, ergastula effringenda, qua libertatem restituendi, & gloriæ tuæ participes efficiendi.

Hæc est illa dies Domine, qua lytrum redemptionis nostræ soluendum est, peccata nostra abolenda sunt, qua pro iisdem Patri æterno satisfaciendum, delicta expianda, & qua denique maiestati Patris tui reconciliandi sumus. Quoniam hodie salus nostra & vita à te dependet; festina igitur, propere, sume animam, tibi ipsi solatio, ac confestim ad sacram illam cruceam aduola. Passio quidem hæc, *o* hominum redemptor, crudelis admodum & atrox futura est, sed inges etiam tibi inde gloria prouertura est, semper enim de te omnes loquentur, semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt, ac de vno Iesu Christo omnis loquetur posteritas.

Finierat iam orationem suam Angelus, cum Dominus, viso Patrem iam penitus in Filium decreuisse hæc fieri, maiori seruore & prolixis precibus insistit, adeoque imminenti passionis horrore fuit percussus, vt sanguine sudore totum eius corpus perfunderetur, & in sanguine quodammodo nati-^{Sudant} taret. *Cum positus in agonia, prolixius oraret, & aquam* factus est sudor eius sicut gutta sanguinis. Quis vniquam simile quid audiuit, quis huiusmodi sudorem, aut adeo terribilem legit, vidit, aut intellexit. Oportuit te, natura extemos & singulares quosdam dolores perpessam fuisse, cum tamen auditam crism, & tam prodigiosos sudores demonstratis: ecquæ nam hæc sunt symptomata, *o* medici? quodnam illud prognosticon? Quid agis iam, Magdalena. vbi nam modo es, vbi sunt crines tui, vbi unguenta, vbi lachrymæ illæ tuæ? His nimirum sacri illi pedes, diuinus ille vultus, pretiosum illud Christi corpus abstergendum est, quod totum perfusum est sanguine, & cuius venæ cruorem exsudant, aliud hic non video nisi tubedinem & vnde quæso diluuium illud dimanauit.

Ezechias Rex, cum Propheta mortem ei imminentem denuntiasset dicens: *Disperam domui tuæ quia morieris*, ad patientem se conuertens lachrymatum est, & singulis aëri lacelli.

laccessit. Videbat enim, quod grauissimum ei dolorē causabatur, se in agitudine ab omnibus medicis derelictum: suos lachrymantes, & de salute ac recuperanda valetudine desperantes. Videbat hinc subditos plorantes, qui se tam pio & benigno Principe orbari, dolebat domesticos desperantes, & ab omnibus se desertum. Illinc vero mortem imminentem, affigentem, sepulchrum cui inferendus erat, vermes escæ inhiantes, vnde non mediocri doloris occasio nascebatur. Quid igitur mirum, si Ezechias noster, Iesus Christus mortem instantem concipiens, & crucis supplicium, latronum consortium, Iudæos blasphemantes, Angelos fugientes, homines torquentes, Apostolos fuga delapsos, Patrem etiam erga filium exacerbatum sibi proponens, vt inusitata quadam ratione commoueatur, & sanguinem fuder.

Reus quidam momento reus auditus mortis sententia canescit.

Legimus in veterum temporum annalibus, reum quendam audito mortis in se pronuntiato decreto, vna nocte repente incanuisse, adeo vt qui pridie iuuenis & adolescens fuerat, postmodum senex & canus visus fuerit: ita eum mortis apprehensio temporis momento immutauerat. Quis igitur mirabitur, Christum reum, & nullius tamen criminis reum, triste sibi passionis spectaculum repræsentatē, & ante oculos sibi proponentem, mortisque sententiam sibi recitari audientem, tam inusitata ratione sudare: sed mirandum potius est, cur tam graui quassatus dolore non expirauerit?

Si tantum in Salvatore nostro potuit, ipsa dolorum apprehensio, ô homo, vt cum sanguineum sudare sudorem coegerit! quomodo te percilli par est, cum infernalibus supplicia proponis, & æternos illos cruciatus mente voluis? sed si mihi credere vultis, ipsa peccati grauitas est, Auditores, quæ tam insolitum è Saluatoris corpore sudorem elicet. O res inauditas! ô paradoxa! Atlas ille, qui suis vniuersam mundi machinam sustentat humeris, hodie ecce sub peccatorum pondere & mole vitiorum defatigatus fatiscit. O infelix & ter execrandum peccatum, quanta tua est grauitas, quam enorme pondus, cum omnia sub te fatiscant, defi-

Tom. 1. Bessai Quadrage.

cient, & grauitate tua collabascant. Vix enim Angeli huius humeris impositum fuisti, quin statim omnia sub ipso defecerint, omnia ingemuerint; nec ipsa quatuor elementa nec vterque polus impedire poterint, quo minus ad vsque centrum abyssi pondere tuo deuolutus sit. Proh! quanta tua est grauitas, quanta moles & pondus! vdeo namque terram sub pedibus, Abironis dehiscentem: vdeo Ionam propter peccata ad ima maris deuolui: audio Dauidem ex imo, profundæ abyssi, in quam eum precipitem deieceras clamantem. *De profundis clamauit ad te Domine.* Et, ponderosum in humeris ipsius est Christi Iesu, vt vix te in humeros sustulerit, nos vt onere illius leuaret: quin statim cælum sub onere ingemuerit, & elementa eum sustinere, aut Angeli defendere minime poterint; sed in terram delapsus sit ad profundam vsque præsepit, vsque ad crucem, mortem, sepulchrum, ad ipsos vsque, inferos & iam adeo graue tuum est pondus, vt sub onere fatiscens, vndique sanguineo rore perfundatur.

Num. 16.
Ion. 1.

Psal. 129.

Quamobrem. Auditores, cum videatis omnipotentem illum Deum, validum illum de peccati Sampsonem sub peccati pondere curuari, grauitate sub eiusdem grauitate insecti; quoniam modo fieri dicam, vt erectis vos teruicibus videam incedentes, quorum animæ infinitis sceleribus oppletæ sunt? cur non ingemiscitis? cur monstri huius grauitatem non perpenditis? cur pondus eius tam parui ducitis? quod adeo enorme & immensum est, vt animas hominum, ipsos etiam Angelos, Deum denique ipsum mori cogat. Considerate, obsecro, quam graue ob peccata vobis pondus impendat; nam tanta vestra, vnico peccato mortali commisso grauitas est, vt pondere ipso grauati viui ad inferos descenderetis, nisi diuina benignitas, & infinita illius bonitas vos capillis apprehensos retineret.

Sed vt ad propositam materiam postliminio reuertar, cum grauis ille & vehemens febris ardor non nihil deferbuisset, æger, resumpto aliquantulum animo, surgit, discipulosque de nouo inuisens vt solatium

Xxx forsi-

Peccati grauitas.

v.
4. Reg. 19.
1. Sai. 28.

forſitan aliquod afflicto afferrent, deuo quoque dormientes inuenit, atque hoc iam tertio contigerat. O ſomnum diuturnum, atque intolerabilem, *Dormitis iam*, ait triſtis, & ſomnolentiam eorum non nihil increpans, *Et requieſcitis? Quid cogitatis*, apparet ſane vos de anguſtia, & animi mei triſtitia parum eſſe ſolicitos.

Chriſtus
Apoſtolis
valedicit.

Surgite eamus, ecce qui me traditurus eſt, appropinquat; iam ſatis ſuperque dormitum eſt. Iudas ecce in foribus eſt, iam tempus eſt vos de ſomno ſurgere. Quare agite, accedite, vt vos iam poſtremum amplectar, amplectar inquam, ambabus vobis interea dum libera ſunt brachia; a deſte vt vobis benedictionem meam impertiar, vt vobis valedicam nondum funibus conſtrictus. Adſis Petre, quem tanto honore, beneuolentia, & amore proſequor; gregem tibi meum committo, Eccleſiam tibi meam commendo; Petre paſce oues meas. Tu ſcilicet iam eris Noe ille, qui Eccleſiæ meæ nauiculam in mundi huius diluuium feliciter diriges & moderaberis: tu eris ille Ioseph, qui me Rege totam Ægyptum reges & adminiſtrabis; tu iam eris ille Mardocheus, in locum ſuperbi & inſolentis Aman, Summi ſcilicet Sacerdotis ſynagogici, ſuſſectus. Tu vero Ioannes, quem toto corde diligo & complector, vbi es, o delitiæ meæ, vale vale chariſſime, dilecte mi diſcipule, miſeram & deſolatam matrem meam tibi committo. Valete denique omnes Apoſtoli mei, & magiſtri obſecro veſtri memoriam habetote, defendite Eccleſiam meam, matrem meam audite, ſitis illi ſolatio, gaudio dolori lenimini, vos ipſos etiam conſolemini, me obſecro nolite deſerere, aut in me ſcandalizari, at potius in memoriam reuocate, quæ toties à me, dum eſſem vobis ſcum, audiuiſtis.

VI.

Ahuc loquente, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa, cum gladijs & ſuſtibus miſſi à Principibus Sacerdotum, & Senioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit illi ſignum dicens. Quamcumque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum, captiuum abducite quanto cyus, ducite eum caute, & quod Synagoga & concilium iuſſit, pro viribus quiſque implere ſatagat, o viii. Ipſe vero

quasi primipilus & manipulorum ductor, extra aciem progreſſus eſt, & accedens ad leſum oſculum ei dedit dicens: *Aue Rabbi*. Chriſtus vero à tam ſacrilego & nefando oſculum ſumere non recuſans, nec perſidiam viri verbis caſtigans, blando ſermone & benignis eum verbis affatus eſt dicens, *Amice ad quid veniſti? Oſculo filium hominis tradis? Quis te huc conduxit Iuda, amice, Apoſtole, & alumne, itane ſignum amicitia & ſymbolum amoris, in proditiõnem vertis?*

O proditiõnem, omnium quæ factæ vnquam fuere, maximam & deterrimam? Hic renouatam videmus, Auditores, perſidiam Iude exprobratam Ioabi, principis militiæ regis Dauid, qui cum Amasæ fratri obuiam factus, eundem oſculari videretur, vna manu apprehendens barbaram, altera ſicam aluo ingeſſit. O perſide Iuda, o creatura deteſtabilis: o proditor omnium proditorum caput & princeps! quod te præcipitem furor agit! quid cogitas: tunc, inquam, qui prius de glorioſo illo Apoſtolorum eras conſortio, & in Eccleſiæ Principem electus, & ad gloriam æternam deſtinatus, iam ſacrilegorum & latronum ductor factus eſt? Infœlix, miſer, inſenſate Iuda quid cogitas? Terribilium hodie facinus committis, quo nullum vnquam magis horredum aut deteſtandum à quoquam patratum fuit. Videte, quid ſit e conſortio Sanctorum & ſocietate Dei ſe proſperere: videte, quid ſit monaſterijs egredi: Lutherus, Munſterus, Bucerus, Sergius, Occolampadius, Pomeranus, Petrus Martyr ex Monachis & ſemiangelis, quales in monaſtica vita erant, monaſterijs egreſſi, facti ſunt Antichriſti, & Iuda ac diabolis deterriores.

Amice ad quid veniſti? O bonitas incredibilis, o patientia admirabilis, o clementia inaudita! Dominus ac Redemptor videt ſacrilegum, impoſtorem accedentem & non irascitur, non indignatur, non intencat minas, ſed dulciſſime, benigniſſime, & humaniſſime traditorem allocutus eſt, dicens: Amice ad quid veniſti? quis te huc conduxit, quid quæris, quid indagat? Quasi diceret: Eane mea in te ſunt merita Iuda, vt hanc à te gratiã debeam in beneficiõrum compenſa-

Figura qua
proditiõ
Iude exprobrat

Execrabilis
Monachi
facti Antichriſti

penfationem expectare? anne vnquam te offendi? aut quidquam inſcius in te commiſi, propter quod in vitam meam cum impiis conſpires? Anne forſitan te offenderim Iuda, quod genibus tuis aduolutus pedes abluerim, terſerim, exoſculatus ſim, quod corpus meum in cibum dederim; & ſanguine te meo potauerim? quis ſcit an forſitan hinc aliquam offendiculi aut indignationis anſam arripueris?

Heu Iuda, cur me tam vilem exiſtimaſti, vt triginta tantum denariis inimicis meis vendideris? tantillo pretio; tantaque mei ignominia & infamia? Ecquod vnquam mancipium tam vili pretio venundatum eſt? Iuda amice, quomodo te ſic à latere meo diuelli paſſus es; vt in vitam meam conſpires, & inſidias mihi moliaris, quem tot aliquando miracula pattantem vididiſti? Perpende te cum obſecro, accuratius, quid agas, rerum tuarum ſatage, circumſpice cui te periculo exponas. Metuendum eſt enim, ne infelix hæc nundinatio, horrendum hocce peccatum, ſacrilega hæc traditio te perdat, in interitum pertrahat, ad deſperandum compellat, & in æternam damnationem deturbet. Nunquam hoc de te cogitaſſem amice, nunquam tantum de te facinus concepiſſem: *Nam ſi inimicus meus malodixiſſet mihi ſubiuiſſem vique; & ſi is qui oderat me ſuper me magna locutus fuiſſet, abſcondiſſem me forſitan ab eo; tu vero homo vnanimis, dux meus, & notus meus, &c.*

Hoc nempe erat quod dolores eius augebat, quod lachrymas oculis excutiebat. Et ſane inter calamitates & graues ætumnas Iob, hæc vna è præcipuis erat, quod ſe à notis & domeſticis derelictum videret: *Noti mei quaſi alieni reſceſſerunt à me, & quem maxime diligebam, auerſatus eſt me.* Numquam quoque triſtior nuntius Dauidi allatus, quam quando Achitophelem arcani conſilii caput, qui omnia eius negotia nouerat, quemque ad eam dignitatem eleuauerat, aduerſus ſe conſpirariſſe intellexit, filioque conſilium dediſſe vt aduerſus patrem inſurgeret, eique duodecim hominum millia in bellum collegiſſe, denique inimicorum ſeſe caput conſtituiſſe, totumque regni ſtatum turbaiſſe, & ad

arma concitaſſe. Refert Suetonius, Cæſarem, cum in ſenatu crudeliter trucidaretur, inter ſtriſtos gladios & coniuuratorum manus, agnouiſſe Brutum quem olim paterne educauerat, honoribus cumulauerat, & ad ampliffimas dignitates ſublamarat, & dolentem in hæc verba prorupiſſe; *Et tu fili,* vel vt Græce *Καὶ σὺ τίνος,* quaſi diceret; Fierine poteſt Brute, te tam nequiter aduerſum me conſpirariſſe? amabam te ego vt alterum me, omnibus te patriiſis & equitibus Romanis prætuli, te vnum præ cæteris diligebam, in te vno ſpes meas fixeram; mediam imperii partem tibi dediſſem, ſi modo poſtulaſſes; vitam, fortunas, ſalutem, omnia denique mea tibi credidiſſem, & interea tot in te collatis beneficiis ingratus. hanc mihi gratiam rependis, vt necem mihi afferas, & in vitam meam conſures, & prodicionem inauditam? His diſtis vitam ſimul & imperium perdidit. Hinc colligere potes, anima, quam mœſtitiam, quem dolorem, quã animi amaritudinem ſenſerit interius Saluator tuus, Cæſar tuus, Deus tuus, cum videret inter coniuuratorum turmas dilectiſſimũ ſuum Iudam quem tanta ſemper dilectione, tanto honore fuerat proſecutus, & quem in Apoſtolum elegerat, coniuuratorum caput & ducem factum eſſe?

Exaggerat quoque non parum ſummam Valer. lib. i. lam ingratitudeſcem Populi Lenatis erga M. Tullium Ciceronem, Valerius Maximus. Defenderat namque olim eum Cicero, cum parricidii fuerat accuſatus, & ita defenderat, vt iudicium ſententiis fuerit abſolutus. Cui beneficio nequam ille ſicarius adeo ingratus exiit, vt cum à M. Antonio III. viro, quiſpiam quaereretur, qui Tullio Ciceroni ceruices præcinderet, ſolus hic inuentus ſit, qui tam impium facinus aggredi tentaret, vitamque ei eriperet, qui eandem ei loquendo perorandoque peperiffet. At maiorem longe in Iuda ingratitudeſcem intueor, qui tot acceptis à Domino beneficiis, tot donis & gratiis cumulatus, aduerſus eum tamen conſpirat, & in necem eius cõiurat O impie ſicarie, & peſtilens parricida, quo nullus vnquam in mundo deterior exiit, aut maioribus dignus ſuppliciiſis! Sed

Sueton. in
Cæſar.

Oratio
Cæſaris
morientis
ad Brutũ.

Plutar. in
Ciceron.

Psal. 45.

2. Reg. 15.

cui eum rei potissimum cōparabo, Auditores? nulli profecto melius quam ipso mundo.

Mundum
Iudas re-
præsentat.

Tu namque ô monde, Iudas es, quia & Iuda ipso fallacior & pestilentior; rides enim nobiscum, cum opes confers; vendis nos, tradis, & condemnas; cum delictis nostris oscularis, cum voluptatis vinum propinas, cum iocis nos tuis recreas. Quin & eos repræsentas ô Iuda, qui indigne ad S. S. Eucharistiæ Sacramentum accedunt: Christum enim quem in Sacra communione exosculantur, deinde crucifigunt, inuadunt; *Ite- rum crucifigentes.* ait Paulus, & ad Corinthios *Rem eris sanguinis Domini*; & ad Caluariæ montem trahunt, id est, in conscientiam vitiiis oppletam, locum putidum, fetidum, & Caluariæ monte terriorem. Designas etiam ô scelerate & duplex Iuda, improbos & sceleratos illos Sacerdotes, qui Christum quotidie in templo salutant, & in Misâ exosculantur, interea tamen eius gratias & beneficia diuendunt. Repræsentas etiam scelestos & iniquos illos Iudices, qui in templis quidem imagines Sanctorum deuorare, & præmordere videntur, extra templa sanguinem vitamque innocentium vendunt. Per Iudam quoque intelliguntur falsi illi Aulae ministri, qui toties quidem verbis amicitiam profitentur, toties nobis supplices quodammodo manus exosculantur, obsequium deferunt, vt vbi à nobis recessere, omnium primi insidias struunt, & diuitias nostras inuido oculo intruentur. Denique paucis vt omnia concludam, non est mundus aliud, quam proditio, & technis Iudæ repletus.

Hebr. 6.

I Cor. 10.
Diuersi per
Iudam re-
præsentan-
tur.

Cum perfidus ille & sceleratus traditor tam scite proditiois telam exorsus esset; & Dominus sciret quid sibi esset euenturum, vterius progressus est, atque à militibus & satellitibus perit. *Quem queritis? anne me? Iesum Nazarenum,* responderunt illi: quo dicto statim ait; *Ego sum,* quem queritis, quem cruci vultis affigere, quem mûdo expellere satagitis; ipse ego sum. Videte iam Dauidem nostrum ad certamen properantem, videte hic Gedeonē animos hostis conficiendi, sumentem, videte Eliam nostrum sese erigentem, & ad montē, non dico Oreb,

VII.

sed Caluariæ, citato gressu tendentem. Præterit iam auxilium illud sudor, vehemens illa mortis apprehensio iam cessauit, terror ille & pavor eum deseruit; itaque progreditur vterius, in conspectum hostium sese sistit, iisque in faciem loquitur.

Videte hic, qui profanis historiis legendis vos oblectatis, Scæuolam illum Romanum, qui, vt patriam in libertatem afferat, vitamque tyranno infernali (Porsennam appellare si vultis, per me licet) eristum debeat, non timebit, non solum manus, sed totum corpus, passionis flaminis comburendum tradere. Videte hic fidelem illum Zopyrum, qui vt rebellem hanc mundi Babylonem in Patris potestatem redigat vulnerabitur, sauciabitur, mutilabitur, ac mille corpore suo plagas recipiet. Videte hic Codrum, qui, vt non dico Græciæ, sed toti quaqua patet Orbi pacem redder, habitum mutauit, ex Deo factus homo vt pro patria tanto melius mortem oppeteret, & bella morte sua auferret.

Tantam L. Dentati fuisse fortitudinem & animositatem historici tradunt, vt licet variis certaminibus interfuerit, & quadraginta quinque vulnere cicatrices gesseret, nullum tamen auersum vulnus gereret, sed omnia aduersa & antorsum; tergo cicatricibus vacuo: vnde facile colligi poterat, nunquam eum è prælio se propuisse, aut turpi & inhonesta fuga salutem quaesisse, cum tamen centum viginti pugnas pugnafer, quem propter egregiam fortitudinem, & inuictum corporis atque animi robur, Herculem Romanum nominarunt. Ac videte hic longe valentiorum ducem, qui longe maiora & honestiora vulnera excipiet, nulli ictui cessurus, aut nulli prælio magna cum infamia se subducturus: scilicet Christianorum Hercules: videte porro, quam animosus sit, & quam inuictum animi robur præ se ferat?

Quem queritis? Quis ita vos vrget ô viri? quis hostis Ierosolymis imminet, vt tam importuno tempore vbe armati egrediamini? quem queritis? anne innocentem queritis, vt eum morte afficiatis? an queritis eum, qui in omnium vestrum oculis tot miracula

parat.

patrauit? Anne eum quem ante quadri-
duum vt Regem saluastis, honorastis,
agnouistis? *Quem queritis?* Ille ipse, quem
modo queritis, quem vt Messiam ventu-
rum sperabitis. *is ego sum*; ille ipse sum quem
crucifixistis. Ille ipse, quem tantopere que-
ris, haeretice, quem tam curiose inuestigas,
quem tam liquide & aperte in Venerabili
Eucharistiae Sacramento intueri non potes,
is Ego sum: adest quippe vere, plene, perfe-
cte cum substantia sua & non figurate. At
non est mirum, si vos eum in altari cogno-
scere non potestis: cum & cohors militum
tor facibus & lateris accensis, Iuda etiam
ductore, qui toties eum vidit, quemque
praesentem iam loqui audit, eum minime
poterit agnoscere.

Cacitas
quam pec-
catorum in-
ducit.
Genf. 19.

Illa illa nimirum est caecitas, quam pec-
catorum asserre consuevit, atque hinc discant
peccatores, quia primum vt lethale ali-
quod peccatum admissum est, animam in
eummersis tenebris versari, & caelestia nulla
ratione posse contempleri; & vt olim Sodo-
mitae Angelos, qui per plateas incedebant,
praecacitate mentis videre non potuerunt,
ita nec illi caelestia. Et quemadmodum
stella caeli, lucida illa facula, quae tamen
singulae vniuersa mundi machina maiores
sunt, vix a nobis propter interiectam loci
distantiam, videri queunt; ita mirandum
non est, si Deum & id quod Deus est, resque
caelestes videre nequeamus; cum nimirum
ab iis adeo per peccatum disuncti simus.
Caecitatebantur & vultu in tenebris pal-
pabant sacrilegi illi Andabatae.

Pergamus. *Ego sum*. Quid agis Domine
quid cogitas? vide quid dicas. Considera
tecum quid nomen illud Iesus, quid illa ap-
pellatio mali secum trahat. Quid enim hoc
nomen appellatur, necesse est, vt compre-
hendatur, per compita ciuitatis trahatur,
velut sicarius praconis voce denunciatur,
vt iniquus condemnetur, irideatur, flagel-
letur, exhibetur, crucifigatur, denique mo-
riscetur. Quamuis omnia mihi haec sciam im-
pendere, ait amor ille inuincibilis, *Ego tamen
sum*, Ego sum ille Iesus Nazareus, a vobis
ligari, Scribis & Phariseis sisti paratissi-
mus, ad flagella, clauos, lanceas, crucem &

ipsam passionem promptissimus. *Optimum
ingentem, promptitudinem singularem!*

Interea milites & pauore & metu percussi,
abierunt retrorsum & ceciderunt in terram,
atque ita implentur figurae veteres; nam vt
ad sonitum buccinae Sacerdotalis muri Ieri-
cho conciderunt; ita hic ad primam illam Chri-
sti vocem peccatores, validiores & spissiores
muris, ad terram delabuntur. Idolom Dagon
cum arca Domini appropinquaret, cecidit,
& in mille frustra contractum est; hic vero
idola peccati, sacrae illi fœderis arca, Iesu in-
quam Christo, approximantia, prona in ter-
ram ceciderunt, comminuta sunt, & retror-
sum abeuntia ad terram prostrata sunt. Vnde
vaticinans Dauid ait; *Vox Domini in magni-
ficentia, vox Domini cœcutientis desertum, cone-
fringentis cedros*. Sed si ad benignam illam
vocem, ad dulce illud verbum, milites assue-
tum duritiei genus, crudelitate efferati, do-
morum incensores, & ad omnem nequitiam
eruditi, ita consternati sunt, exanimis in ter-
ram ceciderunt; quid quæso fieri rigido illo
Iudicii die, quando nimirum terribile illud
sententiae condemnatoriae fulmen, *Ita male-* *Matt. 25.*
dicit in ignem aeternum, perstreper, & animos *Turcarum*
mortalium percellat. Hic blasphemant Tur-
fabula.
ca, sacrilegillius Mahometi sectatores, &
aiunt, in subita hac militum consternatione
verum Christum eorum oculis se subdu-
xisse, & alium quendam ei perfimilem in
eius locum suffectum, quem Iudaei ligauerint,
& cruci affixerint: quod commentum a
Manichaeis haereticis hauserunt.

Milites igitur ad se reuersi, & feritate ani-
mos subministrante, zeloque vires, in Chri-
stum irruunt, eum percipientes, trahentes, *Christum*
& funibus constringentes. Quis expri-
mat, o anima, qua feritate, crudelitate, tru-
culentia, haec comprehensio peracta sit.
Videte, obsecro, vt feri illi lupi, leones, & *Iudic. 16.*
tigres in mitissimum Agnum irruant: vide-
te, vt atroces illi Philistaei Sampsonem vin-
ciant. Hic sese & Magistrum suum defen-
dere conantur Apostoli, & praesertim Pe-
trus, qui hanc iniuriam a quo animo ferre
non valens, tollit animos, zelo exastuat,
non nisi caedem, stragem, & aurium praeci-
sionem cogitat, & de facto vnam seruo Prin-
cipis

cipis Sacerdotum, in quem primo inciderat, amputat. Sed imperus ille à Domino retunditur, & discipuli temeritas & animositas à Magistro, & merito quidem obiurgatur. Quid cogitas Petre? putas quidem animositatem te tuam; & quo in magistrum animosis, palam facturam; sed declaras potius nimis te esse temerarium, qui nimirum inermis & solus, integras militum cohortes, & armatas quidem, aggredi præsumis.

S. Petrus à Domino inhibetur ne percutiar.

Quoniam dirigis oculos Petre, quid cogitas, quo mens abiit ut licitoribus & satellitibus iustitiæ, quales hi sunt, resistere; & ante omnia diuinæ impedimentum obicere prædestinationi audeas? Quid? anne ingens illud bonum impedire, mundi sc. redemptionem velles, vellesne inquam nos adhuc captiuos, exules & miseros; in hoc mundo permanere? Noli hoc impedire, aut tanto bono obicem obicere. Putasne alioquin ei defuturos Angelos, si auxilio aliquo opus foret? habebat enim Pater cælestis paratas duodecim Angelorum legiones, qui in defensionem eius pugnarent. Nescis, num è militibus eius, nocte vna centum octoginta hominum millia in exercitu Sennacherib Regis Assyriorum interfecisse? Quid cogitatis, Apostoli? totum olim mundum vos deseruisse confessi estis, dicentes: *ecce nos reliquimus omnia*; & tamen, nõ obstante voto, arma tractatis, nõ nisi ictus & verbera spiratis. Arma deponite & ad lachrymas potius conuertimini, precibus instate, non ictibus; preces namque instar loricearum, gladiorum, & scutorum vobis esse debent, prout eas S. Scriptura nuncupat.

Christus instar latronis comprehenditur.

Christus igitur cum Petri temeritate castigasset, & auriculam præcisam loco suo restituisset, milites iterum allocutus est, dicens: *Venistis ad me tanquam ad latronem*. Quid agitis viri, itane me colitis, isne affectus est, quo me prosequimini, itane me habetis? Esse vobis latro, sicarius, aut maleficus quispiam videor. Ne porro mirum hoc tibi videatur, Domine, si instar latronis comprehendaris, aut instar prædonis habeatis: cum enim huc ad nos è cælo, ad furto, quod in paradiso terrestri commissum erat, satisfaciendum descenderis? par quoque est, ut instar latronis

comprehendaris, eidem cum Barabba latroni carceri includaris, cum latronibus denique crucifigaris, & latronum morte etiam moriaris. Ita namque implebitur Prophetes: *Qua non rapuit tunc exsoluebam*.

Vix finierat orationem Dominus, quin ecce statim cruenti illi leones, barbari illi Geloni, Anthropophagi illi immanes, sacrilegi illi sicarii, in Redemptorem meum, irruant, funibus constringant, manus ferro compingant, idque crudeli, quadam immanitate. Quænam tunc verbera, ecquas iniurias, quas blasphemias tunc sustinuit bone Iesu? Vide, obsecro, anima mea, sanctas, diuinas, omnipotentes illas manus, quæ omnia creant, dirigunt, conseruant, & vniuersam mundi machinam sustentant, ab illis iam constringi, quibus eadem vitam, esse, sensus, & intelligentiã, rationis usum, omnia denique contulerunt. Videte humilem illum Ioseph à fratribus iam venditum, & ab Ismaelitis abductum; videte miserum Sedechiam, à Babylonis constructum & in Chaldaicam captiuitatem deductum. Videte verum illum Ioannem Baptistam, è deserto à Synagoga in carcerem detrudi, qui tandem vitam in monte Caluarie amitteret.

Historiarum monumentis proditum est, Darium regem Persarum aureis catenis, à Macedonibus victum bello, constrictum fuisse, ut dignitatem se regiam aliquo adhuc modo obseruare in eo ostenderent. Sed impii illi sicarii, & nefarii illi Iudeorum satellites, Regem regum, nullo dignitatis regie, quæ in eo summa erat, respectu ferreis catenis & grauibus vinculis constringunt. Iterum igitur considera ô anima mea, & si vel parum Christi tui amore tangeris, qui tanto te prius ipse persecutus est, ut nimirum tui redimendi ergo comprehendi voluerit; par esse puta & penitus rationi consentaneum sensus tui in captiuitatem eius causa redigere, eosque totos obsequio illius mancipare: oculos nimirum, ut nihil nefilicium intueantur; aures, ne impudicum quid audiant; linguam, nihil vel loquatur quod Deum vel proximum offendat; manus, nihil ut illicitum & prauum operentur, cor,

cor, ne malignum quid machinetur, aut nefarium quid cogiter. Hæc omnia in captiuitatem redigenda sunt, constringendum cor, manus, lingua, oculi & aures, atque omnia in obsequium Iesu Christi tradenda, cum ille nimirum tua causa captiuus adductus & in seruum venundatus sit.

Apostolorum fuga. Interea vero dum lictores innocentem illum Agnum vinciunt, Apostoli tremebundi disperguntur, & huc illucque dilabuntur, *Omnes eo relicto fugerunt.* Necessè namque erat, vt prophetia illa compleretur, *Percute pastorem, & dispergentur oves.* Primo namque impetu, quo lupi illi in pastorem feruntur, totus grex dispergitur, oves dilabuntur. Ecce præclaras huius figuras. Vix dilapsus & interfectus erat Absalon qui duo decim hominum millia sub signis habebat, quin statim totus eiusdem exercitus dispersus sit, & turpiter distractus. Holoferne Principe militiæ Nabuchodonosoris Regis in papilionibus suis ante Bethuliam interempto, omnis exercitus confestim fugam cepit.

Iud. 10. *2. Reg. 18.*

Iud. 10. Optime proinde mihi consuluisse visus est Lacedæmoniorum rex Agesilaus in pralio Mantinensi vt totam belii vim & armorum impetum in Epaminondam Thebanum hostium ducem conuerterent; quem si prosternerent, cæteros facile aut interficerent, aut saltem distraherent. Id ipsum mihi vsti venire hic videtur in horto. Vix enim in magnum illum Christianorum ductorem, militum impetus conuersus est; quin statim totus eius exercitus, qui non nisi duodecim constabat viris, & quidem imbellibus, distractus fuerit, dispersus & in fugam actus.

Plutar. in Laco. & Apophib.

Turpis Apostolorum fuga exaggeratur. Quare autem fugitis ô Apostoli, fugitivi, inertes, & desides? ô imbelles & vmbra- tici milites, itane Ducem vestrum deseritis? vbinam ille modo est amor, fides, illa superbia & insolentia promissa; Reminiscere Petre, dixisse te quondam, *Paratus sum tecum in carcerem & in mortem ire?* Vbinam modo ille est animus, illa arrogans præsumptio? Vbinam modo es Thoma, qui olim aliis animum addens dixisti, *Eamus & moriamur cum eo?* & ecce in primo eum con-

gressu deseris, fugis, saluti tuæ consulis. Ô imbelles & Dama timidiore, ô Therfite inertiore! ô ceruæ, ô lepores, nolite amplius præsumere ac dicere, *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Secuti quidem estis illum, dum lætior fortuna arrideret, quamdiu miracula patrauit, in triumpho quo urbem ingressus est, & ad gloriam transfigurationis. Sed ad primum passionis impetum eum deseritis, & dispergimini; ita vt non abs re videatur, Poeta, si tuum hic versum vsurpem:

Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Hic quoque discere possumus, parentes, consanguineos, & mundi huius bona tam diu nobis obsequi, adesse, & auxiliari, quamdiu in viuis sumus. Sed statim vt de morte sermo incidit, omnia dilabi & fugere, adinstar Discipulorum Domini, qui Domino fideliter adhæserunt, quamdiu bene illi successit, sed cum de morte agi cæprum, omnes eo relicto fugerunt. Hos porro lepores & famine animi viros, nolite imitari, Christiani, perfidorum horum vestigiis nolite insistere, nunquam Christum deserite; sed sequamur eum, stitemus eum quocunque ierit; deducunt illum ad urbem, nos piis compassionis vestigiis, singultuum & suspiriorum passibus, lachrymarumque gressibus cum eo urbem ingrediamur.

Amici, parentes, & bona mundi huius per Apostolos designantur.

SECUNDA PASSIONIS PARS.

Cum summum silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter perageret, nefandi illi lictores, tam optata gaudentes præda, triumphantes & exultantes urbem ingrediuntur, magno impetu, clamore, ac strepitu, adeo vt tota quamprimum ciuitas clamore excita ad spectaculum accurreret; accenduntur vndique faces & luminaria, fenestræ complentur spectatoribus, & plateæ populo, vndique clamatur, Iesum Nazarenum vincetum deduci. O quantum Scribarum & Phariseorum tum gaudium fuit? quanta inter Principes Sacerdotum & legum Doctores exultatio? cum hostem suum coniuarum, Samaritanum illum, Dæmoniacum

IX.

niacum illum, ferro & carenis grauatum per plateas comprehensum deduci viderent. Statim itaque ad Annam, Caiphæ, summi tunc Synagogæ Principis & capitis, sacerdotum deducunt; qui vt Christum conspexit, de discipulis deque doctrina eius interrogare cœpit.

Annas so-
er Caiphæ
Christum
interrogat.

Adis, inquit, tunc ille seditiosus, ambitiosus turbator es, qui tanto iam tempore in Iudæa nostra turbas concitasti? Tunc ille Pseudopropheta, qui legem nostram subuertere moliris, & religionis fundamenta cœcutere? Tunc ille hæreticus, ille Samaritanus, qui, nescio, quæ edit miracula, & in nomine Beelzebub dæmonia fugat? qui sunt discipuli tui? quænam tua doctrina?

Dominus
de discipu-
lis interro-
gatus non
respondet.

Ad primam illam Annæ interrogationem innocens Iesus, de discipulis scilicet, penitus obmutuit, eo quod nihil habebat, in quo eos magnopere laudare posset. Cur eos Domine nõ taxas? cur de iis nõ conquereris? cur eorum timorem & ignauiam non arguis? cur eos non reddis infames aut imbelles fugitiuos, apostatas nominas? Omnia hæc silentio inuoluit, vt nos edoceret, non esse proximi famæ detrahendum, eiusque honori ne minimum quidem derogandum. Ad alterum vero interrogationis caput de doctrina nimirum, statim respondit; Semper publice docui, doctrina mea in proptatulo fuit, in facie totius mundi locutus sum, in medio synagogæ vestræ semper steti, interroga eos qui audierunt.

Dominus
reddit ra-
tionem
doctrinæ
suz.

Cum quo disceptas Anna? cum quo argumentaris? ipse Doctor natus est, & Doctor fuit à primo conceptionis momento; ille, ille est, qui duodecimo ætatis anno, in medio Rabbiorum confidens, omnes in sui admirationem eoncitauit: ille, ille est qui toties Scribas & Phariseos tuos confutauit, stupiditatemque eorum coarguit. Mille testimoniiis doctrina eius comprobata est, & infinitis argumentis apud vos declarata. Lazarus, Centurio, Archisynagogus atque ad eo omnes Iudæi testabuntur legem eius sanctam, veram, cœlestem denique esse. Zachæus, cæcus natus, decem leprosi, Gamaliel, Nathanael, Ioseph ab Arimathia, tibi satis sufficienterque indicabunt. Ipsæ quin

etiam fœminæ, luculentum de eadem doctrina testimonium dabunt, Chananaea scilicet, Samaritana, Magdalena, aliæque innumeræ. Etiamnum de doctrina eius duobus, Chrifti de-
bitas Anna, quam tot ac tantis miraculis doctrina mo-
confirmauit? nostri enim tres eum mortuos ruculisti-
ad vitam resuscitasse, & nouissimum illum Iustitiam
quem optime nostri Lazarum, & summo qui-
dem totius populi stupore. Deinde scire te
arbitror, vt leprosos mundauerit, claudis
gressum, paralyticis membrorum vsu red-
diderit.

Cum magnus ille legis professor in hunc Christo
modum de Christi doctrina interrogaret, ce-
ce tibi nefarium & impium seruum, nequif-
lapam in-
simũ furciferum, sacrilegum & scelerato ausu, fregit.
colaphũ sacris Christi genis impingentem,
& his eum verbis reprehendentẽ; *Sic respon-
des Pontifici* Hæc ne est illa reuerentia, ait il-
le sicarius, qua sacrum Deo Pontificem co-
alis? Sed ò infelix licitor, ò furia infernalis, ò
scelus nefandum, ò manus sacrilegæ, ò audacia
plusquam diabolica, Deumne tuum au-
des percutere, alapa creatori impingere? Tu
nõ emoreris, ò anima mea, cum Creatori tuo
alapam infligi audis. *Exhorrescat calum. &
contremiscat terra de Christi patientia. & ser-
ui impudentia.* exclamat Chrysostr. Huius
rei vaticinia, vel potius figuræ fuere pluri-
ma. Propheta enim Michæas Regi Achab
veritatem dicens, ab impio quodam Pro-
pheta; Sedechia nomine, alapa percussus est,
quasi contumeliosus in Regem exstitisset.

Ò facinus inauditum, ò impietatem intol-
lerabilem! Creatura Creatorẽ percutit, Do-
minum seruus, D. E. V. M. homo. audebitne
humilis terræ vermiculus impias in eum
manus extendere, cuius nutu cœlum &
terra contremiscunt. *Ò sacrilegæ manus,
tantane vestra fuit audacia, vt sacrum illum
vultum, in quem desiderant Angeli, Archan-
geli, Seraphim & Cherubim prespicere, ne-
quiter ausæ fueritis percutere? diuinæ illi
faciei cola, hos impingere, quam cœli ciues
honorant, & proni adorant: Quid agitis in
cœlo Angeli, quid hæretis super cœlestes il-
los orbes, quin iniuriam Regi vestro illatam
vindicatis, quin crimen illud læsæ maiesta-
tis vlciscimini, vos olim Sodomam & Go-
mor-*

morham sulphureo imbre & flammis perdidistis, vos Ægyptiorum primogenitos occidistis, vos in castris Assyriorum innumerabilem hominum multitudinem interfecistis, vos Adam primum illum rebellem paradiso exegistis, vos denique semper diuinæ iustitiæ vindices exstitistis, & cur modo ad hunc sacrilegum securam puniendum non accingimini? Nullum enim vniquam huiusmodi facinus patratum est. Tu vero clementissime ac benignissime IESV multo tolerantior quam Iob, omnia æquo animo sustines? O constantiam admirabilem! Quin ignem cælo aduocas, qui nebulem hunc & parricidam consumat, vti olim fecit Elias. Quare siluis leones, vrfos, aliasque feras non emittis qui eum deuorent ac dilanient, vti olim. Elifæum fecisse compertum est? Quin terra tuo iussu dehiscit, & nefandum illud monstrum hominis deglucit, vt olim Chore, Dathan, & Abiron cum tabernaculis suis deglutiuit. Hinc discant nobiles ignominiam aliquando perpeti mendaciumque impropertat patienter ferre, & iniurias æquo animo tolerare.

3. Reg. 18.
4. Reg. 2.
Num. 16.

Christus ad Caipha ducitur.

Magnates Deo bellū intētant, & humiles ac parui Deum sequuntur.

Figura. 3. Reg. 21.

Cum Annas Christum ita habuisset, ad generū suum Caipham dimisit, apud quem Pharisei, Scribæ, seniores populi, & sacerdotes conuenerant, consulti quid de Iesu vincto decernerent, & vti falsis testimoniis miserum hunc Galilæum circumuenirent. Multi multa dicebant, sed non erant conuenientia testimonia eorum, nullique nixa fundamento; *Novissime autem venerunt duo falsi testes, & dixerunt. Audiuimus eum dicentem, destruam hoc templum, & post triiduum reedificabo illud.*
O verè falsa testimonia, ô res inauditas! Videte vt pestilens concilium, vt Magnates, Principes, seniores, sacerdotes aduersus Dominum conspirantes, vnanimi consensu ei bellum indicant, eique se opponant. Parui tantum & humiles Deum sequuntur, & magnates eundem persequuntur, parui cœlum lucrifaciunt, magni vero ad infernales abyssos deuoluuntur, & principes falsum aduersus veritatem, aduersus Deum testimonium quærunt. Olim Principes Israel mandato impiæ Iezabelis innocentem Na-

both falsis testimoniis circumuentum morte dignum iudicarunt; ita hic Principes Israel, ad preces & postulationem adulteræ Synagogæ, falsis testimoniis mortis decretum in innoxium Naboth, Iesum Christum, ferre videmus; atque vt duo falsi testes falso testimonio pudicam illam Susannam circumuenire conati sunt, & capitis condemnare: ita hoc loco duo alii falsarii non amplius Susannam, sed sacram Christi humanitatem falsitate sua & mendacis perdere & periculo exponere gestiunt. Video etiam in Apostolorum Actis Stephanum à falsis testibus proditum, martyrio vitam finientem; hic vero non martyr aliquis, sed Christus Iesus, omnium Martyrum Princeps, à falsis testibus accusatus, vitam amittit. Vnde bene vates regius dixisse & prædixisse visus est: *Insurrexerunt in me testes iniqui & mentita est iniquitas sibi.*

Dan. 5.
Act. 8.

O benignissime IESV, quot deinde adhuc Falsi testes falsi testes in te insurrexerunt! semel te qui aduersum Iudæi, licet iniuste condemnarunt, sed Iesum. millies te deinde hæretici falsis testimoniis circumuenire conati sunt. Dixit namque pestilens ille Arius, te non Deum, sed merum esse hominem, impius Nestorius asseruit duas in te personas fuisse: Eutyches vnam tantum naturam credidit: asseruit Manes nunquam te verum corpus induisse. O falsitates, ô impietates, ô testimonia sceleratissima, ac penitus inter se discrepantia!
Novissime vero ab annis scilicet quinquaginta aut sexaginta, venerunt duo falsi testes Calvinus & Lutherus; Gallus ille, & hic Germanus, nequissimi ac pestilentissimi, qui ambo reuerentissima quædam conuitia & blasphemias horrendas in te enouerunt. *Novissime* iam nuper, sexaginta forsitan anni sunt: deponit ille, audiuisse se à quopiam, te non nisi figuratiue in Sacramento Eucharistiæ contineri: hic vero adesse te quidem substantialiter, sed substantiam tamen panis non abesse: Calvinus ait, te non nisi figurate adesse, Lutherus vero dicit etiam impanate; itaque venerabile hoc Sacramentum condemnant superstitionis, impietatis; magiæ, & idololatriæ.

Falsi testes **Quænam** vero supplicia meremini, ô fal-
Romæ de si testes, aut quibus digni estis tormentis? O-
faxo Tar- lim sane, teste A. Gelio lib. 20 cap. 1. &
peio præci- uti è fragmentis legum XII. tabularum vi-
pitabantur: dere datur falsi testes saxo Tarpeio præci-
pitabantur: sed si eadem pœna hodie in vsu
esset, tot falsa testimonia in innocentes ho-
mines non cuderentur.

Sed ad institutum reuertamur. Caiphas
auditis hisce testimoniiis vel potius calum-
niis, ad Dominum conuersus interrogat:
Cur domi- *Non respondes quidquam?* quid ais ad has ten-
nus ad fal- stum depositiones? Non responder hic Do-
sa testimo- minus: sciebat enim se, licet appositissime
nia non re- responderet, semper tamen aliorum calu-
sponderit. niis exponendum, defensionem apud ini-
quos illos iudices locum non esse. Non re-
sponder, quia venerat delicta Adami repa-
raturus, qui à Domino de delicto conui-
ctus excusare se cœpit; hic vero innocens
cum esset, silentio se tueret: non responder,
quoniam testes & testimonia responsum
non merebantur: non responder, vt nos
ipso consulemur, cum falsis testimoniis
premimur, patientiamque adhibeamus, li-
cet innocentiam ipsi nostram probe noue-
rimus. Prophetias huiusce rei plurimas ipsa
Scriptura suppeditat, vel illam Psalm. *factus*
sum sicut homo non audiens, & non habens in
ore suo redargutionem & etiam figuras; Ioseph
namque inique à Putipharo accusatus, num-
quam vel verbum respondit: Christus quo-
que à Caiphæ ministris instimulatus nihil
respondet.

Psalm. 3.

Gen. 39.

Summus igitur Pontifex tantum tamque
pertinax in Salvatore silentium demiratus,
adeo vt nec se excusaret, nec alios accusaret,
adiurauit eum ex parte Dei, vt diceret, num
Filius Patris æterni foret, & num aliquate-
nus de diuinitate participaret. Dicit au-
dacter, nosque omnes suspensos omni du-
bitatione exsolue, si tu es Christus filius Dei
viui; Adiuro te in nomine Dei omnipoten-
tis, vt nobis hunc scrupulum eximas. Vide
hoc in tribunali causam tuam disceptari, ô
Ari, scilicet, Num Christus sit filius Dei Pa-
tris viuientis, num *quædam* sit Patrique con-
substantialis.

Videte hic, ô docti, maximam & grauissi-

mam omnium qua vnquam proposita fuit. Maxima
re quaestionum. Proponens, ipsa est synago-
ga, qua doctior nulla in mundo extabat co-
gregatio: respondens ipsum est Verbum Pa-
tris, Sapientia æterna disputationis materia
ipsum. Maxima quaestio, quæ in mundo
extitit, quæ
fuit.

Redemptor mundi, in qua modo ani-
mi angustia versaris, quid ad hocce cor nu-
tum dilemma respondebis? quomodo te ex-
pedies? quomodo quaestionem dissolues? nã
difficilis ad soluendũ est. Nam si hic taceas,
fidem nostram in dubium vocabis accusaberis
etiam velut legum & superiorum cõtem-
ptor, quos licet improbos honorari præce-
pisti. Quod vero multo deterius est. credent
illi sacrilegi, te sanctum & venerandum Dei
nomen negligere, in quo & per quod adiu-
ratis vt respondeas. Illinc vero, si veritatem
dicas, si responderis, morte te dignum, ac
mortis reum iudicabunt, vitæque pericu-
lum incurres.

Oignes, ô fornaces! Æneas! ô ingens a-
moris incendium salutem nostram vitæ an-
teponit suæ, & timose indubitanterque re-
spondet, *Tu dixisti, ego sum.* Ne dubites Cai-
pha, noli amplius interrogare; ego sum ille plus falsi
diuinitatis Delphinus, verus Dei filius, lu-
men de lumine, Deus verus de Deo vero. Et quam vitæ
quamuis ad has me ærumnas redactum vi-
deas, licet me vilem abiectum, & in carne gere-
hac fragili cernas; veniet aliquando tempus,
cum me regis indutum insignibus, gloria
resplendentem, & in sede maiestatis consi-
dentem videbis.

Caiphas audito, Christum Dei esse filiũ, Iracundus
ita æstuat, feruet, ardet, furit, frendet, scilicet
Caiphas
sisque vestibus, & loco suo exiliens, voce cum audit
magna exclamauit, *Blasphemauit, quid ad-
Christum
huc egemus testibus?* quasi diceret, Licet a-
filius Dei
liunde ostendere non possemus eum mortis esse.
reum esse, blasphemia hæc in Deum prola-
ta satis est. Quid vobis videtur ô viri, quid
adhæc dicitis? Omnes porro audita Ponti-
ficis sententia vnanimi eum decreto morte
dignum pronuntiarunt, ac cruci affigendũ.
Blasphemauit. Huc aures aduertite, ô Iudi-
ces Christiani; Iudæi ob vnica blasphemiam
supplicia

nam, reuera tamen non blasphemiam, Christo mortem intentant, ac morte dignum eum existimant; & vos cum innumeras quotidie & horrendas proferri auditis; non castigatis, sed indemnitate conceditis.

Leuit. 24.
Leuit. 24.
Cul. 6.

In Leuitico iubentur blasphemari lapidari: Iustinianus vero Imperator morte eos affici vult, *vt non blasphemetur in Deum precipimus, ait Iustinianus, tales ultimis subdere supplicia.* Paulus eos tradit Satanæ. *Tradidi, inquit, Satana vt discant non blasphemare* Nabuchodonosor quoque barbarus ille Rex decretum mortis in blasphemos tulit. O Principem vere principem. Cessent igitur, cessent linguæ illæ infernales, ora illa diabolica, Sanctum Dei nomen horrèdis blasphemis profanare, quod à solis ortu vsque ad occasum, laudabile est: quod sanctum & admirabile est, & ab hominibus iuxta atque Angelis coli & honorari par est.

Milites faciem Christi cõspiciunt, oculis velare eum, que percussit.

Cur Principes illi nefarii tam inique Christum morte dignum iudicassent, milites qui eum vincunt tenebant, mille in eum conuulsi exonerare, spiritus venerandam illius faciem oplere, alapas sacris eius genis impingere, oculos velare ceperunt, dicentes, *Propheta nobis, quis te percussit;* Age Galilæe, ostende modo te Prophetam, & Videntem esse, prophetiza, quis hanc tibi alapam impingat. O crudelitatem inauditam! ò impietatem horrendam! ò immanitatem nullis vnquam visam seculi! Velare oculos percussit: illi Lyncei verbum Dei Patris colaphizare, æternam Dei Sapientiam irridere, sacræ illi faciei potentia & fortentia sputa ingerere? *Quis talia sando, Temperet à lachrymis?* Videte hic iterum peragi tristem illam Tragœdiam, quam impii olim Philistæi in Sampione egerunt: quem post vincula, funes, execrationem irriserunt, & commatibus profciderunt. O anima, si vel aliquo modo Redemptorem amas, an nõ ad tristes hæc tragœdias obstupescas & deficias? An non enim res est, vt ea visa præ compassione emoriaris? videre scilicet Deum tuum, Creatorem tuum, Beatitudinem tuam, & omnia, inter tortorum manus versari, tot mala perpeti, tam horrendas blasphemias excipere, verberibus & plagis contundi.

Et sane, peccator, an non animo concides, non tibi sanguis congelascet, an non ad peccandum iners & torpidus efficiaris, cum peccata tua tam graues Redemptorem iniurias perpeti videas? Neque enim adeo ferreus, & durus eris, quin, dum oculos eius lachrymis suffusos, frontem sanguine cruentatam, genas acceptis colaphis tumescentes, faciem illam sputis illitam videris; Redemptoris tum miseris tormentisque ad commiserationem exciteris. O barbari, crudeles & immites! leones Erimanthia progeniti solitudine, an non veremini, splendorem illum vultum, & figuram substantiæ Patris tam indignis & horrèdis tractare modis, tamque contumeliose cõspuere, percussit ac pessundare ò maledicti satellites, an non erant Hierosolymis foricæ aut loca queferitarem. Inuectio in militum dam abiectione, in qua sordes vestras, potentia illa sacramenta egeretis, nisi sacra illa & augusta facies, quam Angeli in cœlis adorant, quæ instar solis in monte Thabor olim resplenduit? An non metuis, impias vestras & execrandas manus in vniuersorum Dominum extendere?

Quis hic, Domine, tormenta, dolores, Tristis ærumnas, afflictiones denique tuas regere & amara feat, quis cladem illius noctis, quis supplicia nox hæc tota illa nocte tibi irrogata digne expi Christo mar? Ipsæ namque execrationes, maledicta fuit, blasphemiarum & tormenta tristes quædã Martirum sunt, quæ nocte hac in Caiphæ domo lugubri voce decantantur. Pro dolor! Tortus in tormentis es Domine, nam hinc te excruciant, & torquent Iudæi; ilinc vero discipuli. Vides namque, vt Iudas te diuendat, ceteri fugientes te deserant, Petrus dissimulet, sese calefaciens, cum militibus loquatur, teque vix agnoscat, & iamiam te negaturus sit.

Petrus igitur dum inter militum cohortes ad prunas staret (ò infelix & triste con-Petrus Do. fortium!) ancilla quædam ostiaria eum agminium greditur dicens: *Nonne tu ex discipulis eius es.* negat. Samaritani ad primum autem illum inopinatum impetum adeo concutitur & percellitur, vt coram militibus Dominum negare sit veritus. Interueniunt hæc sermonibus & alii dicentes, *Vere tu ex illis es: nam lo-*

quæ tua manifestum te facit. Quasi dicerent, Non posses negare bone vir, quia ad hunc hominem spectes, videmus enim te Galileum esse; ipsa enim loquæ tua id euidenter declarat. Hac oppugnatione nutare iam Petrus cœpit, ac contestari, & anathematizare, quia non nouisset hominem istum, vel vnde esset. Quid? Fuiſti olim ita animosus, ita de te præsumpsisti, Petre, & Rhodomontem aut Sampsonem aliquem te iactabas, & nunc, indignum, ad vnius ancillulæ vocem percelleris & consternaris. Quid adeone improbus & perfidus est Christus, vt eius te disciplinæ pudeat aut pœniteat, vt eum magistrum habuisse & agnoscere tibi pudori sit. Inunc Petre, & discite de propriis nunquam nimium præsumere viribus; discite, quid sit propriam fragilitatem non agnoscere: nam te, qui Rolandum quendam furiosum te ostentaueras, robustum quemdam & inexpugnabilem gigantem, ancilla ostiaria expugnat & proſternit.

Sane, si ante præfides, in tormentis, coram Synagoga tam indignum facinus commisisses, excusarem fortassis, tibi que ignoscerem: sed ad primam ancillulæ vocem, te blasphemare, contestari, iurare, anathematizare, indignum est Apostolo, indignum Petro, & tanta cum ignominia coniunctum, vt eam in perpetuum eluere non possis.

Genes. 3.

Judic. 15.

2. Reg. 11.

3. Reg. 11.

Per ancillulam hanc concupiscentia designatur.

Tanta tua perfectio erat Adame in statu innocentia, & ad sollicitationem Eua concidisti. Quam fortis eras Sampson, & ecce Dalila alienigena te fascinat & vincit? Generosus dicebaris David, adeo vt leones proſterneres, Goliadas expugnares, & vnica te Bersabæa emasculat, & eneruat. Sapiens omnia mortalium habebaris Salomon, ita vt omnes quotquot vivebant sapientia anteires, & interea fœminæ te demerant, vincunt, & ad idololatriam compellunt. Fugiant Ecclesiastici improbum hoc genus, inescantem, hunc sexum, discant aulas Principum deserere; cum ipse Apostolorum Princeps, vnius ancillulæ alloquio, & aula Caiaphæ Pontificis secutus, Dominum negare, blasphemare, & impietatem colere didicerit. Videamus autem

propius, & inspiciamus, quidnam hæc ancilla, hi serui, qui tam eximium & magnum virum ad peccatū incitent, designent? ipsam nimirum concupiscentiam, carnem inquam, & passiones nostras, quæ rationem inuadentes, eam ad peccandum impellunt.

Audiuistis iam, Auditores, peccata, pusillanimitatem, & negationem illam infamem Petri, iam obsecro pœnitentiam eius attendite. Vix desiderat blasphemare, quin statim gallus cantauit, ac tertio iterato, cantu Petro in mentem reuocauit, quod olim Dominus vaticinans illi euenturum prædixerat; Petrus vero vbi gallum audiuit, lachrymarum genere ac suspirare cœpit, ac segnitiam animique inertiam lachrymis castigare, ita vt ex eo tempore semper quotiescunque galli vocem audiret, lachrymæ eius ex oculis profluerint. Sed quid designas nobis galle? forsitan conscientiam, quæ semper post admisum facinus occinit, in clamat & excitat quodammodo dormientes, quæ intus vermis instar nos corrodit? Bene quidem. Sed multo mihi conuenientius dicitur videri, si per te, gratiam præuenientem dixeris significari, quæ nos somnoletos & stertentes excitat, & oculos aperit somno grauatos. Forsitan & verbum Dei: quod vbi auribus insonuit, nostrum est, peccatorum nos strato proripere, amare flere, & austerâ pœnitentia eadem expiare.

Verum vti hinc Petrus respicit, ad Dominum: conuertitur, peccatumque lachrymis eluit, ita illinc nefarius ille & bipedum nequissimus Iudas, delicti sui grauitate agnita, in desperationis barathrum incidit. Ecce huius rei in sacris litteris figuram: Duo hirci eodẽ tempore, Domino suscebantur, quorum vnus Deo immolabatur, alter vero omnium peccatis onustus in desertum pellebatur. Ita & hic duo hirci, duinquam peccatores. Domino offeruntur; quorum vnus, nempe Petrus, per salutarem pœnitentiam & lachrymas ei immolatur, alter vero desperans, peccatis grauatus ad inferos detruditur, infœlix scilicet Iudas. Duo quoque in Genesi eodem tempore captiui Pharaonis carcere egrediuntur, at di-

Gen. 41. uerſa.

versa penitus sorte, hic nempe ad regios propemodum honores sublimatur, ille autem supplicio extremo vitam finit. Hic quoque duo rei, Petrus & Iudas, blasphemus vnus, & traditor alter, ambo grauissimi delicti accusati, eodem tempore carceribus diuinæ iustitiæ exeunt, sed diuerso profecto intuitu; ille namque ad gloriam, hic ad gehennam: ille ad salutem, hic ad damnationem appellatur.

Qu. 35. Duo gemini eodem tempore matris vtero prodibant, Iacob, nimirum, læuis & facie pulcherrima, Esau vero deformis, hispidus, pilosus; alter à Deo dilectus, alter reiectus. Hic quoque duos peccatores eodem tempore è sinu diuinæ præscientiæ egredientes videmus, vnum quidem pulchrum, scilicet Petrum, alterum vero deformem nimis, Iudam nimirum, vnum quidem ad salutem prædestinatum, alterum vero reprobatum. Et vt eodem camino egrediuntur prunæ ardentes & carbones nigricantes; ita quoque eadem diuinorum iudiciorum fornace hodie egreditur Petrus igne charitatis exæstuans, & diuini ardore amoris succensus & flagrans, Iudas vero criminum fuligine nigricans, qui deinde infami laqueo vitam concludit desperans, æternæque sese damnationi addicens. Fuit ille tragicus Iudæ huius exitus, nec felicior aliorum est Iudæorum, Iudarum inquam, qui Ecclesiam Dei prodiderunt. Arius namque, Manes, Lutherus, Caluinus, alique hæresarchæ desperabundi vitam finierunt, æternisque suppliciis obnoxii, in æternum flammis infernalibus torquentur.

Apostrophe ad virginem Dei. Sed vbinam es, Virgo gloriosa, interea dum funesta hæc tragedia peragitur, quid agis tota hæc nocte? an ignoras filium esse comprehensum, & militum potestati expositum? anne eum deseruisti, vt eum deseruere discipuli? anne eum negatura es filium, vt eum Petrus suum negauerat esse magistrum? Cogitate, quæso, matres, quæ filios habetis, ac vobiscum perpendite, quantus tum amantiissimæ huius matris fuerit dolor: contemplantini quantis tum circumvallata fuerit angustiis, quot tum illa lacrymas profuderit. Reperietis eam haud

dubis modo cum Patre æterno tacite expositulantem, modo Angelos inuocantem, modo Iudæos increpantem, modo hominum peccata incusantem, iam Apostolorum fugam castigantem, iam filium vberitim lachrymando alloquentem. Heu, fili mi, Iesu, dulcissime fili mi, delitiæ meæ, voluptas, felicitas & spes mea, iam ne me derelinquis? iamne abis, iamne tibi moriendum est? Nequaquam, sed moriar ipsa prius: te enim mortuo superstes esse vix possem. Sed tempera à lachrymis gloriosa mater, cessent clamores ac veni mecum, filium tibi tuum commonstrabo; iam enim carceribus eximetur ac foras prodibit.

Cum iam dies illuxisset, & tristis illa nox XI. finem accepisset, Principesque Sacerdotum Christum iterum continissent, conciliumque coe-summo gissent, vt Christum morte condemnarent, mane ad & iam iterum eum interrogassent, Num filius Pilatum lius esset Dei viuentis, vincitum ad Pilatum, tunc temporis Iudææ Præsidentem, mittunt, vt coram eo causam eius actarent, eumque Præsidis sententiâ, iuxta falsorum illorum testium depositionem morte afficerent. Quos vt Pilatus vidit, statim interrogauit. *Quam accusationem afferis erga hunc hominem?* in quo eum accusatis? videam tabulas, videam decreta Senatus aduersus eum lata? quid criminis ei impositis? Cur non potius petis Pilate, cur tam indignis eum tractarint modis, cur eum iniussu tuo præter ordinem, non præuia sententiâ percusserint, aut ei colaphos impegerint? si iudex es Pilate, qualem te oportet esse, hæc causam perpende & penitus inspice, examina rei caput. Hic namque, quem tibi adduxerunt, innocens est, omnia quæcunque afferunt, falsa & commentitia sunt; sola enim motu inuidia hunc aduersarii tradiderunt, noli obsecro nefario eorum affectui indulgere, aut præuæ voluntati obsecundare; sed compatere reo, causæ eius patrocinare, quod ius & fas fuerit iudice. Quare age, mature tecum rem perpende, inspice & perspice omnia diligenter, nihilq; non prudenter agito.

Refert Petriclem, Athenarum Principem, Plutarchus, quotiescumque vestem ex muneri sui præscripto indueret, seseq; ad diu-

dicanda populi negotia conferret, dicere solitum: *Attende tibi Pericles, liberi sunt quos regis, Græci sunt, ciues Athenienses sunt:* liberi scilicet, qui non mancipiorum more regendi sunt; Græci quoque, seditiosi, turbulenti, ad regendum difficiles. Athenienses etiam, omnium mortalium ingratiissimi, quibus nihil ad gustum est, & morosi: quapropter rerum tuarum satage, atque in omnem partem circumspecte, ne periculum capiti tuo arcessas. Iisdem te hodie verbis ut velim, Pilate, dicendo, *Attende tibi ô Pilate, innocens est quem ipse iudicis, Messias est, Filius Dei est.* Quin etiam cogita egregium illud Alexandri Magni facinus: ille enim, cum ad eum mater Olimpias suppliciter venisset, ut morte quempiam quem illa mortali odio prosequeretur, quique illam offenderat, condemnaret, enixeque ab eo postularer, ut si materno eam amore & affectu prosequeretur, ei vitam criperet; videns matrem stulto quodam impetu, & feminea quadam inuidia transuersum actam, postulationi eius noluit acquiescere, dicens: *Peto aliud mater, nam vita hominis nulla mercede potest compensari.* His ipse hodie verbis vrere Pilate, aut cogites saltem non esse hic aliud nisi affectum quemdam priuatum, ac non nisi mera inuidia sacrilegam hanc Synagogam ad innocentis huius mortem marurandam vigeri: quare age, innocentiam rei populi huius inuidiam antepone.

In quibus Iudæi Christi stum accusant.

Pilate cum causam huius comprehensionis quaesuisset, responderunt confestim: *Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissimus eum.* Mille cæteroquin criminum reus est, tota aduersus eum Iudæa conspirat, ac de plurimis criminibus conuictus est: non viuit enim hodierna die in toto orbe quisquam eo nequior, sceleratior: mille aduersus eum testimonia allata sunt, multas accusationes audiuius, ac depositiones multorum. Principio igitur, calumniari eum incipientes, dixerunt, *Hunc inuenimus seducentem gentem nostram,* ac turbas in vniuersa Iudæa concitantem, quin & prohibentem tributa dari Cæsari, Messiam sese vocauit, filium Dei se dixit, atque adeo vniuersæ Iudææ regem. An non hæc ingentia & enor-

mia crimina sunt? an non illa tibi graui castiganda supplicio, & mortem turpissimam videntur commerita?

O ingratiissimi mortalium! ô perfidi impostores! in quo hunc deliquisse fatemini? quid fecit, in quo culpandus sit? anne eum malefactorem vocatis, quod ægris vestris sanitatem contulerit, cæcis visum, mortuis vitam dederit? Peratur ab iis potius quos à dæmonibus liberauit, à lepra mundauit, interrogentur surdi & muti, quos audire & loqui per totam Iudæam fecit, num Christus malefactor extiterit; omnes proculdubio de eius benignitate testabuntur, dicentes, *Nisi esset à Deo hic homo, non posset facere Ioan. 9. quidquam.*

O falsitates apertissimas! ô calumnias, ô accusationes falsissimas! Trium illum criminum accusant, & ad reipubl. quidem statum pertinentium; imprimis quod seditiosus sit, ac populi seductor; quod regum dignitati aduersetur, prohibendo nimirum tributa dari Cæsari, & quod regnum asserter. Sed falsissima sunt hæc omnia, viperarum genimina. Nihil enim Christus adeo, quod seducere aut verbis docuit, aut re ipsa ostendit, quam pacem: nusquam etiam in toto Euangelio, vnde decursu reperietur, eum prohibuisse dari mo-tributa principibus. sed aperte potius docuisse, *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei Deo,* falsum quoque est, eum ad regnum aspirasse, cum breui coram vobis omnibus dicturus sit, *Regnum non est de hoc mundo.*

Hæc sunt, Auditores, calumniae, quibus Satrapæ Babylonii innocentem Danielem proscindebant, cni eius sortem amularentur. Pilato vero non satis erat, hæc à Iudæis audiuisse, sed ipsem et Christum interrogat, dicens, *Quid fecisti?* quasi diceret, Omnes multa & graua tibi obiiciunt, plurima in te testimonia produciunt, sed dicito mihi bone vir, sincere, quid feceris? Pilate interrogat patres tuos & dicent tibi, ipsa tibi dicet antiquitas, atque adeo vniuersus orbis confitebitur, hunc ipsum esse, qui Ioseph in Egyptum præmisit, ibique summis eum honoribus affectit, ut Hebræos tempore famis pasceret: dicet hunc ipsum esse, qui populum hunc

Exod. 14.

Lud. 16. hunc Iudaicum captiuitate Pharaonica eripuit, & quo eum integrum & sospitem conseruaret, tyrannum Aegyptium & omnem exercitum eius in maris Rubri medio submersit. Dicent hunc ipsum esse ð Iudæi, qui patres & maiores vestros, quadraginta annorum spatio in deserto, miraculoso quodam alimento sustinuit; cum ipsum esse, qui eos in terram promissionis deduxit, mille benedictionibus illos cumulauit, qui denique illos, inter omnes mundi nationes peculiari quodam modo assumpsit, sibi que deleg. Illum denique esse, qui pro ipsis humanam naturam induens, de eorum stirpe posteritateque progenitus est, ac plurima inter eos miracula patrauit. Videte quid fecerit, sudos fecit audire & mutos loqui, dæmones è corporibus fugauit, claudis gressum, cæcis visum restituit: quod præcurfor eius Ioannes Baptista quoque de eo testatus est, *Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur*. Vix hæc media pars est eorum quæ fecit; iudica igitur tecum, num huiusmodi rerum patratore morte dignus sit.

Praesens cum innocentiam eius perniciaci hoc silentio fati superque testatam haberet, ad grauissimum accusationis caput descendit, quasi regnum occupare voluisset, dicens, *Rex Iudaorum es tu? anne ad diadema aspiras? anne tu de prosapia regum Iuda? totus namque mundus eo quodammodo inclinare videtur, multisque argumentis id ipsum iam à primo natiuitatis tempore declaratum scimus? dicuntur namque Magi & Principes quidam Orientales stellæ cuiusdam ductu Ierosolymam venisse, à populo petiisse, Vbi est qui natus est rex Iudaorum: deinde notum est, populum sæpe tibi diadema imponere voluisse, teque instar regis agnouisse, quippe qui tot te prodigia operantem vident: audiuimus quoque Zebedæi uxorem, quæ te ad regnandum in mundum venisse sciebat à te petiisse, suos vt filios ad dignitates aliquas regias subueheres, cum in regni solio esses confessurus, & recenti quoque memoria vix quinque elapsi sunt dies, ex quo tibi urbem intranti, omnes faustis vocibus acclamarunt: *Vinat Rex, Osanna**

benedictus qui venie in nomine Domini, ramos arborum omnes præciderunt, eosque in terram prostrauerunt, tibi obuiam processerunt, totaque te ciuitas vt regem agnouit & salutauit. Ex quibus facile colligere est, te ad regnandum in hunc mundum venisse, neque enim ipse aliter in animum induco. quare dic veritatem & aperte confitere, num vere rex sis Iudæorum? Redemptor noſter qui tacuerat, cum calumnias & blasphemias audivit, respondet cum de Regno loqui suo audit, ostendens, magis sese honores & regias dignitates, quam calumnias & blasphemias alpernari: *regnum meum, inquit, non est de hoc mundo*. Quid ais Domine, cur te regem negas? an tu ille ipse es, de quo Propheta vt de rege quodam vaticinati sunt? vnde David: *Ego autem constitutus sum rex super montem sanctum eius*. Et Elaias: *Dicite filia Sion, ecce rex tuus venit tibi mansuetus*. Et Ioannes Apostolus, *Rex regum & Dominus dominantium*.

Quid, Domine Iesu, tot te Propheta velut Regem agnouerunt, de te vt de rege vaticinati sunt, & tu te regem negas? Bene quidem; non querit Dominus sceptrum aut coronas mundi huius: regnum quippe eius nõ est de hoc mundo, more scilicet regnorum mundi huius constitutum: non subiacet fortunæ casibus, nec rerum vicissitudinibus, non destruitur aduersitatibus, at in æternum permanet, perpetuum est, cum regna mundi variis casibus & ruinis obnoxia sint. Vnde Angelus olim ad Virginem: *Et regni eius non erit finis*. Neque enim regnum tuum Domine simile est antiquis illis Persarum, Medorum, Græcorum, Assyriorum monarchiis, quæ aliquot quidem sæculis floruerunt, sed victoris deinde potestati concessere, ac penitus consenuere. Sed regnum tuum iam mille sexcentis annis viguit, & ad mundi vsque finem inuiolabile duraturum est: quod Daniel propheta describens ait, *cuius regnum sempiternum, & omnes reges seruient ei & obedient*. Quo nullum vnquam aut florentius aut potentius exstitit, quodque omnium mundi regnorum maximum est: nullum enim veterum impiorum, nulla

Domini magis odit honores quam calumnias.

Psal. 2.

Esai. 62.

Luc. 1.

Dan. 7.

nulla Monarchiarum, ne quidem Romana, vnquam Indum tranſiit, vnquam montem Calpen pertigit, aut ad montem vſque Taurum peruenire potuit: Alexander, Xerxes, Nabuchodonofor, Darius, Cæſar, aliique innumeri reges & Imperatores, rerum geſtarum gloria celebres, aut victoriis turgidi, de Noruegia, Suedia, aliisque Borealibus regionibus, nefando quidem audiuerunt; neque ſuum Perſicum, vel Gangem imperii eorum limites attingere: non ad Taprobannem, nec ad Felicis Arabiæ nemora peruenere. Nunquam Auguſtus in Lybiam, Mauritiam, atque inaccessos Africæ reſſus ſigna ſua intulit; numquam ad Antipodes, Romanorum aquilæ penetrarunt: nunquam in Iaponia, Peru, Braſilia, vaſto Chinenſium regno viſæ ſunt; nunquam Ormuſium, Cochinum, Chananorcos ſinus, Malaſenſium portus, eorum virtus & terror percelluit. At Ieſu Chriſti regnum ad omnes illas prouincias extenſum eſt, ad omnia hæc climata penetrauit: omnes pæne Oceani inſulas, & omnem pæne continentem ſub ſe cõplectitur in occidente: vſque ad Molucas inſulas in Oriente extenditur, vltra polum Arcticum in ſeptentrione pertingit aduſque Abyſſinos & ditionem Prete Ioannis aliasque incultas prouincias in Meridie peruenit. Quin & vltra fretum Gaditanum, vltra celebres illas Herculis columnas, in quibus veteres orbem ſintri putabant, octo leucarum maritimarum millibus, extenditur. O ingens regnum! *Regnum igitur meum non eſt de hoc mûdo, ſimile nullum in vniuerſo mundo exſtitit.*

Chriſti regnum ad omnes orbis prouincias pertingit.

Chriſtus verus rex.

Dico igitur tibi, Pilate, Chriſtum verum eſſe regem; & monarchiam potentiſſimum, non tamen inſtar regulatorum mundi huius. Ipſe namque natura imperator eſt vniuerſi, hominum ſimul & Angelorum rex; atque ideo in hunc mundum venit, vt de veritate rei huius teſtimonium perhiberet. Quod Pilatus veritatis mentionem fieri inaudiret, à ſapientia illa æterna quæſiuit, dicens, *Quid eſt veritas?* & cum hoc propoſuiſſet, egreſſus eſt foras; nec expeſtauit, donec ad propoſitam quæſtionem Dominus reſpondiſſet, nec veritatem audire ſuſtinuit. O caſum

deplorandum! Nunquam potentes aut magnates veritatem audire volunt, vnde bene veritatis mihi dixiſſe videris. *Obſequium hoſtes amicos, veritas odium parit.* Vox enim illa clamantis in deſerto clamare deſinit capite pretioſo, quod veritatem Herodi dixiſſet; Michæas Propheta alapam coram Rege Achab in maxilla accepit, quod veritatem locutus eſſet; Hieremias percuffus eſt & in carcerem truſus, quia veritatem annuntiaſſet. O difficilis ad annuntiandum veritas! Audi igitur Pilate, quid ſit veritas: veritas eſt, te iniquum iudicem eſſe, te potentium gratiam aucupari, eorumque cauſis pauperum rebus neglectis patrocinari; veritas eſt te concuſſionarium eſſe, qui cauſas in annum protrahas, antequam eandem audias, & cum adhuc eas audieris iniquum ſeris iudicium: Veritas eſt, latrunculos & crumeniſecas ſupplicio te afficere; latrones vero & homicidas indemnes dimittere. Et ſane ita ſeſe res habet: notaui enim doctiſſimus ille Cardinal. Baronius, Pilatum propter concuſſionem & perſonarum acceptionem de dignitate ſua fuiſſe depoſitum.

Sed Pilatus his omnibus aures præbere renuit, verum foras egreſſus, his Iudeos ſermonibus allocutus eſt: Nefcio viri, quidnam in hoc homine tantopere reprehendatis, nihil enim eorum quæ illi obiicitis, in eo reperio, ſed aperte profiteor eum penitus innocentem eſſe, & nullius criminis reum, quod eum dixiſtis ad regnum aſpirare, falſum eſt; cum mihi libere confeſſus ſit, non cupere regnum ſe ſuum hoc in mundo ſtabilire. Quamobrem quod viſum fuerit, de eo ſtatuite, equidem non inuenio in eo cauſam, nihil reperio ob quod mortem commeritus videri queat. Bene ais Pilate, neque enim ipſa via mortis cauſa reperiri poteſt.

Sed ſi mortis cauſam quæras, non in Ieſu Chriſto, ſed in me ipſo eandem quærito; ego enim mortis eius cauſa exiſto, ego reus, ipſe innocuus; ego deliqui, quod ipſe luit: in ipſo nihil omnino inuenies cuius cauſa eum damnares, ſed in me magnam ſuperbiam, ambitionem, ingratiſſitudinem, aliaque innumera delicta reperies, quæ mille rogos, mille

Pilatus De-
minum
nocentem
proditum
Pia me-
tatio.

mille rotas, mille supplicia promerentur. Mihi igitur actio & supplicium, non vero innocenti huic intentandum est.

Cum hæc Iudæi audirent, dissecabantur cordibus; & atrolentes vocem clamare cœperunt, Quid huic sacrelegum, malefactorum, innocentem putas? nefarius est, sediciosus, turbarum commotor, qui per omnem Iudæam vsque in Galilæam gentem nostram concitavit, discordias sparsit & nefarius eam opinionibus imbuivit. Pilatus ubi Galilæam audivit; interrogavit num Galilæus esset; & ut cognouit de ditione & iurisdictione eum Herodis esse, non vero de sua, ad Herodem Galilææ Tetrarcham, eum destinavit, qui illis diebus Ierosolymam venerat. Herodes autem viso Domino non mediocriter gaudens est; audiverat namque plurima de miraculis ipsius, & magicis eum artibus imbutum putabat, sperans fore, ut eam se signum aliquod in artis ostentatione, & Principis gratiam ederet. Itaque multo curiose ab eo petit; ac Dominus, cognita curiositate eius, nullum ei verbum respondit, ut nobis exemplum daret, magnatum amicitiam esse contemnendam.

Herodes remittit. I. sum ad pilatam vestre albedurum.

Herodes igitur rigido hocce Domini silentio irritatus, & Verbum diuinum fatuum existimans, alba eum veste indutum ad Pilatum remisit. O iniquum & obtusum hominum iudicium! Filius Dei, Sapientia illa increata, qui vniuersam mundi machinam creauit & moderatur, in quo omnes scientiarum & præscientiarum thesauri absconditi sunt, in quo diuina providentia habitat, ab Herode eiusque aulicis instar fatui habitus est, stulti habitu indutus, & instar stolidi delusus. Ecce quam magna & sancta persona sub stulti habitu latet, Auditores! intuemini, obsecro, ut filius Dei per Ierosolymitanas plateas, instar fatui deducatur, populi fassis, risu & ludibrio excipiat, puerorum clamoribus expositus sit, ut omnes eum sordibus & cœno conspurcent, Pharisei calumnientur; lictores & satellites eum rapiant trahantque, atque omnes omnino indignis eum modis tractent & vellant.

Hic renouatam videmus historiam illam Elisei prophete, qui cum in vrbe Bethel, in

Tom. I. Bessai Quadrage.

nibus tribus Benjamin sic proficisceretur à pueris ciuitatis derisus fuit: Christus vero toti ciuitati Ierosolymitanæ iudæus & expodendus hodie exponitur, ut de se ipso per Prophetam dixit, Omnes videntes me deriserunt me. Pilatus autem iterum viso Iesu, & conuocatis ad se principibus sacerdotum, & magistratibus, & plebe, ait illis: Quid huic homini vultis faciam? nihil morte dignum in eo reperio: ipse quoque Herodes, ad quem eum miseram, illum remisit quasi nihil dignum morte in eo repertiens. Credibile namque est, eum, si regno huic imminere cognouisset, iudicio cum illo acturum fuisse, iusque suum defensurum: magis enim illius interest quam vestra: sed cum iniquum & præter rationem esse crederet plebeium huic & abiectum ad regnum aspirare, & coronam sceptrumque affectare; remisit illum, turpe putans diutius eum iudicio persequi, qui penitus sit innocens. Cogitate igitur, quid vobis faciendum sit. Sed quoniam solenne vobis est in festiuitatibus maioribus, in memoriam eius dici quod est seruitute Egyptiæ liberati estis, vel quo Ionathas princeps liberatus fuit, victum aliquem dimittere; & ipse nobilem quandam sicarum, Barabbam nomine, seditionis & homicidii accusatum, carceri inclusum habeam; verum de duobus vobis dimitti vultis; Barabbam, an innoxium hunc Galilæum? ratus hac optione oblata, Christum liberandum, & Iudæos Iesum sicario & homicidæ præposituros. Sed erras, Pilate, erras! Audi namque ut plenis faucibus & buccis concrepantibus inclament, Tollite hunc, & dimittite nobis Barabbam: Barabbas in demeritatem conseqatur, Iesus vero Nazareus condemneretur.

O populum exæcatum, o ciues insanos ac tenebris circumfusos! Audentisne potestis hoc hominem huic antepone, quem tot patiantem miracula vidistis, mortem vitæ hominibus vitam eripientem, ei qui vitam largiri etiam mortuis solet, præferre? Quænam, obsecro, maior mundo obtinere queat calamitas, aut tristius infortunium? sane, nisi per Dei benignitatem stultisset, ipse sine dubio sol ad impiam hanc vocem deliquium passus esset, cælum horrendum

Zzz in mo-

Psal. 21.

Exod. 14.

1. Reg. 14.

Iudæi Barabbam Christo anteponuunt.

in modum ad sceleratum hunc clamorem detonuisset, orbis terrarum contremuisset, terra quoque dehiscens ingenti voragine patuisset, ipse denique ignis caelo descendisset, ad sacrilegos hosce Iudaeos deuorandos. Hic animum aduertite, Auditores, huc mentes erigite, & ingentia mysteria hic videbitis.

Insignis
conceptus.

Cogitate, quaeso, vobiscum, impiam hanc Iudaeorum vocem, qua Christus ad mortem deponitur, & Barabbas innocens declaratur, fuisse vocem humanae naturae semper hoc ipsum ingeminantis; & Pilati sententiam eam ipsam extitisse, quam Pater aeternus in filium vnigenitum ab omni aeternitate tulit. Atque hinc est, quod scriptura eum agnum ab origine mundi occisum appellat; statim namque ut orbis conditus est, & multo etiam antequam conderetur, semper clamor exauditus est, quo Barabbas saluandus denuntiabatur, homo scilicet & Christus ad mortem deponitur. Barabbas hic homicidii & furti reus, ipse Adam protoplastus fuit, magnus inquam ille praedo, qui iniussu Dei in paradiso vetitum illum vitae fructum diripuit, magnus sicarius & homicida, qui eodem quo seipsum ictu, omnem simul posteritatem necis interemit. Fuit hic vtrique graue illud iurgium, quod ab omni aeternitate inter Iustitiam & Misericordiam fuit: Iustitia namque Barabbam ad supplicium deponere, & Christum morti gestiebat eripere: at Misericordia naturae humanae patrocinians semper inclamabat: *Tolle hunc, crucifige Christum, & mitte nobis Barabbam.*

Cum vero Pilatus iterum innocentiam eius demonstrasset, eumque omni ratione dimittere conatus esset, succlamabant de nouo vndique Iudaei, *Tolle, crucifige, hunc dimitte, non es amicus Caesaris*, quasi dicerent: Quid tergiuersaris, quid necis moras, matuta, prope, nefarium hunc supplicio addicito, condemna, in crucem sustollatur: omnes alloqui dicent, te Caesaris honori non consulere, sed imperii ruinam meditari, quin & ipse Caesar in deteriorem hoc partem interpretabitur, teque dignitate Proconsulari priuabis. *Tolle, crucifige. Quid dicitis &*

Iudaei? quinam hi clamores? quoniam ista subita mutatio, aut inconstans reum vicissitudo? ante quadrimum aut amplius, longe aliter clamastis: an non vos illi ipsi estis, qui iam nuperime Ierosolymam intranti applaudentes occinistis, *Benedictus qui venit in nomine Domini, Osanna in excelsis*, quasi diceretis, *Viua rex, videte hunc regem, o regem caelitus datum? An non vos qui ramos amputastis, vestes in terram prostrastis, & vias aulae exornastis? Et hodie, ecce, aduersus eundem inturgentes, clamatis, & minas additis: Condemna, tolle, crucifige, moriatur O inconstantes, o sceleratos, o Protheos! chamaeleontes, o gallinaeos ad minimum ventum mobiles!*

Pilatus vero cum videret inuidiae sese populi diuini non posse resistere, Christum ad flagra & virgas condemnauit, ratus, hac visa castigatione, Iudaeorum animos non nihil emolliendos, & viam hoc sese pacti inuenisse, ne innocens Nazarenus morti adiudicaretur. Similene vnquam vidisse vos spectaculum putatis Christiani, ane vnquam tragodia magis tragica petacta est, aut funestior? Quis creditur auditui nostro? Quis credit Creatorem illum vniuersi, totius orbis Deum, illum inquam, qui in caelis tonat & fulgurat, manibus & pedibus ad columnam alligatus, instar furis nudatum, instar praedonis flagellatum, instar malefactoris habitum plurimorum militum feritati expositum, quis credat instar agni inter tot flagra, virgas, funes, vincula penitus obmutuisse? O crudelitatem inauditam! o barbaritatem incredibilem! Huc o peccatores, lachrymas, suspiria, euiatus, huc compassionem ad singulos ictus, ad singula flagellorum verbera cor vestrum ingemiscens, suspirans, & quodam modo in se ipso dolorem sentiens, compassionis, suspiriorum, singultuum repercussionem edat; & cum ad peccatorum vestrorum expiationem tam indigna supplicia patiantur, Auditores, nonne aequum sit, est vos aliquo ei modo compati, & aliquem extrinsecus dolorem ostendere? Adeo ingrata & sensus expers eris o anima, ut sine vilo doloris sensu Saluatori non compatiaris? sunt tua peccata, quae eum flagellauerunt, virgis.

virgis ceciderunt: præbet ille tergum & humeros tui causa, pro te ille patitur; pro te, inquam, etiam morietur. Hic audis infinita verbera, hic sanguinis Oceanum vides exundantem: tuum est igitur, lachrymarum atque quot effundere, sexcenta compassionis, poenarum, austeritatis, ieiuniorum signa edere, ac mille poenitentiae genera ostendere. Hic iam videbis prophetarum omnium oracula complera: *A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. & aliud: supra dorsum meum fabricauerunt peccatores.*

Exi. 1.
Ps. 128.

Milites
Christum
purpura
induunt
spineam
coronam
capiti im-
ponunt,
ac arundi-
nera ei in
manus tra-
dunt.

Figura
Genes. 21.

At nondum hic finis: videbitis & alia feritatis barbaricæ genera. Cum milites hac Christum ratione dilacerassent, in atrium eum Prætorii deducunt, quo omne Romanorum præsidium, quod Hierosolymis erat, conueherat: hic eum suis iterum vestibus exuunt, ac purpurea induunt, spineam capiti coronam magna violentia infigunt, arundinem loco sceptri in manus tradunt; & genu ante eum flexo, faciemque conspuentes, illudentesque dicunt, *Aue rex Iudæorum.* O barbariam inauditam! ô feritatem plusquam ferinam! ô immanitatem tyrannicam, quæ nec primam visa est similem nec habere sequentem: Hic se adimpletum videmus, quod in Genesi de Abrahamo legimus: vidit ille namque arietem cornibus inter veprea hærentem, quem in summitate montis deinde immolauit; hic vero Iesum Christum, verum illum agnum, conspiciamus, caput vepribus implexum habentem, & sentes capiti horrendum infixos, qui iam iam in monte Caluarie immolabitur.

An non sufficiebat, ô barbari, ô sacrilegi, tot vos ei ignominias, contumelias, opprobria, & tormenta intrulisse? an non satis erat, corpus eius ad vsque ossa flagellis esse concisum, & quodammodo aratum? necesse adhuc erat vt infernales furie ac diaboli, inusitatum ac nouum hoc supplicii genus excogitarent, coronas inquam dolorum, diademata cruciantia, & sceptrafamiae? Hoc namque modo crudeles illi lictores, ac bestiae sanguinariae Redemptorẽ adornarant, vt eum velut ambitus reum, quique ad regnum aspirasset, hac ratione

exhiberent. Audire illos iam videor dicentes, Hæc sunt ô fatuelle, ô stulte, ô hominum brutissime, sceptræ, hæc diademata, hæc paludamenta quæ affectasti. Quomodo ô insensate, & vilis idiota, hæc cerebrum tuum ambitio intravit? quid? tene ad regnum aspirare? quid cogitabas? sed iam habes quod omnes regni affectatores commerentur? Hæc vtique sunt insignia, hi honores regni tui? Sed hoc triste illud est spectaculum, Auditores, ad quod spectandum animas fideles inuitabat Salomon dicens, *Egredimini filia Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua, id est Synagoga.* Egredimini filia Parisienses, egredimini inquam de cubilibus vestris, ac videte tremendũ Christi tui caput, videte quomodo pexũ sit, quomodo dilaceratũ, vt sordeat, vt torpeat, vt tormentis saturatum sit, quid? An non verebimini, cum id ipsum cruentum, perfossum, ac spinis perforatum videris, adhuc superbire, caput in sublime tollere, tot novos colores, tot exoticos odores, tot ascititios fucos eidẽ superaddere? non verebimini cerussa, stibio, purpuris genas tingere, cum vultum illum Angelicũ colaphis liuidum, sanguine fœdatum, ac spuris oblitum contẽplamini.

Porro sacrilegis hæc tortoribus in feritate pergentibus, interuenit Pilatus eorum, Christum que manibus ereptum Iesum exanimem, & Iudæis doloribus propemodum exhaustum, prætorio educit, foras produxit; vt vel hoc vico viso tristi viso spectaculo efferati Iudæorum animi flecterentur, & ad compatiendum mollierentur. Quare purpureã illa veste exuta, & Christi corpore cotam omni multitudine denudato, deformatum hoc & squalidum cadauer, vix pedibus valens consistere, vulneribus liuidum, & sanguine stillante fœdatum demonstrans, exclamat: *Ecce homo,* quasi dixisset: *Ecce hic eum, quem filium Dei se facere dicebatis: ecce eum, quem recta ad regnum & coronam grassari via asseratis: videte obsecro, quomodo coronatus sit, quomodo stipatus, videte sceptræ, videte paludamentum eius & trabeam; quid hoc rege miserius? quare nolite iam amplius metuere, ne regnum vestrum inuadat.*

Piæ medi-
tationes.

Quid ò anima non plangis, non tristaris, an non exanimaris, cum triste hoc spectaculum intueris, cum miserum illum vulneratum ante oculos vides, hic meditare, hic pietatem exerce. *Ecce homo*; qui suo tibi exemplo, & corporis proprii spectaculo viam cœlium versus demonstrat, per humilitatem mirum, contemptum, & patientiam. Ecce hic hominem, qui propter te & propter tuam salutem infamiam subiit, opprobria sustinuit, contumeliam passus est, colaphizatus est, conspurus, flagellis concisus, spinis coronatus, qui omnia denique tormentorum ignominiarumque genera tui causâ perpessus est. Quid retribuēs ergo Domino pro omnibus quæ retribuit tibi ò peccator? Ecce hominem qui ob delicta tua tam horrenda patitur supplicia, tam graues profertur cruciatus, in quo, velut in speculo, grauitatem contempleris, quæ tot tormenta Dei filio infixerunt.

O Pater æterne, ecce homo, qualem eum, vt nostris peccatis satisfaceret, videre cupisti: hic nostrum vadem, sponsorem, satisfactorem vide; hic cerne eum, qui debita nostra auferet, & sanguine suo æs nostrum alienum dissoluet.

Magna quidē, ò pater peccatorum nostrorum debita erant, sed maior erit adhuc solutio & satisfactio quam tibi præstabit: nam postquam abunde iam satisfecerit, multum adhuc superabit, etiam si decies millies plura soluēda forent. Iam igitur nobis ignosce, egregiam hanc solutionem admitte, calamitatumque nostrarum miserere. *Ecce Hosanna*, ò Apostoli, quem tot olim patrantes miracula, edentem prodigia vidistis, quem aquis inambulantem, instar solis in monte Thabor rutilantem & resplendentem contempistis.

Apostrophe ad
Deiparā
virginem.

Ecce hominem, ò sanctissima Maria mater, vbi nam modo es? accede; ecce inquam hominem, ecce eum quem sanctissimo vtero inclusum nouem mensib. gestasti? agnosce? hiccine tuus est filius? hiccine ille vultus, de quo vaticinans regius vates locutus est? *Speciosa forma præ filiis hominum*. *Vestra* vero, ò Iudæi, homine hoc viso feritas nondum emollitur, nondum barbaries ve-

Psalm. 44.

stra saturabitur, nondum eius miserebimini? nequaquam, sed tollatur, crucifigatur. O homines inhumanos, imo vix homines, sed leones potius, vrsos, sed feras siluestres! Legimus in sacris literis, Benadad regē Syriæ ab Achab rege Israel fufum fugatumque vt eius animum ad clementiam flecteret; ita, *3. Reg. 17.* cunctiam auerteret, pacemque impetraret, legatos ad eum è purpuratis suis misisse, cineribus conspersos, sacco indutos, & collo laqueos gestantes, qui veniam peterent, & eum ad misericordiam commouerent: quo tristi spectaculo Achab Rex adeo permotus & emollitus fuit, vt omnium præteritarum iniuriarum vltionisque conceptæ oblitus, cum Benadad in gratiam redierit. Si tristis habitus, ac lugubre illud schema Regem aliqui satis inhumanum potuit emollire, quis obsecro erit, quem miserum hocce corpusculum flagris laceratum, caput hoc vepribus redimitum, caro illa vngulis aculeisque detracta, oculi illi lachrymis suffusi, cruenta illa facies, sanieque & illuue sordida; dura illa manuum vincula, collum illud liuidum non commoueat, emolliant, & ad compassionem non inuolent; Iudæorum tamen mentes hæc omnia flectere non potuerunt. O animos ferro & marmore duriores! ò corda ære & adamantem fortiora tantum porro abest, vt ad commiserandum incitentur, vt iterum in clament, atque instar rabidorum luperum, mortem & sanguinem eius sitientes ingement. *Crucifige, Non habemus alium regem nisi Cæsarem.*

Hic videre licebit Pilate, vtum sincerus sis Iudex, vtum auro corruptus, vtum æquitatem ames; vtum timorem Dei timori Principis aut Cæsaris anteponas; Vidēbimus hoc loco, vtum merus, ne honoribus & beneuolentia Cæsaris excidas; ad iniquam pronuntiandam sententiā; ad tam iniuste decretum ferendū, tamque enorme flagitium committendū, te compulsurus sit. Eheu! Perfidus illē Præfes cum Iudæos de Cæsare loquentes audiret; videretque; nulla fieri ratione posse, rabie nempe inimicorum excrecente, vt Christus morte eriperetur, lotis in conspectu totius mul-

titudi-

trudinis manibus, eundem morte condem-
nauit, iustissimam illam sententiam pro-
pontiavit. Iudæorum eum potestati tradidit
dicens, *Innocens ego sum à sanguine iusti huius*.
Vos videritis. O iniustam & crudelē con-
demnationem! ò iniquum & sceleratum iu-
dicem! iam iam dicebas, nullum te in eo cri-
mea inuenire, nihilque eum morte dignum
admisisse; & modò eum, præter fas & nefas,
repugnante iustitia, tua te ipsius quoque ar-
guente conscientia morti addicis? iam iam
eum innocuum pronuntiabas, & antequam
lòco ipso egrediaris, mortis in eum senten-
tiam fers, dicens *crucifigatur*. Cauete vero
vobis, ò Præsides, ò Iudices, qui hominum
vitas in manibus habetis, cauete inquam, ne
sceleratum hunc Pontium in iudicando con-
demnandoque imitemini, sed examine
semper mature, maxime cum quis capi-
tis arcessitur: nolite innocentes morti addi-
cere, audite & perpendite omnia diligenter,
excutite testimonia, ac depositiones singu-
las, videte num falsa quædam aduersus in-
nocuos proferantur.

Iam verum te dixisse vidéo vates regie,
eum in Psalms cecinisti, *Captabunt in ani-
mam iusti & sanguinem innocentem condem-
nabunt*. Sed ò diem funestum & nefandum,
ò diem plenum doloris & tristitiæ, ò diem
omnium dierum infelicitissimum! Hò die
namque dies illuxit Dòmine, venit hodie
tempus, quo tibi moriendum est, & quidem
morte ignominiosissima, morte crucis, in
monte Caluarie, moriendum est inquam in
medio latronum. Eo te namque peccata
mea adegerunt. Vale igitur creator, vale re-
demptor, vale lux mundi: Eheu Dòmine,
deficiunt me vires, vox & latera, vt dolorem
& tristitiam quam tui in animo meo dolo-
res genuerunt, exponam, & simul extremum
tibi Vale dicam. In cetera vero Auditores,
dum infelix illa crux compingitur, inter-
eandem enormes illi clauis sub incude ge-
munt, in genua procidamus, euilemus, pe-
ctus contusionibus, & cœlum precibus fa-
tigemus, suspitiis emoriamur: neque enim
amplius nobis viuendum est; cum vita no-
stra, & DEVS inoster ad mortem sese ac-
cipit. Hanc igitur crucem ambabus vltis

complectamur, hanc intueamur, hanc proni
adoremus, dicentes: *O crux: ane spes unica.*

TERTIA PASSIONIS
PARS.

MEridies iam erat, pro vt vos dei horas XIV.
distinguiamus; & hora sexta, calculo Iu-
daico, cum validi illi lupi Iudæi, inquam,
tristi illa in Christum lata sententia, quan-
tes & triumphantes, purpurea eum clamy-
de exuunt, propriamque ei vestem, quo me-
lius ab omnibus dignoscetur, militesque
eam deinde diuiderent, circumdant. Eduxe-
runt igitur illum extra ciuitatem, vt in Gol-
gatha, id est, monte Caluarie eum cruci
suffigant, qui locus supplicis malefactorum
destinatus erat; patibulis, crucibus,
rotis, aribusque ac maleficiis plenus: lo-
cus tetram exhalans mephitim, foetidus of-
sibus, membris, & craniis mortuorum op-
pletus; à mortuorum caluaris denomina-
tus, vt Hieronymus testatur, quippe quo
nullus in-orbe retrior aut scelerior, de quo
hoc eximium tantum memoratur, primum
parentem Adam in eo esse sepultum, vt Cy-
ptianus, Otigenes, Epiphanius, Athana-
sius, Ambrosius, atque omnes propemodum
sancti Patres testantur, in quorum omnium
sententiam equidem libens concedo. Sed
quænam illa, Deus bone, metamorphosis,
quænam illa repentina mutatio, quæ rerum
vicissitudo hæc? Vix quinq; elapsi sunt dies
bone Iesu; ex quo te huc meis oculis astra
vestum, urbem, regio propemodum appa-
ratur, summo omnium applausu; lætita-
exultatione ac rotius populi iubilo, ingre-
dientem vidi, & ecce modò eadem te vrbe,
instar latronis, malefactoris; aut sicarii ali-
cuius, magno cum opprobrio egredientem
conspicio. Irridet Plurarchus Atheniensis,
quod trecentas quas Demetrio Phalereo
adhuc viuo exerebant statuas, illo etiam-
num in viuus agente deiecessent; ac loco
mouissent. Quis vero tuam inconstan-
tiam non rideat Ierosolyma, quæ Messiam
tuum quem tanto triumpho & exultatio-
ne ante aliquot dies recepisti, hodie ma-
gna cum contumelia & ignominia eiicis &
Zzz 3 expel-

Describi-
tur mons
Caluarie.

Inconstan-
tia Iudæo-
rum.

Plur. in
Apopb.

Christus
morte cõ-
demnatur.

Psal. 39.

expellis : Sortem tuam hic repetitam & ad viuum representatam video, Daniel; hodie namque totius Babylonis Princeps & Rex quodammodo declararis, ac centum ac viginti satraparum primus, crastina vero die in leonum lacum præceps ageris. Video namque Christum, vix quinque elapsi sunt dies, instar Regis ab omnibus salutari; agnoscitur ut regem, hodie vero ad mortem condemnari, Hierosolymis ad præconis vocem educi, à tortoribus & lictoribus, tota ciuitate ad nouum hoc spectaculum confluyente, conduci, & graui onustum cruce ad supplicii locum pedetentim procedere.

Isai. 22.

Baiulans sibi crucem, vt scilicet Isaiæ prophetia adimpleretur, qua dictum erat: *Dabo clauem David super humerum eius*. Vidisset hic verum illum Isaac, lignis sacrificii in humero sublatis, ad montem & supplicii locum procedentem. Hic vidisset omnem Hierosolymorum populum portis vrbs magna festinatione erumpentem, vt tristi huic & funesto spectaculo ineresset: Aderant hic lictores, satellites, tortores, carnifices, atque omnes Romani Præsidarii, alique innumeri, qui ad solemnitatem Paschalem confluxerant, qui Christum crucem baiulantem, ad locum vsque supplicii comitabantur.

Aderant inter alios & mulieres lachrymantem, ac plangentem: inter quas & te fuisse certissimum est ò virgo Deipara, & te Magdalena, cum Maria Cleopha. Quoniam doloris gladio pectora vestra dissecabantur ò matres, cum ruentes videretis equites, populum magna frequentia portis vrbs erumpentem, & tubæ clangor auribus vestris insonaret. Eulant illæ, lachrymantur, & plangunt, & quidem adeo vehementer, vt auditis singultibus & suspiriis Domina respiciens, eas fuerit allocutus dicens: *Filia Hierusalem, nolite flere super me, sed super filios vestros*. Videte hic Historici constantem illum Socratem, qui iniuste ad mortem ab Atheniensibus condemnatus, cum ad supplicium duceretur, vxoremque Xantippem illachrymantem conspiceret, eandem consolaturs ait, *Desine flere vxor, nam tibi ma-*

Socratis
morientis
constantia.

ximæ futurum est gloriæ, fuisse vxorem eius qui iniusta mortis sententia condemnatus fuit.

Videte hic vltimum Lacedæmoniorum regem Agidem, qui cum iniqua mortis sententia ad mortem duceretur, & aliquē suis domesticis flentem videret, *Desine*, inquit, *me flere, quia tam scelerate & iniuste morti adductus sum, meliore sum quam qui me necauit, conditione*.

Nolite igitur, ò mulieres, Christo afflicto collachrymando compati, sed flere potius super filios vestros: veniet enim tempus quo diceretur, *Beata steriles quæ non genuerunt*, tempus quo matres filios deuorabunt, & ciues à feris dilaniabuntur: nolite Christum meum flere, sed vos ipsas, & cogitate, si Pater æternus tanto rigore peccatum in vnico suo castigauit filio, quid in vobis facturus sit: & si hæc in viridi ligno, in arido quid fiet, sed relictis hisce, redemptorem cruce grauatum comitemur.

Tradunt Euangelistæ Christum ponderosa illa cruce onustum; exhaustum viribus, & sanguine destitutum aliquoties in via ad terram concidisse: adeo vt Iudæi metuētes, ne in via expiraret, antequam ad montem perueniret. Simonem quendam Cyrenæum venientem de villa, angariauerunt, vt illi in portanda cruce auxilio esset. Quanta postea Simon, ò ter beate Simon, tua felicitas fuit, Christi crucem portare potuisse? docemur hic, Christiani, Christo nos in cruce ferenda socios existere debere, si socii gloriæ esse desideramus, ad quod ipse nos quoque inuitat dicens, *Qui vult venire post me abneget semetipsum & tollat crucem suam, & sequatur me, ad montem vsque Caluarie*.

Cum iam peruenisset in Golgotha, id est Caluarie locum, cruce eum confixerunt. Hic iterum efferati & truculenti illi milites vestibus eum suis exuerunt magno eum dolore, vulnerumque omnium quibus vestis inhaerebat, redintegratione, adeo vt eam violenter detrahendo sanguis iterum è concretis vulneribus, instar torrentis exundatissimi, circumquaque scaturiret. Hic quoque in crucem eum conicientes, in lectum scilicet honoris omniaque eius membra funibus durissimis

missis extendentes, manus ei & pedes tribus obtusis clavis transfixerunt: audisses hic malleorum ictus, lictorum verbera, tortorum contumelias, & opprobria exprobrantium militum; quod præuiderat vates regius dicens, *Foderunt manus meas & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. O crudelitatem incredibilem! quis verbis tam immane facinus exprimat, aut tam atrox parricidium oratione consequatur?*

Cicero in Verum. Aureum illud eloquentiæ flumen Tullius, verbis satis exaggerate non potest crudele quoddam C. Verris facinus, quo præter fas & æquum præterque patriæ consuetudinem P. Gaium virgis primum casum crucifixuratur; *Facinus*, inquit, *vincire cinem Romanum; scelus verberare; prope parricidium, necare; quid dicam in cruce tollere? teterimum crudelissimumque supplicium.* At non hic de cruce P. Gaii, sed de cruce Iesu Christi agitur; non hic de ciue Romano, sed de Dei filio loquendum est: dicemus igitur, *Facinus est vincire Deum, scelus verberare, prope parricidium necare, quid dicam in cruce tollere.* Cōtemplare hic igitur, anima mea, æneum illum serpentem in deserto in sublime eleuatum, qui omnes quotquot viperis sauciati morsibus eum intuerentur, persanabat. Cōtemplare hic, non amplius filios Resphē Saulis concubinæ à Gabaonitis crucifixos, sed filium Mariæ sponsæ Dei, à Iudæis in cruce actum. Contemplare hic miserum illum Absalomum, diuinæ iustitiæ bellū mouentem, misericordiæ que patres fouentem, ad crucis arborem, humanitatis suæ crinibus adhaerentem, & tribus durissimis & obtusis clavis; trium lancearum loco, confixum. Considera hic denique anima mea sponsum tuum in medio crucis velut in lectulo deliciarum, reclinatum. Ipse quidem Psaltes, vt Deum ad misericordiam fleteret, dicebat supplex, lachrymis se stratum rigaturum, totumque cubile iucundo illo pœnitentiæ flumine perfusurum: at sponsum tuum, ò anima vt te ad amorem sui & commiserationem exciter, se ipsum hic in sanguine dormientem ostendit, ostendit inquam cubile sanguine perfusum. Con-

templare igitur attentius; vt fixus hic sit, & firmiter affixus, quo te venientem expectet; vide vt brachia extendat, te vt amplectatur; vide vt caput inclinat, vt tibi accedenti osculum præbeat; vide denique vt sanguinem effundat quo telauet & perluat.

Hic vero noua contumeliarum genera in Saluatorem tuum cusa perpende: crucifixus inter latrones: Nullum profecto contumeliæ aut opprobrii genus fuit, quod Saluator hic non pertulerit. Primo namque morte ignominiosissima mortuus est, qua nulla vnquam existit vilior aut abiectior: idque in vrbe regia, totius Iudææ Metropoli, scilicet Ierosolymis, tempore quoque celeberrimo in solennitate nimirum Paschali, ad quam varii vndeunque Iudæi, ex diuersis orbis locis confluxerant, hora quoque opportuna, medio scilicet die; deinde in altum sublatus, vt ab omnibus conspiceretur: denique in medio latronum, vt adimpleretur quod à Prophetis prædictum erat: *Et cum sceleratis deputatus est.*

Vide hic ò homo, Deum tuum, qui in cœlestibus habitaculis inter beatas illas mētes versatur, inter sceleratos & medio latronum crucifixum: perpende tecum vt quem adorant Angeli, ab hominibus vt sicarius & latro habeatur: contemplant, vt qui alias in monte Thabor medius inter duos Prophetas gloriosus & instar solis resplendens apparuit, hodie in monte Caluariæ deformis & sanguine eruentatus, in medio sceleratorum pendeat: heu quantum mutatus ab illo Hectore!

Tu iam ille viator factus es Domine, qui ex cœlesti illa Ierusalem in mundi huius Iericho descendens in latrones incidisti, in sceleratos illos Iudæos, qui vestibus te penitus despoliarunt & semiuiuum inter latrones reliquerunt; quin & patiens ille Iob, non quidem in fimo sedens, sed in cruce suspensus, vulneribus oppletus, & sanguine cruoreque perfusus. O si sciretis, latrones, quid sit Christum Dominum ad latus habere, iuxtaque eum constitutum esse, vestram

XV.
Christus inter latrones suspen- ditur me- dius.

Luc. 20.

Iob. 2.

Insignis de Phocione historia.

vestram proculdubio fortem clementius & æquiori animo ferretis, & ingenti gaudio profundeteminis! felices profecto, modo scieritis, quanto vobis honori sit, cum hoc innocuo vitam finire. Egregiam porro in hanc rem de Phocione historiam producit Plutarchus. Hic enim cum in carcerem nullo tamen commisso crimine, sed innocuus omnino, coniectus esset, & in carcere alium quemdam reperisset, Tudippum nomine, capitalis criminis reum, qui fortunam & mortem sæpius deplorabat; his cum verbis consolatus est, *Num tibi satis est Tudippo cum Phocione mori? quasi diceret! Quid angertis, quid ploras? Tudippe? quid ita fuit a tuam desles? lætari potius & exultare oporteret, quod tibi cum Phocione viro innocentissimo sit moriendum. Tu quidem iuste ob crimina in Reipubl. commissa ad mortem deposceris, & tamen ploras? at ipse, qui semper patriæ salutis studiosus fuit, ac de ea semper bene sum meritus, qui neminem vnquam ne verbo quidem læsi, iniqua tamen sententia ad mortem condemnatus sum, æquo animo casum meum fero: sed hoc tibi honori sit & ingentis gloriæ loco, Tudippe, cum Phocione expirare. eisdem vos verbis affari queam. O latrones, num vobis satis sit cum insigni illo Phocione mori? nam vos quidem iuste, ob flagitia vestra, morti addicti estis; sed Iesus, nullo vnquam admisso crimine, sine vlla noxa moritur. Sed quid denotant nobis gemini isti latrones? duo scilicet hominum genera, Iudæos nimirum & gentiles. Sed maius adhuc in duobus hisce mysterium later: nimirum, ideo CHRISTVM inter duos latrones crucifixum esse, vt hinc disceremus Spiritum inter carnem & mundum esse crucifigendum.*

Quid duo latrones designent.

Porro sceleratus ille Iudex Pilatus, vt Christum iuste ad mortem condemnatum fuisse ostenderet, quasi læsæ reum maiestatis, & quasi in Imperium Cæsarisque potestatem aliquo modo deliquisset, titulum cruci imposuit, *Iesus Nazarenus, Rex Iudæorum. Erat autem titulus scriptus Hebraice, Græce & Latine, vt Iudæi, Græci, & Romani, alienigenæ & externi, qui Ierosolymam*

Titulus crucis tribus cõscriptus linguis, & quare.

adueniant, ex eo mortis causam legerent. Fuit hoc quodammodo augurium & præsignum, in alio illo inuentio. Missæ sacrificio, triumphum linguarum vsum futurum. Quid igitur dhæc dices hæretice, quid tu nouator turbarum auides, & omnis nouitatis studiose qui omnia mytheria vulgari religionis lingua peragi & tradi cupis? perpendere hic te velim & tecum cogitare, fuisse tum temporis plurimos Ierosolymis alienigenas, vt Græcos & Arabas, aliosque incognitos qui nec Græce nec Latine nec Hebraice noscent; Pilatum tamen alias, nisi tres hæc linguas, vsurpare noluisse.

Domino igitur cruci affixo, & in altum sublato, omnes ecce circumstantes contumeliosius eum proscindere, & Iudæi crudelitate temeritateque maiorem quam antea ostendere cœperet. Milites quippe sub cruce de vestimentis eius digladiantur, atque omnes prætereuntes conuitia in eum exonerant, mouentes capita sua & dicentes, *Vab, qui destruis templum, & post triduum reedificas illud? Salua te modo, si filius Dei es, & descende de cruce.* Scribæ quoque & Pharisæi, montem Caluarie obambulantes ei diminutam quodammodo potentiam exprobrant dicentes. *Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere: si Rex Israel esset, vt semper præ seculis, patefaciat modo, descendat de cruce, & credemus ei.* Præuiderat hæc omnia Psalmographus, & in Domini persona locutus est, *Omnes videntes me deriserunt me, locuti sunt labijs, & mouerunt caput.*

Quid obsecro, bone Iesu, de nobis actum fuisset, si inimicorum consilium secutus de cruce descendisses, quot cheu! animæ sub tribulationum & ærumnarum in hoc mundo eis irrogatarum pondere gemiscentes oppressæ fuissent, nihil præclarum hoc illis patientiæ constantiæque exemplum præbuisset? Voluisti nimirum vsque ad extremum perseverare, & in ipsa cruce mori, vt nos edoceres, ad mortem vsque esse tolerandum, nec vnquam de tribulationum cruce descendendum. Ipse mundus, Auditores ipsa caro & diabolus nobis quotidie inelamant & semper suadent, vt de cruce descenderemus, deliciasque vitæ huius confectare.

Insignis cõceptus

D. Martini
orba.

ctatemur. Hinc bene olim dixisse visus est, Martinus ille Turonensis, non decere Christianum, nisi in cruce, in cilicio, & cinere mori, illa namque quasi quidam gradus sunt quibus ad Christum ascendimus. Sed mitissime ac benignissime Iesu, quid ad hæc opprobria, contumelias, irrisiones, cōfusioneq; quas scelerati hic effundunt, replicas? *Pater ignosce illis, qui a nesciunt quid faciunt.* O amor, o charitas, o incendia dilectionis! omnes eum mortales oppugnant, eique bellum mouent, totum eius corpus grauissimos dolores perfert, pœnis vsque ad summū futuraturam est, & tamen non conqueritur, non excaudescit, aut succenset, non aduocat ad vindicandum Angelos, non intentat tortoribus minas, sed orat pro ijs ipsis qui in se deliquerant, dicens, *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt* & bene quidem: si enim sciuissent, numq̄ Dominum gloriæ crucifixissent, aut tam enorme flagitium cōmisissent. Peccatores quoque dum delinquant, nesciunt quid faciunt: si enim scirent, aut præuiderent, q̄ graues cruciatus, quamq; horrenda tormenta sibi præparent, quamq; ingentē gloriā amittant, dum gloria illa cœlesti excidunt, numq̄ vel minimum delictū admitterent: vnde clamat vates regius, *Errant oēs qui orant: ut iniquitatem*

B. Virgini
nis dolor.

Aderat tristi huic spectaculo tristis & dolorosa mater Maria, iuxta crucem cum aliis mulieribus, Maria Cleophe & Maria Magdalena, cōsistens. Quis hic exprimat, virgo, omnium martyrum regina, extremos illos dolores animique amaritudinem, cum dilectum filium, quem tanto olim gaudio concepisti, tam crudeliter a barbaris hisce militibus haberi vides? cum sacra illa brachia, quæ te olim in ætate puerili tam amanter strinxerūt, affixa cruci cernis? cum diuinam illam faciem, quā toties exosculata es, sanguine scædatam, spuris deformatam, sordibus oppletam contemplaris. Si enim Tobie mater fiebat lachrymis irremediabilibus, quod absentiam filij ferre non posset: quid hanc hodie matrem fecisse arbitramur, cum filium in crucem sublatum & in cruce morientem videret.

3. Reg. 3.

Cum olim sapientissimus ille mortalium

Tom. 1. Bessai Quadrage.

Salomon sapienti responso puerum, ob quē duæ mulieres inter se contendebant, mediū diuidi iussisset: eius, quæ vere mater erat, viscera confestim ad misericordiam compassionemque commota sunt. Quantum vero dolorem benedictæ huius Matris fuisse credendum est, cum vnicum filium in cruce affictum & desolatum, omniaq; membra eius loco mota, & à se inuicem distracta, intueretur? Si Agar Abrahæ ancilla, cum Ismaelem filium in deserto morientem cerneret, eumque præ animi angustia videre agonizantē non valeret, retrorsum abiens ait, *Non video morientem puerum.* Quid fecisse putabimus amatissimam hanc filii matrem, cum filium grauissimis affectum supplicij, expirantem conspiceret? Heu qualem eius dolorem, quas animi angustias, quem mœrorem fuisse credimus, Auditores? Eheu,

Gen. 21.

*Quis est homo qui non fletet,
Christi matrem si videret,
In tanto supplicio?*

Neque minor dolor matris erat sub cruce constitutæ, quam filii in cruce suspensi.

Tres iam horas Christus in cruce pependerit, à sexta nimirum vsq; ad nonam, cum super vnicœlum tam triste spectaculum, non sustinēs uersam luctum, ob creatoris mortem, cœpit inducere, & retro amictū velamine tenebras super vniuersam terræ superficiē inducere, *Tenebra facta sunt super vniuersam terram.* Circa

horam igitur nonam cum Dominus vehementi febrium ardore correptus, doloribus scilicet crucis, passionis, & mortis, bibere postulasset, eiq; acetum felle mixtum in potū ministri dedissent, atq; omnia de seipso pronuntiata consummata esse dixisset, impleas nimirum figuras, ceremonias legales iam finitas: cum clamore valido ad Patrem sublato. *Pater in manus tuas commendo Spiritum meum*, atque omnes adeo mortales & vt gratū tibi sacrificium hoc meum existat, supplico, inclinato capite emisit spiritum.

O tristis & funesta dies, dies è dierum numero eradenda! o casus, qualis nullus vnquā accidit! o triste infortunium, & acerbū nuntium! Iesus Christus mortuus est, Dei filius mortuus est, o paradoxa! o res ad credendū difficilis! annon emoreris anima, cū Deum

Aaaa tuum

uum audis exspirasse? Si Iuda Machabæo fortissimo viro mortuo omnis Iudæa plangebatur & lamentabatur, dicens, *Quomodo cecidisti potens in prælio, qui saluum faciebas populum Dei?* nonne te illud ipsam hodie dicere par est, cum Dominum Iesum in prælio audis cecidisse: quin non frangimini, scindimini, emollimini animi indurati, ferro, ære, adamante duriores. Funduntur, ecce, irrationabiles & mutæ creaturæ, velû templi in duas partes à summo ad imum diuiditur, terra cõtremitiscit, columnæ & marmora, ad terram deiiciuntur, monumenta aperiuntur, mortui sepulchris prodeunt, atque adeo totus mœrore & luctu orbis in morte creatoris cõfiscitur, omnia denique lugubrem amictum induunt, cum Christum in cruce emorientẽ contẽplantur; omnes proinde mortales crucem hanc adorant & venerantur.

O crux aue benedicta, ô crux aue spes unica, ô beata, gloriosa, & adoranda crux, hoc potissimum nomine beata, quod in te saluator meus pependit; veneranda, quod sacra te Christi membra tetigerint, ac pretiosus eius sanguis perfuderit. Saluete quoque sacra spina; ac regium diadema è vepribus veluti gemmis pretiosissimis contextum, quo nullum vnquam ab hominum memoria existit aut pretiosius aut excellentius. Saluete clauis saluti ferri, gemmæ inquam cœlestes, adamantes Angelici, qui diuinas illas manus, ac sacros illos pedes exornatis, & decorem quandam illis eximium superadditis. Salue ô lancea, quæ tale vulnus infixit, cui nullum vnquam par fuit infictum, quæ latus referasti Domini, & ad vsque sacrum Verbi diuini cor penetraisti, thesauros gratiæ Sacramentorumque; mysteria aperuisti. Salue crux pretiosa, dulce lignum, dulces clauis. Saluete spina, omni admiratione & cultu dignissima.

Cum te contempler ô crux, pretiosa inquam crux, arborem illam vitæ in medio paradisi plâratam videre videor: videre videor virgam illam Moysis, quæ serpentes Ægypti nostræ deuorauit, lignum quoque illud Moy-

Exod. 17.

sis, quod in aquas Mara coniectum, easdem dulces reddidit: thronum Salomoni fultum; Regio leonibus: tabernaculum illud fœderis, alis Cherubicis coopertum: quin & rubum illum ardentem in deserto Caluarie: Merita porro tua explicare quis sufficiat crux pretiosa? hoc vnum tamen dicam, esse te nimirum clauem illam Dauid, quæ portas æternales referasti, virgam quoque Iacob, cum qua mundi huius Iordanem transimus; pedum quoque pastorale, quo Goliath & Philistæos infernales prosternimus; scala quoque Iacob, per quam ad cœlestem ascendimus.

O crux pretiosa inter omnia ligna siluarum! ô arbor decora, fulgida! nulla silua talem profert, frontes, flores, germine. O Cedrum, non dico Libani sed Caluarie! ô laurum semper virentem, & à fulgure nos defendentem; ô cœlestem oleam, per quam misericordia nobis designatur.

Ὁ ἄριστος μακάριος ὁ ὁ Θεὸς ἐστὶν ἡμῶν. ut canit Sibylla. O crux prodigiis & miraculis nobilis, quo tu modo cultu digna redderis, quo te omnes honore prosequuntur. Regum tu vertices exornas, Pontificum infulas cõdecoras, te timent & verentur diaboli, te honorant Angeli, te adorant homines. Et quo plura tui encomia produxero, quo & plura inuenio: tu scilicet es egregia & procerâ illa terebinthus, ad cuius radicem Iacob noster Iesus Christus idola Labani, id est, totius orbis peccata, defodit & sepeliuit: tu es egregium illud torcular, in quo ingens humanitatis Iesu Christi botrus expressus est. Per te ô crux, iam cœli gloria, inferorum terror, mundi spes facta, hodie & semper, peccatores delictorum suorum veniam, iusti gratiæ augmentum, afflicti solatium, & nos iubilemus & omnium in hoc mundo criminum indulgentiam, in altero vero gloria sempiternæ fruitio-nem consequamur Amen.

IN

IN DOMINICA RESVRRECTIONIS, SIVE SOLEMNITATE PASCHALI.

Partitio.

- I. Quod Resurrectio sit sine capienda.
- II. Quod oportuerit Christum exaltari.
- III. Quod & nos oporteat in Christo resurgere.
- IV. Quis merito Christo, status fuerit corporis, anima & diuinitatis eiusdem?
- V. De genere mortis.

Resurrexit sicut dixit.

FIGURA.

Propheta Jonas cum Tharsis nauigaturus mare conscendisset, & vehemens ventorum procella, & horrida tempestas ingruisset, forte in mare à nautis, quo ita procella quiesceret, & rumentes vndæ compescerentur, coniectus fuit; quem immanis deinde ceterus deuorauit, triduoque in aluo incolu- mem seruatum magno sane miraculo, in litora effudit, ac iucundum cœli lumen fecit intueri. Fuit hoc, Auditores, figura proculdubio magni huiusce mysterij, cuius hodie- na die memoriam Ecclesia celebrat. Nam ecce plus quam Jonas hic, imo verus quidam Jonas; qui cum vastum redemptionis nostræ Oceanum ingressus esset, & vndique deinde nimis, iustitia, punitione, & ultione oppri- meretur, quo iram diuinæ iustitiæ compe- sceret, ac rumentes illæ indignationis vndæ sauire desinerent; in passionis profundum coniectus fuit, & in sepulchri vtero visceri- busq; seruatus, ac tertio demum die, hodie nimirum, resurgens, vitæ ac luci est restitutus. O diem lætissimum & gloriosissimum! o diem vere prodigiosum, ac triumpho Christi Iesu nobilem, eiusque victoriis, trophæis, & resurrectione celebrem! o diem iucundissi- mum & lætis plenū nuntiis, quæ vobis iamã narraturus sum, si prius mecum auxilium cœ- leste, idq; gloriolæ triumphantis hodie filij matris precibus postulauero, recitate igitur mecum salutationem Angelicam:

Ave Maria.

Ingens ille Africa honor Tertullianus de resurrectione. grãdi hoc & diuino resurrectionis agens my-

sterio, iam à mille circiter & quingentis an- nis dicebat, nihil esse in fide vel ad credendū difficultius, vel quod maiorem admirationem mereatur, quã resurrectionem mortuorum. Et merito quidem, ipse namq; instar Oceani cuiusdam est, magnis agitationibus & mori- bus obnoxij, quem humanorum iudiciorum ingressa cymba, secure enavigare nequit, si fides eam non dirigat, vel illa ad fidem, velur ad Cynosuram, nõ dirigatur. Maxima & ter- ribilissima omnium, quas Ezechiel Propheta *Ezech. 47.* vidit, visionū fuit illa, cum fluuium vidit, cuius aquæ ita intumuerat, vt eum tranare ne- quaq; posset. Ita quoq; in mysterij huius tor- rente humanus intellectus pene submergitur; adeo namque vehementes eius vndæ & fluctus sunt, vt nulla sit aut ingenij vis, aut rationis robur, q̄ illos securè queat transire: tanta quippe in Euripo illo lyrtes, tot scopu- li, tot breuia, tot rupes, tot abyssi reperiuntur, vt Philosophia naturalis eundem nunquam ausa fuerit tentare, aut eidem sese tuto com- mittere. Aristoteles namq; & cum eo omnes veteres Philosophi gẽtiles, aiunt, à priuatione ad habitū nullum regressum dari. Aquila quoq; illa Evangelica Ioannes librum quen- dam in Apocalypsi describit, intus & foris septem signatum signaculis: quem nemo neq; *Apo. 5.* in cœlo, neq; sub terra aperire poterat, ne- dum aspicere; adeo vt nec homines, nec dæ- mones, nec ipsi quincti Angeli, eundem le- gere possent, solus namque Agnus eum lege- bat & intelligebat. Et animalia clamabant: *Di- gnus es Domine accipere librum, & soluere signa- cula eius, quoniam occisus es, & redemisti nos.*

Quid porro nobis denotas, o liber, nisi sa- crum illud resurrectionis mysteriū, scriptum intus & foris, in anima in quã & corpore ex- aratum, nõ septem quidẽ signatum signacu- lis, sed innumeris miraculis ac prodigijs cir- cumseptū: adeo ad aperiendum & referendū difficile, vt nulla vnquã creatura id potuerit aut intelligere, aut ad vitam redeūdo aperi- re, nisi Christus Iesus, innocens ille Agnus in Caluarie monte immolatus. Hic scilicet sa- pientissimi Salomonis deficit sapientia, hic eiusdem sapientia ignaram sefaterur, hic si- bi aquam herere ingenue profiteretur, di- cens: *Tria sunt mihi difficilia, & quartum peni-*

Prouer. 30. *tui ignoro, viam aquilæ in cælo, viam colubri super petram, viam nauis in medio mari, & viam Salomon viri in adolescentia: per viam aquilæ in cælo, nequit Christi ascensionem; per cursum nauis in mari, Incarnationis eiusdem mysterium: per serpentis viam in petra, gloriosum mysterium resurrectionis designat.*

Matth. 22. O sublime mysteriū, o resurrectio penitus diuina, ab humano ingenio admodum remota, atque ad comprehendendum omnino difficilis. Fuere olim Sadducæi, qui resurrectionem non admittebant, sed penitus negabant, qui cum ad Christum Dominum accessissent, de resurrectione mortuorū disputaturi, hoc ab eodem responsum retulere: *Er-*

Exod. 14. *ratis nescientes scripturas, neq. virtutē Dei.* Sed discat humana ignorātia & stupiditas, quod quemadmodum in exitu Israël de Ægypto, Ægyptij quidem & Hebræi simul se in viam dederunt, hi ad fugiendum, illi vero ad fugientes prosequendum: sed cum ad rubrū mare ambo venirent, illi quidem vndis eius submersi sunt, hi autem sine vilo sui suorumque detrimento incolumes transferunt, ac deinde in terram promissionis sine vilo omnino morbo integrisq. vestibus perueniunt: ad eundem modum cum corpora è terræ visceribus, velut ex vltima Ægypto egressa, rubrū diuinorum iudiciorū mare transire debent, peccatores quidem in eo perituros; electos vero incolumes transituros, corpora quoque eorū integra & perfecta, atq. omni mortalitatis contagio infirmitatibusque corporis huius liberata, gloriam cœlestem ingressura.

Gen. 40. Considerate quoq. vobiscum, Auditores, quemadmodum duo illi in Ægypto captiui, propter delicta in carcerem coniecti, eodem tempore simul carceribus egressi sunt, quorum vnus in crucē actus, alter vero in pristinum dignitatis locū à rege restitutus est: ita quoq. eodem temporis momēto duos captiuos è mundi ergastulo egressuros, iustos, simul & peccatores; hos quidē æternis suppliciiis addicendos, illos vero ad gloriam destinatos. Discite, inquam, & considerate, o increduli mortales eū ipsum qui è nihilo moliturus est omnia, qui è nihilo cuncta produxit, qui Adamum de limo terræ formatū in hunc mundum induxit, qui potis est de lapidibus

istis suscitare filios Abraham, longè facilius cineres posse coaceruare, ossa recompingere, pelle vestire, vitamq. iisdē conferre. Egregiā huiusce rei figurā in Ezech. Prophetā habemus. Cum. n. Deus Prophetā vastum campū mortuorū ossibus oppletū monstraret, & diceret: *Putasne uiuent ossa ista?* & ipse diceret: *Domine Deus tu nesci.* Dominus vero iterum adderet, vt ossibus inclamarer: *Ossa arida audite verbum Domini;* illa statim ad Prophetā vocē in pedes constiterunt, animaq. subintrante ad vitā redierunt. Erat hoc vtiq. eius rei signum; quæ mag. o illo extremi iudicij & resurrectionis generalis die euentura est.

Sed nunquam id Philosophi credere potuere, scriptum est enim in Actibus Apollolorum, Paulo Athenas veniente, vbi doctissimi mi quiq. Philosophi commorabantur, & de veteris mortuorum resurrectione verba faciente, ab omnibus doctrinam eius explosam fuisse, mysteriū veluti si fabulas quasdam & anilia commenta narraret. Refert adhuc Euagrius Ecclesiastica histor. lib. 1. cap. 15. Synchum Cyrenensem Episcopum, doctissimum iuxta ac subtilissimum Philosophum omnia quidem fidei nostræ mysteria initio credidisse, excepto profundo illo resurrectionis mysterio, o paradoxa! quin & ipsi Apostoli difficultatē admodum id ipsum credere poruerunt, de quibus Scriptura ait: *Recumbentibus undecim apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatē eorum, & duritiam cordis, quia his qui viderant eum resurrexisse non crediderunt.* Lucas vero ait, eos viso Iesu, putasse se spiritum videre, adeo vt præ metu conturbati fuerint. S. Thomas quoque adhuc vltius in incredulitate processit: cum enim Apostoli vidisse se Dominum dicerent, addidit ille: *Non credam nisi videro fixuram clauorum.* Sed satis iam est, o Thoma, satis est Apostoli, Sadducæi, Philosophi, nolite amplius de mysterio hoc dubitare: videmus enim hic ad oculum Dominū à mortuis resurrexisse, videmus magnum illum librum apertum, videmus Christum ingentem illū torrentē pertransisse, Iesus resurrexit sicut dixit. Nihil igitur hodie aliud quā triumphū, quam victoriæ decantandæ sunt, ac non nisi de resurrectione loquendum.

Gloriosa Domini resurrectio, quam tot olim

olim Prophetarum oracula prænantiarunt, tot veteris Testamenti loca designarunt, quam Christus Dominus semper & vbique prædicauit, quam ipsi quatuor Euangelistarum commentarij annuntiarunt, infinitis hodierna etiam die testimonijs demonstrata fuit. Ipsi namque Angeli Mariæ. eam denuntiant, præcipientes vt eandem Apostolis manifestarent, plurimi etiam mortui ad vitam resuscitati, & cum Christo resurgentes in sanctam ciuitatem venerunt, & eam notis & amicis declararunt. Duo quoque viatores ab Emaus reuertentes eandem discipulis annuntiarunt: S. Petrus, vt Apostolorum omnium vertex eandem suis ipse oculis conspexit: cæteri quoque Apostoli eam firmiter crediderunt, cum Dominum iuxta mare Tiberiadis ambulantem viderunt. Si vero Ambrosius nulli ait eam prius cognitam & manifestam fuisse, quam sacratissimæ Virgini: sed quoniã testimonium illius fortasse iuspectum fuisse, quasi illa præ nimio in eũ amore asseruisset, Euangelistæ id penitus silentio inuoluerunt. Tanta scilicet, tamque grauius testimonio requirebantur, quibus res tam ad credendum difficilis confirmaretur, quo ab hominibus credi posset. Resurrexit igitur sicut dixit, aiunt Angeli, Mariæ, viatores, Apostoli atque omnes a deo homines.

Tribus de causis Christus resurrexit. Aquinas ille Thomas, Doctor Angelicus, quinque affert rationes, ob quas Redemptorẽ nostrum a mortuis resuscitari oportebat: sed omisis duabus, tres tantum potissimas huc adducam. Primo scilicet, vt diuinam suã iustitiam notam faceret, cuius est quos deiecit & humiliavit sublimius erigere, & priorem deiectionem nouo maioriq; honore compensare, quod apud Lucam Maria significat: *Detosuit potentes de sedo, & exaltauit humiles.* Christum igitur, qui sese ad mortem vsque crucis humiliauerat, par erat & consentaneũ exaltari, tantumq; subleuari, quantum se prius depresserat. Vnde Paulus ad Philipp. *Humihaui semetipsum factus obediens usque ad mortem, propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen.*

Cõceptus è natura traduct. Occulta & naturali quadam ratione fieri videmus, non altius fontes posse ascendere, quam eorum origo & scaturigo deducatur:

sed eandem & eruptionis, & initij esse altitudinem. Cum igitur puteus ille aquarum viuentiu è stabulo & præsepio, vt sic dicam, exortus fuisset, deinde ad vsq; crucẽ adhuc penetrasset, quin & ad sepulchrũ in rupe excisum, q; præ humilitate nimium quantum profundum erat, necesse quoque erat, cum ad cœlios vsque, vnde venerat, erumpendo ascendere: Audire, obsecro, vt id exprimat Psalmographus, *à summo cœlo egressio eius, videte eius ascensum.* Par quoque erat, vt lucidus ille & effulgens sol, qui ad nutũ magni illius Iosue, Patris inquam, æterni, in cruce confixus & clauis affixus, immobilis steterat, interea dum inimici nostri profigerentur, & mundus subigeretur: par inquam erat, vt sol ille, qui decem gradibus retrocesserat, sub noem scilicet Angelorum choris, humanamque naturam induendo, quo homines qui instar Ezechia regis in extremis versabantur, redimeret: vt inquam lucidum illud astrum hodie in locum reuerteretur. Quamobrem hodie resurrexit sicut dixit, & sol ille noster ad Zodiacum suum & orbem rediit.

Patentiã illud exemplar Iob, cum è Crõ- Insignis factus esset Iro pauperior, omnibusq; facultatibus spoliatus, adeo vt velut opprobrium suorum factus, & omni destitutus auxilio in sterquilinio sederet: breui interiecto tempore talem rursus a Domino benedictionem consecutus est, vt omnia ei duplicia, & non sine scõnore, reddita fuerint. Præsignabat hoc, verum illum Iob, Christum Dominum, Dei inquam filium, adeo deiectum iri, vt in infami cruce, in medio latronum, nudus omnino, moriturus sit, sed hodie iterum adeo exaltandum, vt quidquid prius quodammo amiserat, duplici mensura ei reddendum sit: gloria scilicet, quo ad corpus, de qua dictum est, *gloria è honore coronasti eum: & nomen eius solius.* An non igitur ei omnia duplicia reddita? Hic igitur completũ videmus regium illud vaticinium Davidis: *De torrente in via bibi, propterea exaltauit caput.* Redemptor enim noster eum in vitæ suæ curriculum & via abunde de passionis torrente bibisset, hodie caput exaltat, idque resurrectionis suæ virtute. Sed pergamus in figuris.

Genes. 41. Ioseph iniquissime à fratribus venditus,

falso accusatus, & iniuste in carcerem coniectus, cum in libertatem iam restitutus esset: vestibus regis indutus fuit, & carpento per omnes vrbs plateas inuectus, ab omnibus Ægypti saluator salutat, ac Dominus vniuersæ domus regis & princeps omnis possessionis Pharaonis constitutus. Hodie igitur figura illa completa fuit, & Ioseph noster, Christus inquam Dominus, ab Apostolis venditus, inique à Iudæis accusatus in sepulchri carcerem coniectus, inde egrediens, vestibus gloriæ & immortalitatis circumdatus fuit, & glorioso ac triumphali diuinitatis currû inuectus, atque vniuersi orbis Monarcha constitutus, ab omnibus mundi Saluator est appellatus. vnde de eo predicarunt Apostoli: *Hic est qui constitutus est à Deo Iudex viuorum & mortuorum*; vaticinatus est Psaltes: *Dominabitur à mari vsq; ad mare*, pater quippe æternus hoc ei quondam pollicitus fuit, dicens: *Tibi dabo gentes hereditatem tuam, & passionem tuam terminus terræ*. Verum progrediamur ulterius.

Actor. 9.

Psal. 71.

Psal. 2.

Esth. 7.

Scriptum est in historia Esther, Mardocheum, qui à superbo & insolenti Aman ad crucem postulatus erat, precibus & intercessione formosæ Esther reginæ, deposito sacco, & exuto cilicio, purpura regia indutum fuisse: victoriaque de hoste relata, & eodem ipso in ligno, quod Mardocheo parauerat, Amano suspento, omnem populum suum, qui iam publice regis diplomatis proscriptus erat, in libertatem vindicasse. An non vobis hic significari ac præsignari videret, Auditores, miserum nostrum Mardocheum, Christum Dominum, Satanæ crudelis inferorum Principis inuidia ad crucem condemnatum, exutis hodierna die mortalitatis exuiis & ciliciis, & veste gloriæ induta, tantam tamque luculentam victoriam relaturum, vt hoste cruci, quam ipsi hostis paraauerat, affixo, pacem, salutem, quietem, libertatem denique humanæ naturæ sit allaturus? Præfagit id vates ille & Psaltes Dauid, dicens: *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*. Audiui, inquit vates, cum Pater æternus filio, Verboque æterno diceret,

Psal. 109.

post tristem illam & funestam passionem gloriosa tibi imminet resurrectio, & hostibus nostris, morte nimirum, diabolo & mundo, prostratis, & glorioso illo bello feliciter confecto, ipse te exaltabo, & ad dexteram in gloria collocabo.

Cum Mosem illum, Domine Iesu, qui se Pharaonis filia prognatum esse tuto poterat asserere, in profluentem conuicti intueor (quippe qui mallet cum electo Dei populo afflictiones subire, eumque per mare rubrum ducere & deducere, Ægyptoque Pharaonem & omnem potentiam eius conculcando inque nihilum redigendo, educere) sortem tuam videre videor: filius namque Altissimi cum esses, homo factus es, & pro hominibus pati voluisti: eosque Ægyptio iugo ereptos per rubrum passionis mare deduxisti: ac statim deinde princeps & caput totius Ecclesiæ factus, hodieque à morte resuscitatus, omnem mundi, mortis, & diaboli crudelitatem ac tyrannidem destruxisti; vnde Psalmita: *Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius*.

Et sane cum innocuum Danielem, Babyloniorum inuidia in lacum leonum coniectum video, eiusdem aditus vndique communi, & à militibus custodiri, ipsum tamè incolumem & illa sum egredi, supraque omnes satrapas, & regni principes constitui: ipse mihi persuadeo, non esse hoc aliud quam figuram eius rei, quam hodie in Saluatore nostro videmus contingere. Cum enim iam abhinc triduo in leonum spelunca, in sepulchro inquam, militum (qui in sacris firtentis leones nonnunquam appellantur) præsidio custodito collocatus esset, & principes synagogæ id ipsum sigillis obsignassent: hodie ecce integer & sanus resurgit & egreditur, supraque omnes cæli, terræ, & inferorû principes, supraque omnes mortales constituitur. Huiusce testem rei habeo Dauidem, dū ait: *Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum, omnia subiecisti sub pedibus eius*. Atque hæc est prima Resurrectionis Dominicæ, quam attulisti ratio, ô Thoma.

Venio ad alteram: Resurrexit nimirum Altera Dominus, vt nos aliquando à mortuis resuscitandos demonstraret: ita namque id docet nis ratio.

Tertul-

Simile. Exord.

Psal. 71.

Psal. 2.

Dan. 6.

Psal. 71.

Alter. 10.

Lib. de pa-
tun. 6. 3.
aduersus
Marc.
part. q. 2. 6
art. 1.

Tertullianus atque aliud non prædicat Paulus 1. Cor. 13. *Christus resurrexit, ergo & mortui resurgunt.* quin & negatiue. *si Christus non resurrexit, ergo & mortui non resurgunt.* Nam vti bene D. Thomas, resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis, propter diuinitatem eius cui nostra per vnionem hypostaticam, & personalem humanitas copulata erat. Vnde idem qui supra Paulus, & eodem quoque loco, *Per vnum hominem mors, & per vnum hominem resurrectio mortuorum.* Quamobrem arrigite aures, Auditores, egregios hanc in rem conceptus, tum iucundos, tum ad permouendum graues, deprimam.

Vis Ma-
gnetis.

Ea magnetis esse vis dicitur & potentia, vt ferrum omne occulta quadam sympathia, ad se trahat, extra centrū rapiat, in altū libret, & sursum sustollat. Paulus, atque adeo, omnis scriptura sacra Christum petram esse ac lapidem testantur, *Petra quiem erat Christus*, sed lapidem magnetem, qui corpora instar lapidum grauiā, sepulchris educit, & in generalis resurrectionis die sursum in aera subleuabit. Vnde ipsemet de se olim dicere non erubuit, *si semel exaltatus fuero, omnia traham ad me ipsum*: quasi dixisset, Scite vos vclim o mortales, esse me veluti magnetem quendā ita vt si semel in cruce subleuari me contingat, omnia ad me sim attracturus, quin & mortuos sepulchris educiturus.

Omnia a-
nimalia
pantherā
sequitur.

Tam suaues, tamque gratos odores exhalat (vt omnes naturalium rerum scriptores tradunt) panthera, tāq; egregijs maculis variegata est, vt quoties in apertum se dat & siluas pererrat, omnia eam animalia, odore allecia, sequantur: Iesus Christus quoque merito cum panthera, cum ipse se vermem appellare non erubuerit, *Ego sum vermis & non homo*, componi potest: pellis namque humanitatis eius insignibus immorealitatis, impassibilitatis, agilitatis, & charitatis maculis conspersa est: suauissimos quoque & iucundissimos meritorum odores spirat: adeo vt hodie resurgens in apertum vix prodeat, quin omnia statim animalia rationis vltim habētia, homines dico, eius vestigijs insistant eum que quoquo se vertat sequan-

tur, omnes namque Patres & sancta illa anima, quas limbo eripuit, eum comitantur, forsitan & omnes quæ in purgatorio detinebantur. Præfagisse id Salomon visus est cum diceret, *curremus in odorem vnguentorum tuorum* quali diceret. O sacra Panthera, ad odorem meritorum tuorum animæ quidem hoc in mundo te sequetur post resurrectionem vero ipsa corpora sepulchris egredientur.

Cant. 2.

Venit mihi hic alterius conceptus in mentem. Iacob & Esau, fratres vterini, quos toties iam in scenam, etsi diuerso semper schemate, produximus, hoc modo in lucē editi sunt. Cum Esau vt primogenitus matris vtero egrederetur, Iacob calcem pedis eius arripuit, atque ita ambo vno enixu in mundum prodire. O ingens mysterium! Christus & homo fratres gemini, eodem in vtero, scilicet humanitatis, vel si videatur, mundi huius, comprehensi & enutriti erant: vnus eorum hodie nasci, & e terræ vtero prodire cum gestit, Christus Iesus inquam, primogenitus mortuorum: homo fratris pedē apprehendit, nostram videlicet humanitatem, atque ita alter alterum educit: ita vt vno resurgente necesse fuerit & alterum resurgere. Atque hoc ipsum est quod toties eū dicentē audiui, *Traham vos in funiculis Adæ*: nostra nimirum humanitate, funiculis, inquam, quibus Deus à mortuis resurgens, nos tecum facit resurgere.

Gen. 29.

Refert Plinius, ceruos cum flumen trāsire parant, in vnum simul locum congregari, stria ceruorum omnium fortissimum in vndas sese deiciere, ac violentiæ aquarum tranando sese opponere, cuius tergo secundus cornuum mox pondus imponit, secundi vero tergo tertius sua, ac prioribus semper post sequentes inniti, atque ita industria & auxilio primi, qui imperum aquarum frangit, in terram, quam petunt, commodissime transire. Necesse profecto erat Oceanum nos damnationis ac mortis fluentia tranare, quo ad salutis terrā pertingeremus: & ecce magnus ille ac potens ceruus Iesus Christus, in hoc sese mare primus coniicit, primus mortem patitur: cuius meritis innixus Adam, Adami Abel, atque huius, omnis retro venientium mortu-

Qua indu-
stria cerui
aquastrā-
seant.

morta-

mortalium ferites, procellifum hoc & periculofum damnationis mare, mortis periculo exēpti, tranfeunt, vt ita infortunatas illas Infulas, idque meritis primi illius cerui Iefu Chrifti, perueniant. Audite & aliud non minus auditu iucundū aut raritate eximium.

4. Reg. 17.

Elifæus Propheta iam feptus corporis fui contactu mortuum in vitam reuocauit. Verus nofter Elifæus Chriftus eſt, ad cuius nudum humanitaris contactū mortui peccato ad gratiam redeunt, & de morte ad vitā tranfeunt: quod præclare ait Eufebius ille

Hom. 7. de Paſchat. Rom. 4.

Emiſſenus: *Noſter Elifæus Chriftus, mortuum, morte ſua ſalutem largitur, & vitā ſepultus operatur. & ante eū Apoſtolus Paulus: Qui mortem veſtram moriendo deſtruxit & vitā reſurgendo reparauit.* Dauid quoque, Prophetico ſpiritu præuidens Meſſiam moriturū, ſepultum iri & reſurgēdo omnes ad ſecum reſurgendum inuitaturum, magno cum affectu obſecrat, vt tempeſtiue reſurgat dicens, *Exſurge gloria mea. exurge pſalterium & cithara: quaſi diceret, Noli diutius in ſepulcho hære, ſed quamprimū ſurge: cui deinde Meſſias reſpondet, Exurgam diluculo. Et Pſal. 3. Ego dormiui, & ſoporatus ſum. & reſurrexi.*

Pſal. 107.

Tertia ratio cur Chriſtus reſurrexerit.

Tertia poſtremo ratio, ob quam Redemptor reſurrexit, hæc fuit, vt corpus ſimul & animam omnibus numeris absoluta redderet: corpus namq; anima deſtitutum imperfectum eſt: anima quoque, cum corporis naturalis forma ſit, ſine corpore imperfecta eſt & informis. Itaq; neceſſe erat, quo perfectus quidam Chriſtus exiſteret, corpus vt animā reſumeret, & anima ſuo iterum corpori vniſtetur: adeo vt ſi Chriſtus non reſurrexiſſet, imperfectus ſemper manſiſſet, atque perfectus homo nequaquam exiſtiſſet, & ſane quamdiu corpus Iefu Chriſti in ſepulchro exanime iacebat, anima vero ad inferos deſcenderat, verus & perfectus homo nō erat.

3. Par. 9. 50

art. 4.

4. Metaph.

Teſtē huiusce rei habeo Thom. Aquinatē, & ſimul Ariſtoſtem, qui in Metaphyſicis ait hominem mortuū vere hominem appellari non poſſe, niſi æquiuoce. Lombardus vero & Hugo de S. Victore contrariam opinionē ruentur & aſſerūt Chriſtum triduo illo, quo apud inferos vagabatur, vere hominem exiſtiſſe, ſed errant: vt n. quis perfectus homo

dicatur, animam corpori naturali quodam nexu vni & copulari neceſſe eſt: & repugnat illa opinio veritati qua credimus Chriſtum vere mortuum eſſe.

Neceſſaria igitur erat reſurrectio, vt duæ illæ naturæ iterum cōiungerentur & perfectum quid, quod reſurgeret, efficerent. Hoc quippe Dominus tantopere deſiderabat, tãque inſtanter à Patre poſtulabat, dicens, *Caro mea requieſcet in ſpe* (reſurrectionis ſcilicet) *quæ niam non derelinques animam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem* Et alibi: *Quæ an: as oſtendiſti mihi tribulationes multas & malas: & conuerſus viuificasti me, & de abyſſis terra iterum reduxiſti me.*

Haecenus Domine Iefu, de glorioſo tuo corpore, deque anima verba feci, ſed ſemper ſuſpenſus & dubius, quid de diuinitate inter ea actum ſit: nam vbinam latebat illa, interea dum corpus in monumento iacebat ſepultum, anima vero inter beatarum animarū choros in limbo verſabatur? vbinam hærebat? quid agebat? Arrigite aures, Chriſtiani, quid de ea actum ſit, paucis aperiam: licet in ſeparatione illa, quæ in morte accidit, anima à corpore ſeiuncta fuerit, & alterum ab altero penitus diſcretum: ipſa tamen diuinitas nunquam à corpore, quod in ſepulchro iacebat, aut ab anima quæ apud inferos vagabatur, diuiſa fuit: nam vt bene Damascenus ait, *quod ſemel aſſumſit, nunquã dimiſit.* Quod vt intelligaris, aperta vobis ſimilitudine patefaciam. Quemadmodum n. arcus, dum nimium intenditur, in medio frangatur oportet, & vtrumq; extremum alterū ab altero ſeparatur: neruus vero, qui vtrique extremitati annexus eſt integer perſeuerat, & vtrumque adhæreſcit: ita de arcu humanitatis Iefu Chriſti dicendum eſt, eam ſcilicet adeo in cruce extenſam fuiſſe, vt in duas partes fracta ſit, animā ſcilicet & corpus qua fractione vtraque pars à ſe mutuo diuiſa fuit: ac diuinitatis neruus, qui vtramq; combinabat, nunquam diuiſus aut fractus fuit ſed vtriq; firmiter adhæſit.

Producam & aliam: cum miles quiſpiam Alia ſimile gladium vagina educit, vagina quidem & litudo gladius à ſe inuicem ſeparantur, miles tamē vtrumque geſtat, gladium manu, vaginam vero

Pſal. 70.

Pſal. 116.

IV.

Vbi nam diuinitas lateuit interea cō corpus in monumento, anima apud inferos eſſet.

Lib. de incarnatione. v. 11. Egregia militum.

vero ad latus. Ad eundem etiam modum validus ille miles & dux Christus animæ gladium corporis vagina in Passionis certamine, educens, vt inimicos suos prosterneret ac profligaret, alterum quidem ab altero separauit, sed diuitias veluti dux, vtrumque licet à se mutuo diuisum, complectebatur.

Egrediæ quidem hæ similitudines sunt, sed addam & figuram è Leuitico depromptā. Præcepit olim Deus, vt mortuo turturi caput non abscinderetur. Quid hoc mysteriū denotare putamus, Auditores? Aliud nihil, quam casto illo turture Christo Iesu mortuo, caput, id est diuinitatem à reliquo corpore non segregandum.

Figura. Egredia igitur illa diuinitas, duas illas partes, duas extremitates, duas naturas, animam inquam & corpus, hodie coniungens, & noua illis dona nouasque dores impertiens, sepulchro eadem educit, Angelorumq; testimonio se surrexisse declarat. Hodie igitur impletas video figuras, quas sacra nobis Biblia aperit: hodie quoque verum fuisse cōperio, quod tibi accidisse in sacris historijs legimus. Hic enim Auditores, infamis Dalilæ amoribus irretitus cum per regiones Philistinorum erraret, Gazam deuens, ab inimicis obsessus fuit & detentus, sed in inimicorum ludibrium portas vrbis confregit ac secum abstulit: noster autē Sampson Christus, è celo in mundum hunc descendens, quæ vere regio Philistiim est, impuræ Dalilæ, naturæ inquam humanæ, amoribus irretitus, cum sepulchrū intrasset, quod Iudæi militum præsidio & custodia vallauerat, rati illum eidem includere. hodie magna cum inimicorum ignominia & opprobrio, portas eius & repagula cōfregit, ac resurrexit sicut dixit.

Gen. 39. Ioseph falso ab ijs Ægyptiis accusatus, & inique in carcerem coniectus, factus est magister carceris, clauisq; custodiæ gerens, & inde egressus, alios secum eduxit: hodie vero Iesum Christum falso accusatum, & duplici carcere seruatum sepulchro nimirum, & infernali limbo, vtrisque dominari video, eorumque clauos gestare, egrediendoque alios secum educere. Resurrexit igitur sicut dixit.

Tom. 1. Bessai Quadrag.

Nolebat igitur Pater æternus dilectissimum filiū sepulchri ergastulo diutius detineri, sed quamprimum eum eduxit. Referunt Insignes naturalium rerum indagatores, leunculum cōceptus. recens natum tres continuo dies dormire, adeo vt quodammodo videatur mortuus, donec leo pater horrēdo quodā rugitu eum à somno excitet. Leūculus ille de tribulada, Iesus Christus, post passionem triduo quodammodo in terræ visceribus dormierat, sed vbi magnus ille leo Pater æternus auribus eius insonuit, *Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara*: repente excitatus, sepulchro egressus est; quod Angeli annuntiantes mulieribus dixere, *Resurrexit sicut dixit.*

V. O lætum ac iucundum nuntium! ô gloriosam resurrectionem! ô diem plenum gloria, honore, ac vere triumphalem! Hodie te Domine plenum maiestate, victoriis, ac triumpho nobilem intueor. Hodie, ô Cæsar, ô mundi Hercules, morte tua mortem destruxisti. Legimus fortissimum virum Eleazarū, cum elephantū, cui regem insidere putabat, ventri bellæ subiectus, interficeret, seipsū ignoranter interfecisse. Eleazarus hic mortē mihi significare videret, quæ Christū magnū illum elephantū, mundi præsidium, parans interficere, eundē in cruce occidēdo se ipsam nescia occidit. Ita namq; prædixerant Prophetarum vaticinia, *Ero mors tua, ô mors.*

Gen. 32. Iacob tota nocte cum Angelo luctatus, ab eo in femore læsus fuit, victoriam tamen tulit verus noster Iacob, Christus Iesus, cum morte rota passionis nocte ad mortem vsq; luctatus, in femore tandē humanitatis vulnerat⁹ est, sed victor euasit. O quis hic figurarum sese campus aperit? Rex Israel Saul cū à Philistæis; è bello fugiens, premeretur, ait armigero, *Eugina gladium & perime me,* quod vbi ille præstitisset, eodem se gladio interemit. Saul noster Iesus à Iudæis in passione pressus & afflicus, morti præcepit, vt se feriret, simulque occideret (*oblatus enim est quia ipse voluit*) sed eodem statim illa gladio cecidit, suisq; se armis interfecit. Neq; enim præsumebat ei mors manus iniicere, si hic Cæsar, inclinato capite, non permisisset. Et vt Sampson morte inimicos occidit, ita quoque Redemptor in crucis patibulo exspirās,

Bbbb mun-

mundum, diabolū, inimicos suos & nostros iuratissimos, eadem morte inuoluit. Cantemus ergo Domino, gloriose enim magnificatus est: cum nimirum hodie equū & ascēforem, mortem videlicet, & diabolū, proiecit in mare.

Vos vero, animæ, quæ in captiuitate limbi, & purgatorij, ergastuli captiuae detinebamini, quo gaudio exultare par est: quāta iucunditate ad tam iucundū nūtiū affici? cum nimirū iam optata illa dies, tempus illud expectatum aduenit, quo carceribus estis eripiendæ? Quantū autē vestrum gaudium sit oportet, o animæ in hoc adhuc mundo peregrinantes, cum iam tyrannis & crudelis illa potestas, qua miserum in modum oppressæ eratis, sinem accepit? At vbinam tu es, o sacratissima virgo Maria, quid aistan non hodie iure merito que dicere poteris quod olim Iacob viso filio Ioseph, quem velut mortuū luxerat, *sufficit mihi quia filius meus Ioseph uiuit.* Noli amplius, o veri Tobia mater, quæ irremediabilibus filii tui absentia lachrymis desiebas, Caluaria montem gemebunda ac suspirans conscendere, ut filium eminus uenientem videas: nam rediit, *ecce resurrexisti sicut dixit, Mulier ecce filius tuus.*

Gen. 45.

Tob. 26.

Nolite vero eum o Maria, amplius in sepulchro querere, neque enim est hic, nolite eum, o pia anima, quæ Hierosolymis: id est peccatis uestræ orto iam sole gratiæ, diuinarumque inspirationum, pietatis & deuotionis unguento onustæ egressæ estis querere in monumento, non est hic. Nolite eum amplius in præsepio, in deserto, in monte Caluariae, in cruce, aut apud inferos querere, non est ibi; Resurrexit sicut dixit. Quam benedicitis, o Angeli, *non est hic?* non est amplius miser ille & afflicus Iob, in crucem extensus: non est amplius Noe nuditatem in monte Caluariae reuelans: non est amplius ille, quem sanguineo perfusum rore in hortu oliuarum uidistis, aut quem spinis coronatū, cruce grauatū, nudius tertius vrbe egredientem conspexistis. Hem quantum miratus ab illo est paupere? Iā totus pulcher est, iam nouis effulget exuuijs, noua luce coruscet, nouis exultat trophæis, deniq; iam resurrexit, uti prædixerat. O torius sexuatox,

mundi, hominum Angelorumq; Redemptor! o Thefeu, qui feliciter ab inferis remeasti, o monstrorum dõmitor Hercules, qui diabolū, mundum, mortem, aliaq; portenta visu & auditu horrenda superasti: o zelator animarum & amator Deus, qui, ut ijs vitam conferres, mori uoluisti: ut eas in paradiso uoluptatis collocares, ad inferos descendisti: ut eas perfanares, amaram mortis ac passionis cicutam in earum medelam haussisti: ut earū debitis satisfaceres, uendi, tradi, sanguinēq; pretiosum in uadimonium dare, teq; ipsum totum pro ijs exponere uoluisti, qui deniq; quo eas resurgere faceres, prius ipse resurrexisti.

Hac igitur clementissime ac benignissime Domine, ut è peccato ad gratiā, è superbia ad humilitatem, ex auaritia ad libertatem, è libidinum cõno ad castitatem, ex illicito amore mundi, ad amorem tuū: ex dissolutoribus ad collectionem animi, ex inanibus mundi ineptiis ad mentis reformationem, deniq; è luxu & excessu ad moderatam agendi, uiuendique rationem tecum hodie resurgere mereantur. Insignes profecto resurgendi modi. Sed concede gratiam, Domine, ut cū semel per te resuscitate fuerint, ad tui etiam imitationem non amplius deinde moriantur, neu ad deposita peccata, uelut canis ad vomitum, reuertantur: neue imitentur hic elephantos, qui cum semel ad terrā prostrati fuerint, iterum resurgere nequeunt, sed uenatorum funibus facile constringuntur, ita quoque animæ cum semel in peccata inciderint, nulla sese ratione leuare queunt, sed tum prostratis diaboli laqueos & prauæ consuetudinis uincula iniiciunt. Quamobrem Domine mi Redemptor, cum eas a mortuis iam excitasti, concede, ne iterum in mortis periculum inci dāt, sed tuæ & securæ in adiutorio & protectione tua habirent: quo semel hic spiritualiter, è peccato ad gratiam resuscitate, tandem aliquando in generali etiam resurrectione, à morte ad æternam gloriam corporaliter resurgere mereantur.

Egregia miracula

Amen.

FERIA

FERIA II. PASCHATIS.

Partitio.

- I. De humana vita miseria.
- II. De Magistro sese discipulis associante.
- III. De peregrinatione Christi & cuiusq; Christiani.
- IV. De perceptorum malorum obliuione.

Duo ex discipulis ibant ipsa die in castellum, quod erat in spacio stadiorum sexaginta ab Ierusalem, nomine Emaus. Luc. 24.

FIGURA.

Tob. 12. Non prius potuit Tobias tam Pater quam filius, Angelum qui peregrinantis & viatoris habitu assumpto, itineris sese socium ac duce[m] semper gesserat, & cum iisdem frequenter loutus erat, recognoscere: quam confectis iam negotiis, & peracto itinere, eum iam iam abiturus utriusque valediceret, quisnam esset & vnde missus, ipse declararet, isq; stupore perculsis ex oculis euanesceret. Simile quid in Euangelio hodierno intueri videor: cerno namque duos discipulos Ierosolymis in Emaus castellum tendentes, quibus sese Angelus testamenti, Iesus Christus itineris socium præbet: qui, cum eum minime agnoscerent, tandem in fractione panis sese manifestauit, & ex oculis eorum euanesce[n]s, utrumq; stupore defixum reliquit. Insignis historia, & ad audiendum iucunda: sed vt eam pro dignitate exponere valeamus, superne illud lumen, quod tenebras pellit, quod mentis caliginem aufert, animos suggerit, & linguas impeditas dissoluit, sanctissimi inquam Spiritus auxilium, nobis imprimis necessarium est: eius igitur opem imploremus, idque auctoritate, qua apud eum valet plurima, Angelorum regina, qua verbis Angelicis salutabimur, dicentes:

Ave Maria.

Heraclitus Philosophus Heraclitus cum vitæ huius calamitates & miseras, quas indies videbat, secum tacitus reuolueret, eandem toto vitæ tempore deplorauit. Inter fideles vero, Deiq;

cognitionem habentes, Iobum Heraclito similem fuisse, dicere possumus: cum enim vitæ huius breuitatem ille sibi ob oculos poneret, & simul ingentes illas calamitates & ærumnas, quibus tantillo tempore homo dum viuit, obnoxius est (de quibus ait: *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis*) nunquam non lachrymabatur, & plangebat, dicens: *Tædet animam meam vitæ meæ.* Et quem obsecro, Iob, non tæderet viuere, vbi quidquid est, homini aduersatur, eumque destruere contendit, cœli namque influxibus eum suis corrumpunt, elementa continuis præliis impetunt, animalia quoque venenato afflatu eum inficiunt, omnia denique, quæ in hoc mundo sunt, in vicum hominem videntur coniurasse. Infelix igitur ac rer infelix, qui in loco adeo infausto, tam misera tamque ærumnosa vita viuere desiderat: & vere infelices sunt & insensati, stulti hi mundi amatores, qui vitæ fragili & fugaci nimium innituntur, eamque stabilem arbitrantur.

An non stulti & stolidi fuisse videntur Hebræi, dum magna cum inopia, & mille pressis ærumnis in Ægypto viuere, quam terram promissionis lacte & vino manantem, ingredi maluerunt, in qua iucundissime viuere ac quiete vitæ deliciis voluptatibusq; affluentes transigere poterant? maior tamen eorum esse mihi videtur demerita, qui in miseri huius mundi Ægypto infinitis confictati ærumnis, ac plurimis pulsati calamitatibus, degere maluit, quam animo cogitationeque ad felicem illam viuentium regionem, vbi perfecta iucunditas, ac iucunda felicitas ac societas est, aspirare. Quanta igitur vestra est cæcitas, o cosmophilus! nescitis, eheu nescitis, quid hæc vita sit, quæ mala secum trahat, quibus casibus & infortuniis sit obnoxia. Vnde bene mihi scripsisse visus est Seneca:

Vita hominis, inquit, nunquam acciperetur, si De breui sapientibus daretur: quis enim, obsecro, furatus est qui eius sese legibus subiiciat, & scilicet miseriarum hæredem profiteri velit? Quis dic mihi, obsecro, hæredem sese tuum dicere audeat, infelix vita, quis te adire & accipere præsumat, quæ quasi flos egredieris & coteris, & fugis velut umbra? Vita vestra, Auditores,

Bbbb 2 cursui

Vita hæc
cursui so-
lis com-
paratur.

Greg. in Re-
gisl.

cursui solis per similes est: videtur namque lucidum illud astrum non moueri, cum tanto tamen impetu tantaque violentia feratur, ut ad singulos horas quadrantes centum viginti miliarium millia illud conficere doceant Philosophi: id ipsum de vita hac nostra dicere possumus, in statu quidem suo manere videtur, ac loco quiescere, attamen celeritè instar cursoris semper ad finem properat, adeo ut non prius cucurrisse videamur, quam ad sepulchrum iam peruentam fuerit. Hinc bene eam D. Greg. nauiganti simile esse dixit, in namque qui nauem conscenderunt & nauigant, arbores, agros & scopulos moueri, se vero in loco putant quiescere: cum tamen secus id se habere omnes sciant, nauem scilicet semper recedere, cetera vero loco neutiquam moueri. Id ipsum tibi accidit, o homo, qui in mundi huius mari nauigas: omnia moueri existimas, & te immobilem persistere: cum tamen ipse ad mortem citatis quasi equis properes, cetera omnia quæta maneant.

Equidè eam animalculo, quod Ephemèrū appellant, comparauero, quod mane quidem nascitur, vesperi autem occidit, cuius licet vita ultra diem vnum non extendatur, tanta tamen eius in quærendo victu sollicitudo & cura est, quanta coruorum quinque seculis viuentiū. Magna profecto huius insecti stultitia est: at vestra longe maior est, o mundi amatores, qui cum decem aut duodecim tantum annis hic vobis viuendum sit, tantas tamen opes aggeritis, & ita de comætu solliciti estis, quasi mille annis in hac arce viuendum foret. Sed ingens reuera amètia est, tantopere erga fragilem hanc & fugacem vitam affici: eum ipsimet Ethnici hac nobis in re multo sapientiores existierint. Spartiatæ namque toto quidè vitæ tempore lugubribus & atris vestibus induebantur: at cum morti appropinquaret, sumptuosus & regisicis: quo agendi modo satis indicabant, quam amara iis vita foret, quam læta vero & iucunda mors. Eandem pene agendi consuetudinem habuere Thraces, qui infantibus iam recens in lucè editis lamentabantur, & cunas lachrymis perfundebant, quod eos lachrymatum & miseriarum locum ingredi putarent: morientibus vero festiuo cantu & læticia applaudebatur, quod omnibus

Explica-
tur hu-
manæ vitæ
miseria.

hisce grumnis erepti, quietis iam portum intraturi essent. Quin & ipsa nobis animalia vitæ huius arumnas & calamitates quodammodo velle ostendere videntur: egyptus namque egregia illa auis, toto vitæ tempore cantare detrectat: sed vbi fata vocant, vdis coniectus in herbis, iucundissimo cantu aëra permulcet, lætus quodammodo & gaudens hac infelici & lachrymosa vita se liberandum.

Et quoniam cantus mentio incidit, ipsi Hebræi quoque Israëlita, quamdiu in Babylonica captiuitate captiui detinebantur, nunquam cantare canere potuerunt, adeo ut si quado eos Chaldaei ad patrios psalmos decantandos inuiterent, lachrymantes responderent: *Quomodo Psal. 136. cantabimus canticum Domini in terra aliena? At heu, mundus hic multo Babyloniis illis deterior est, nostraque fors longe iniquior forte Hebræorum. Quis igitur in eo ridere, cantare, choreas agere, ineptire, deliciisque indulgere præsumat? Et sane vita hæc nostra vera Babylon est, terra aliena, locus peregrinationis, receptaculum, & colluuius malorum, miseriarum diuersorium, solitudo teretica & tristis, ac perpetuo exilio infamis, denique via & quidem transitus: ita namque eam nuncupare hodiernum Euangel. videtur, in quo non nisi de peregrinis, viatoribusque sermo est, adeo ut & Dominus viatoris personam & habitum induerit. Duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum, &c. Adeamus primo hosce viatores, & videamus quinam sint, ac deinde quid dicant, quos sermones habeant, ad inuicem audiemus.*

Quod ad primum igitur spectat, refert Euangel. duos ex discipulis fuga dilapsos, in Emaus castellum, quod 60. stadiis, vel duobus cum dimidio miliaribus, nostra metèdi ratione ab vrbe aberat, profectos esse, de quibus Messia qui ante dies aliquot cruci affixus erat, sermones habuisse cuius morte & absentia magnopere se affici & affligi demonstrabant. Sperabamus, in quæiebant, nos & rotam gentem nostram à captiuitate & Romanorum tyrannide per eum liberandam, regnumque Israël eius ope restaurandum, sed nulla iam eius rei spes affulget: dixerat adhuc tertio se die à mortuis resurrecturum, & tres iam ecce dies elapsi sunt, & nihil huiusmodi videmus contigisse. Cum hos itaque inter se sermo-

sermone haberent, atque ita fabularentur, ecce derepente Saluator itineris se socium præbet, inque medium eorum se sistit.

Simile.

Et sane quemadmodum post cruentum & diuturnum prælium, quiescentibus iam turbis & armorum strepitu, dux milites huc illucq; dispersos colligit, eosq; de victoria certiores reddit: ita quoq; hodierna die Christum generosum illum ducem agere videmus. Apostoli namq; & discipuli, Christi inquam milites, metu perterriti & consternati, è cruento illo passionis certamine fugerant, & huc atq; illuc dispersi erant; & ecce dux eos hodie effugaretrahit, reuersosque de victoria, de mundo & demonibus relata, certiores facit. Magdalenam namq; errantem querit, tres Marias in urbe redire compellit, hinc Petrum insequitur, & omnibus sese Apostolis in Ierusalem manifestat, eosq; ad castra reducit: illinc vero, duobus discipulis in Emaus tendentibus apparet, quos inertiam & ignauiam arguit, quod duce suo in discrimine relicto, castris se turpiter proripuisse. Sed ante ceteros tibi se manifestum dedit, o SS. Virgo, tibiq; latum resurrectionis nuntium attulit.

Simile.

Nam sicut sol, cum mane oritur, summa montium acumina radiis suis primū ferit, deinde humiles colles irradiat: ita quoque Dominū fecisse compertum est. Virgo Deiparam namq; *mons erat in vertice montium*, vt Isai. ait, vel, vt David canit, *mons pinguis, mons in quo beneplacitū est habitare Deo*. Apostoli vero instar colliū, de quib. scriptum est, *fundamenta eius in montibus sanctis*, i. Apostolis. Sol hic igitur ex altero veniens orbe, radiis se suis magno illi monti Virgini Marię primo, ac deinde cæteris collibus, Apostolis nempe, videndum præbet. Hic vero videmus, vt quos hoscce viatores radiis suis illustret, eosq; ita accendat, vt calore intus estuante ad inuicē dixerint: *Nonne cor nostrū ardens erat in via?* Sole nimirum directe capitibus eorum imminente.

II.

Quinam
in viato-
res sunt?

Quinam vero vos estis o peregrini: vel unde? quo vos appellabo nomine? nescio: vni quidem ex Euangelij textu certū est, nomen fuisse Cleophae, qui quatuor sanctissimorum virorum, trium Apostolorum, Iudæ, nimirum cognomento Thadæi, Simonis & Iacobi Minoris, ac Ioseph vnus è Lxx. discipulis

cognomento Iusti, pater extitit. Alterius autem nomen ignoratur; sed omnes pene Patres vnanimiter tradunt, hunc fuisse Lucam Euangelistam, & Actuum Apostol. scriptorem. Eiusdem namq; opinionis fuit Gregor. Magnus, Nicephorus, Theophylact. in Lucam, & Epiphanius. Solus Hieronymus alteram sententiam tuetur; in prologo enim in Lucam ait, eum Dominum in carne non vidisse, idq; ex verbis ipsius Lucæ se colligere ait: *Sicut tradiderunt nobis hi qui ab initio suis oculis viderunt, & ministri fuerunt sermonis*. Sed nihil inde effici potest aliud, quam Lucam de primis Apostolis non fuisse, sed longo post alios intervallo ceteris accessisse.

Quicquid demum sit, hoc saltem constat, Dominum duobus hisce discipulis socium se habitu viatoris, adiunxisse. Sed cur his te potius Domine quam mulieribus adiungis? in promptu ratio est, quia te nimirum illæ aromatibus & vnguentis pretiosis onustæ quærunt, atque ideo eas fugis, discipuli vero à te fugiunt, & tu eos persequeris.

Exclamat hic Augustinus admirans: *Vere Insignis Domine, maiori semper occurris necessitati, quæ cõceptus.*

admodum enim cor hominis in medio corporis constitutum, magis ad sinistram vergit, & sanguis in eodem habitans corpore, partes eiusdem, eo maxime opus habentes, defendit ac ruetur; vt in subita formidine fieri videmus (partibus namq; exterioribus destitutis, ad cor quasi ad locum, cuius permagni interit; sese recipit, qui si amittatur, de vita penitus actum est: atque hæc causa est pallores, & verecundiæ, quæ in vultu sese interdū manifestat.) Id ipsum hic à Domino fieri videmus: qui relictis aliis discipulis, duobus hisce in primis succurrendum censuit, in maxima scilicet necessitate ac discrimine constitutis. Perdiderunt namq; iam fidem, spes quoque eos deficere incipiebat.

Sed quonam pacto fieri putamus, vt tanto beneficio à Domino afficiatur, vt Christi Iesu consortio societateque digni iudicentur? causam quærimus? in promptu est, quod ad inuicem loquerentur de omnibus quæ ab hinc triduo Hierosolymis cõtigerant, de Passionem videlicet Redemptoris. O sanctæ sermocinationes! o diuina colloquia! de his s.

Cur Do- nobis *in via*, interea dum hic viuimus, & in
minus hi- vite huius curriculo velut viatores ambula-
see disci- mus, loquendum est, si Christum peregrina-
pulis soci- tionis socium habere desideremus.
um se ad- O sancta & salubris passionis memoria!
iuaxerit. quantum tu animabus iustus commodum
afferre, quantum potes prodesse? ad diui-
num quippe amorem nos accendis, humili-
tatem instillas, superbiam suffocas, & delici-
as carnis a nobis expellis.

Insignis
figura.
2. Reg. 11.

Cum David *Vtia* Hebræo, vni dè Principi-
bus suis, dè castris Ieroloyam redeunti per-
suaderet, domum vt secederet, fracta bello
membra lautius nonnihil haberet, genio in-
dulgeret, & vxore vteretur: statim Regi in
hæc verba respondit: *Arca Dei: & Israël, & Lu-
da, habitant in papsionibus, & dominus meus
Ioab, & serus Domini mei super faciem terra ma-
nent, & ego ingrediar domum meam, vt comedā
& bibam, & cubem cum vxore mea.* De te hoc
dictum pura Christiāne: quando te mundus
ad delicias inuitat, teque inescare machina-
tur: quam congrue illi respondere poteris &
apposite, passionem Domini respiciendo.
Quid? Arca Dei, sacra, inquam, Iesu Christi
humanitas, atq; omnis Sanctorum nobilitas,
in desertis Caluariae locis commorantur, tri-
bulationū crucibus affixa: quin & dux meus
Iesus Christus super duram cubat, in duram
scilicet crucem extentus, & tu me ad delicias
inuitas, vt genio indulgeam suades, vt volu-
ptatibus me patiar inescari, vt laborem, qui
mihi subeundus est, quātum possum, decli-
nem? sed parum hoc est conueniens: meræ
sunt nugæ hocce mihi occinere, numquam
enim huiusmodi flagitium committam.

2. Reg. 15.

Simile quid in secundo Regum lego com-
mentario. Cum enim David Rex per deser-
ta, per agros nudus & vds, omniq; destitu-
tus auxilio fugeret, & torrentē tristitia gra-
uatus transiret, omnes eū nobiles & subditi
lachrymis comitabantur, eiusq; casus, quan-
tum poterant, condolere se planctu & lamē-
tis demonstrabant. Ecquis, obsecro, erit Chri-
stianus, verus cœlestis aulæ inquilinus, Chri-
stiq; Domini fidelis Vasallus, qui passionem
Domini cum ruminet, Deiq; Filium tāta hu-
militate, cruentam Iudeorum in caput suum
conspirationem fugientem, & torrentē pas-

sionis transeuntem, perque Caluariae rupes
serpentem contempletur: eum, tristi hoc
spectaculo commotus, oculis lachrymantibus,
corde gemebundo, linguaque querula,
non comiterur: quis inquam, pedem in terra
non figat, non se demittat, aut humiliet?

Quin etiam dè sancta Dominicæ Passionis
recordario validum propugnaculum es, ad-
uersus omnem infernalem proteruiam, salu-
bre aduersus diabolicos incurfus antidotū,
ac singulare ad mundi technas versutiasque
detegendas remedium. In quam rem figuras
vobis adducam. Daniel Propheta sparsis in
fano cineribus technas sacrificulorum, & e-
mentitam Beli diuinitatem detexit. Cineres
hi, cineres sunt Iesu Christi, & memoria pas-
sionis eius, qui statim vt in animarū nostrarū
templo sparguntur, Sathane statim ver-
sutias, carnis blanditias, & vasti idoli, mundi
nimirum, dolos detegunt & reuelant.

Similes propemodum conceptus, sed alterius
tamen generis. Præcepit apud Ezech. *Ezech.*
Deus omnes eos interfici, qui signum Tau
frontibus non præferrent. denotat hoc mys-
terium omnes & singulos, qui signo crucis,
cuius imaginē Tau nota referebat, & passio-
nis insignibus notati, signatique non essent,
frontiq; memoriæ suæ eadē insculpta nō ge-
rerent, in magno vitæ discrimine versari.

✕ O miserum dani, d infelices cosmophili!
non reperitur Christus in medio vestri, nec
se vobis itineris socium adiungit, quia *in via*
vitæ huius, de his q̄ in passionis eius diluio
contigerunt, non disseritis. Non agitis in
hoc itinere de Iesu Nazareno, non loquimini
nisi de mundo, de honoribus, dignitari-
bus, diuitiis. Non ambulat vobiscum Deus, d
inanium rerum indagatores, & nouarum re-
rum scioli, quia non loquimini de iis quæ in
domo Annæ, in qua Christus percussus fuit,
de iis quæ in domo Caiphæ, vbi conspurca-
tus & conspurus, de iis quæ in Palatio Hero-
dis, in quo veste alba delusus: de iis quæ in
prætorio apud Pilatum contigerunt, vbi ad
mortem condemnatus fuit: non sunt sermo-
nes vestri de iis quæ circa crucem peracta
sunt, vt nimirum clavis fuerit cōfixus, aceto
potatus, lancea perforatus, denique vt mor-
tuus fuerit: non sunt nisi de rebus mundi
huius

huius, de iis quæ in aula, quæ Romæ, quæ in Hispania, quæ in alio orbe geruntur.

At si Deum socium habere desideretis, quemadmodum eum duo hi hodie habuerunt, loquimini potius de cælo, de conscientia vestra statu, de supplicis quæ Dominus in cruce pertulit, de tota passionis eius Iliade. Et perpendere hic obiter vos velim, si ob solos Deum sermones, propter aliquot verba huius se tertium adiunxerit: quid facturus sit ob bona opera? si tantam sola verba gratiam promeruerint, quantam ipsa bona opera habitura sperandum est?

Christus hos viatores allo-
cutus est.
Cleophae respõsio.

Allocutus quin etiam eos vltro est: audiamus quid dicat. *Qui sunt hi sermones quos confertis ad invicem, et estis tristes? quo vos & vnde tristitiam quippe vultus præfert. Cui Cleophas, Tu solus peregrinus es in Israel, et hac ignoras? Quid, rideri nos à te puro. Venis Ierosolymis uti nos, & fugis te nihil eorum scire, quæ ibi ab hinc triduo contigerunt? Iam enim tres dies elapsi sunt, ex quo Principes nostri & Pontifices Iesum quendam Nazarenum, qui erat vir potens in opere & sermone cruci ignominiosissime affixum mori coegerunt.*

Vere potens erat in opere: quoniam plurima per Iudæam miracula edidit, leprosos mundavit, paralyticos sanavit, cæcos illuminavit, demones ex hominum corporibus fugavit, mortuos ad vitam revocavit: an non igitur vere potens in opere fuit? at non minus in sermone. *Nunquam enim homo sic locutus est: alter Orpheus fuit: voce namque arbores & rupes attraxit: famosissimas peccatrices ad bonam frugem eadem voce converterit: milites quoque à Principibus Sacerdotum ad se comprehendendum missi, ut eum loquentem audire, ceptis desistentes re infecta, ad suos reversi sunt sancte asseruantes, nullum unquam hominem ita sese loquentem audivisse: alii quoque milites in hosto Olivæ statim ut vocem eius audire, licet armati & spirantes minarum, supini in terram considerunt. O magnum oratorẽ, o linguæ fulmina! an non igitur potens in sermone fuit, cum ad vocem mare & venti quieverint, illiusque imperio obsecundarint, cum eadem Lazarus quatrivanus tumulo prodierit, Doctores synagoga in templo stu-*

Matt. 14.
Joan. 11.
Luc. 2.

porẽ defixi steterint, ad eandem denique tot peccatores & peccatrices à prava vita contumacitate ad proprietatem redierint? Nostri tamen Pontifices magnum hunc Prophetam cruci affixerunt. *Et tu solus peregrinus es in Israel, et hac ignoras?*

Quam verus vates existis o Cleophae & tamen iocando verum dicere te nescis: *ipse enim vere solus peregrinus est, qui in mundi huius exilium cælo pulsus, propter flagitia nostra hanc peregrinationem peregit: unde de seipso apud Euangelistam testatus est, Vos de deo sum estis, ego deo uerus. Vere, vere inq. peregrinus fuisti Domine: ab omni enim æternitate, præuiso iam Adæ peccato, votum feceras, præsepe te Bethleemiticum, montem Caluarie, ac sanctum sepulchrum, quod Hierosolymis est visitaturum. Inaudierat id quoque David rex cum diceret: Votum vobis Deo accob: perinde ac si dicere voluisset: votum fecit Verbũ illud Dei, Patri suo æterno, profectio- nem quandam se iam olim in hunc mundum instituturum. Hem quæ peregrinatio! tringenta tres & quot excurrit annos in eadem facienda insumpsit, feruilemque habitum induit, formam terui accipias, & viator factus est.*

O quantum interea cucurrit, quas non regiones, quæ non loca peragravit? Douenit primo ad præsepe Bethleemiticum: inde in Ægyptum, transit, septemque annos in hoc iter impendit: tum desertum & intimam solitudinem petiit, & quadraginta dierum spacio eam perlustravit. Quantam hic pietatẽ, quantum feruorem declaravit? At nondum hic quieuit, sed & alia lustrare voluit: Caluarie quin etiam montem conscendit, inde crucem, ac denique sepulchrum ipsum visitavit. Hem quantas in eũdo molestias sustinuit, quãtos labores exantlavit, quantum sudavit, & alit, quas non passus est arũnas: Hauri id ex D. Gregorio Papa, qui Christi iter relegit dicit: *Vultus fratres charissimi, sp̃s eius saltem agnosceret de cælo venit in viatorũ, de vltimo venit in præsepe, de præsepe venit in crucem, de cruce venit in sepulchrum, de sepulchro rediit in cœlum.*

Soluti iam votum Domine, omnium peregrinorum princeps, peractum iam est iter, peregrinatio tua iam sine accepit, nullus in orbe iam locus restat quæ adire posses: oĩa ob-

Christus
verus pe-
reginus
in hoc
mundo
extitit.
Joan. 7.

Psal. 137.

Christus
difficile i-
ter ingres-
sus est, &
longum.

Homil. 191
de ascensio-
ne.

ambu-

ambulasti, & percurristi, iam tempus est, vt quietem capias. Erro, erro auditores, nondū vult quiescere, nam & limbum adire est animus, visitare purgatoriū, & ad inferos vsque descendere; atq; hoc est iter de quo lo-

Hiere. 10.

quebatur vaticinans Hieremias: *Dimisi domum meā, reliqui hereditatem meam.* Infinita nobis hoc itinere merita, sibi vero immensā corporis gloriam, & aternā nominis exaltationem cōparauit. Sed quid est Cleopha, q̄

...

Hebr. 13.

solus peregrinus dixeris, an non & nos omnes peregrini in hoc mūdo sumus? ita profecto;

Psal. 38.

testem huiusce rei habeo Apostolum Paulū qui ait: *Non habemus hic ciuitatem permanentē, sed futuram inquirimus.* Præuiderat id etiā vates regius, *Aduena ego sum & peregrinus, sicut omnes patres mei.* Primus qui vrbes extruere cōpit, fuit Cain, atq; ideo fortasse cōlo

Apoc. 8.

exeidit: hinc S. Euangelista Ioan. in reuelationib. ait, audiuisse se Angelū clamantem, *Vasa habitantibus in terra:* ē quo efficitur, mundū hunc inferiorem non esse nisi exilii & ærurnatū locū. Atq; hoc ipsum de eo iudicium fuit Philosophi Anaxagoræ licet gētilis, & veri numinis ignati. Refert namque

Laertius.

Laertius, hunc, cum æmuli ei, ppter facultates & opes actionem intentassent, omnium potius iacturam facere maluisse, q̄ iudicio ius suū prosequi, ac sese coram iudicib. defendere: cumq; cū amici & noti fatuū dicerēt, quod sua se negligentia omnib. iis bonis & possessionibus, quas maiores tāto sudore ac labore sibi peperissent, orbari sineret, digitos eum ait in cœlum sustollentem respōdisse: *Illā patria mea est, illā hereditas mea est, illam ego curo, non ea quæ super terram: nā mundus hic instar exilij est, locus quidam miseriarum ac lacrymarum occasio.* O præclaram hominis Ethnici sententiam! ō virum Christiano dignum nomine.

Præclara
Anaxago-
ræ senten-
tia.

Verum vt ad propositā materiam redeamus; Cleophas cum hæc Christo dixisset, & lachrymis oculos oppletos haberet, tristitiaque animū eius occupasset, statim Christus subintulit, *Et quæ? quid accidit Ierosolymis?* dic, quæso quidnam ibi cōtigerit, redde me certiozem. Quid? anne tu illa oblitus es, an ignoras ipse, qui eadem in corpore pertulisti, & de quo totus orbis loquitur: Quid hoc

Christus
post resur-
rectionē
priorum

est? an nō meministi crudelis passionis, anne dolorum oblitus es clauorum, spinarum, flagellorum, oblitus sudoris illius sanguinei? Eheu Domine, vix est. tres elapsi sunt dies, cum in monte Oliuæ paueres & æderes, cū tot in monte Caluarie supplicia perferres, & hodie ecce rogas, quæ quali hæc omnia in ventos & auras abiissent.

Fuit, fuit, Auditores, ardēs illa charitas, & ingēs illud amoris incendium, quod omnes priores dolores præteritaq; supplicia penitus excoquebat: charitas inq; de qua vaticinatus Salomon dicebat, ærurnatū vitæ huius aquas, & flumina dolorum quos in passione sustinuit, charitatē hanc extinguere nequāq; poruisse! quam ingens illa fuit charitas! Et sane si tota elementi ignis sphaera, sp̄ elunca aliqua hoc in mundo posset includi, non est profecto dubiū, quin ipse omni semper ratione erumpere gestiens, libertatemq; affectans, omnia repagula, cōcludi indignatus, in mille partes dirumpere. Cum igitur vniuersa diuinitas, quæ amor est & ignis quidā infinitus, humanitatis nostræ ergastulis, licet volūtate inclusa fuerit; numq̄ quiescere potuit, donec corpus hoc suum in cruce dirumpens, lacerans, ac quodāmodo in frusta cōminuens, mille nobis amoris signa & argumēta charitatis inmensæ ad oculum demonstraret. Videte quales calores, quales ardores in ipso fuerint; adeo vt omnium aliorū, quos in passione pertulit, non amplius iam reminiscatur.

Ingenis
cōceptus

Ingenis
Christi
charitas

Et quoniam de ardoribus incidit mentio, certum est solem, quo magis capitibus nostris imminet, nobisq; fit vicinior, eo quoq; maiorem ardorē edere, & splendidiorē fieri. Idem in sole oculorum nostrorū Christo Iesu vidimus contigisse: quo enim altius in cruce fuit exaltatus, quo & mæorem eharitatem, & dilectionē vehementiorē monstrauit. Nam quemadmodum motus violenti & naturales in eo differunt, quod violentis rapidus sit & vehemēs in principio, sed ad finē vrgens paulatim deficiat, & tandem ē penitus quiescat: naturalis autem initio sit lentior, sed quanto magis mouetur, & vterius procedit, tanto fit maior ac vehemētor. Ita quoq; amor, quo nos in Deū ferimur, aliud non est quā motus quidam animæ in Deum, qui

Ingenis
cōceptus

qui peccato iam commisso quodammodo coactus est, & instar morus violenti, hinc fit ut in principio penitus ferueat, sed sensim tepidior fiat, ac tandem et penitus frigeat. Sed amor quidam naturalis est, quo procedit ulterius, eo fit & maior, maioremque charitatem demonstrat: quem hodierna die ita videmus excreuisse, ut crucis, clavorum, passionisque quam nostri causa pertulit, penitus oblitus, peccat quidnam hæc et sint, quasi eadem ignoret.

IV. *Quæ?* inquit, Charitas quippe illa adeo eum incedit, inebriat, adeoque demerit, ut omnium præteritorum suppliciorum oblitus & omnem eorum memoriam exuisse videatur. Accedit adhuc et ipsa resurrectionis gloria, quæ omnem ei memoriam, quos pertulit cruciatuum, adimit.

Resurrectionis status, Christiani, ut cum semel eisdem nos compotes reddi contrigerit, omnium laborum molestiarumque hic olim toleratarum memoria nobis penitus excidat, & omnia licet grauissima fuerint profus nihil & ludicrum quid fuisse videantur. Docuit hoc gentium Doctor Paulus dicens: *Nō sunt condigna passiones huius temporis, ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis:* adeo ut quidquid hic nos

pati contigerit, vel quæcunque hoc in mundo molestia acciderit, eius respectu ludicrum quid & leue nobis videre debeat, imo ne attendi quidem vel pensari mereatur.

Et sane si cui nostrum contingeret, alicui sanctorum iam cœlestibus gaudijs persuentium loqui, & petere ab iis daretur: quid ipsis de suppliciis, doloribus, martyriisque, quæ in hoc mundo sustinuerunt, videretur; eodem profus modo, quo hic Christus, eos responsuros putandum est, *quæ?* Quid? an non recordaris gloriose Apost. Bartholomæe, fuisse tibi viuo olim hic pellem detractam; non recordaris Stephane, lapidibus te obrutum à Iudæis; nec te Laurenti craticulæ superimpositum, lento igne, ut holocaustum Deo gratum fieres, assatum esse; non meministi amplius Petre crucis, cui affixus expirasti; quid dicis de mucrone tuo Paule, quo tibi venerandum illud maiestate caput, præcisum fuit? *Et quæ?* inquit, de qua re loquimini, quas nobis narratis fabulas? anne aliquid in hoc mundo vobis visum sum sustinuisse; nihil est hoc Christiani, dicet, ni-

Tom. 1. Bessai Quadrages.

hil est, non fuere flagella, sed ferula, non rotæ sed rosæ, non lora sed flores, non equulei sed delitiæ. E contrario vero, tanta damnatorum infelicitas & calamitas est, ut omnium priorum voluptatum deliciarumque, quas in hoc mundo habuere, nullam iam profus memoriam habeant, sed nihil illis hæc omnia fuisse, imo ne fuisse quidem videantur. An non verum me dicere testaberis tu Cæsar, & tu Alexander, nullam sc. vobis honorum, dignitatum, regnorum, coronarum, sceptrorum amplius memoriam restare? Non recordamini fuisse vos aliquando reges potentissimos, monarchas orbis diuitiis affluentissimos? *Et quæ?* respondunt: *quid profuit nobis superbia, diuitiarum iactantia quid contulit nobis: Transierunt omnia velut umbra.* Luc. 16.

Diues ille Epulo cum apud inferos sepultus Abrahamam patrem inuocaret, sui ut misereretur: respondit Abrahamam e summo cœlo, *Recordare fili, quia recepisti bonam vitam tuam: non recordabatur, ecce priorum deliciarum, aut præteritorum cõiuuiorum.* Sed venit mihi, quoad hanc rerum priorum obliuionem, insignis cuiusdam figura in mentem. Cum septem anni in Ægypto transissent, septem alii sterilitatis aduenerunt adeo quidem vehementes ac duri, ut eorum præsens memoria & experientia, priorum annorum abundantiam mortales obliuisci cogeret. Heu! anni illi æterni famis qua damnati quietem, gloriam & gratiam effugiunt, quæque semper apud inferos duratura est, adeo horrendi & pertimescendi sunt, ut omnem præteritarum voluptatum, quæ in hoc mundo fuere, interea dum anni abundantiam durarunt, deliciisque vita affluxit, memoriam e mentibus auferant.

Et quæ? expedi Cleopha, temporis nos premit angustia, & Dominus tibi ait, dolorum se non meminisse: quid igitur subest? *De Iesu Nazareno qui erat v. r. potens &c.* Adiungit deinde: *Nos sperabamus: o modice fidei omnis tua spes concidit: misera cymbula, quanto modo in discrimine versaris? fidei tuæ malus contractus est, & spei anchora amissa. Vn inquit: neque enim amplius in eo diuinitatem agnoscunt, an nescitis, o discipuli, hunc Deum simul & hominem esse? Potens namque est opere, ut Deus: & potens sermone sicut homo: duobus quoque gladiis instructus, virtute &*

doctrina

Christus doctina: quoad virtutem potens est quoad
foli & tor- doctrinam eloquens. Sol lumen & simul ca-
mento lore habet: tormentū bellicum, quod non
bellico nisi puluerem nitreum in se habet, & globo
oparatur. non est suffertum, mugitum quidem & bo-
atum edit, sed nihil effringit aut diruit, at Ie-
sus Christus bomba erat quæ & effringe-
bat, & simul sonitū edebat: Sol erat qui ver-
bis illuminabat, & operibus calefaciebat.

Inanis Lu-
theri ac
Caluini
spes.

Nos sperabamus Valeat iam spes nostra, quæ
concidit, sperabamus per eum à Romanorū
nos imperio liberandos, & eorum iugo cri-
piēdos: vti Moyses seruitute Ægyptiaca Pa-
tres nostros liberavit. O insensati discipuli,
nondū præterire tempora, adhuc hora est,
fumite animos, nolite animo concidere. An
de vobis, ô Luthere & Caluine, perfidis in-
quam peregrinis dicam, quod de duob. his-
ce discipulis dicitur: toties namq; vos audi-
uimus dicentes, Ecclesia nostra Ierusalem
egrediendo, vt in Emaus Genevæ aut Wit-
tenbergæ secederetis: *Nos sperabamus*. Spera-
batis scilicet, post bellum Pontifici Roma-
no illarum, post oppugnatum purgatoriū,
post effusum sacerdotum sanguinem, post
diruta templa, Ecclesiam ipsam vos eueifur-
ros: sed spes vestra eodem tempore quo ex-
orta est, cōcidit. Laetauerat Lutherus secūdo
rebellionis & dominationis suæ anno, se, si
ad tres vel quatuor adhuc annos vita ei pro-
longaretur, omnem Papatum destructurū,
atq; euersurum, & tamen viginti quatuor, &
quot excurrit, annis, libere dominatus est,
nihil tamen vnquam huiusmodi præstitit,
aut factum vidit.

O stulti & tardi corde ad credendum! Quan-
ta vestra infania est, Luthere & Caluine, in
solidā illam Ecclesiæ petrā insensatum caput
velle impingere? quanta vestra amētia est ô
hæretici, sumptis armis ira veritati bellū mo-
uere, Deoq; quæ potestis ratione resistere?
Vos vero miselli discipuli, q̄ stulti & tardi
ad credendū estis: quid? nunquāne Prophe-
tas & veteres scripturas legistis? nunquāne
audiuistis, Messia ad Ionæ imitationē, triduo
in viscerib. terræ, & ille in alio ceti, permā-
surum, & tum demū resumpto corpore lu-
men solis conspiciendum? An non eum dicē-
tem audiuistis, quod templum hoc destrue-

ret, & post triduum aliud reedificaret, atq;
hoc de corpore suo intelligi voluit. O igitur
Stulti & tardi corde ad credendum.

Et sane stulti sumus, Domine, & fatui qui
te relicto mundū sequimur, qui solem fugi-
entes in tenebris viuere malimus, paradiso
exulare vt tartarū ingrediamur, qui cœlum
veram patriam nostrā negligimus, vt in hoc
mundo, qui locus peregrinationis est, habi-
tare & sedē figere valeamus. Ecquæ maior
in hoc mundo dementia inueniri potest: *Stul-
torum infinitus est numerus*, id est peccatorum
ait Sapiens. Et bene quidē: quot n. sunt pec-
catores, qui relicta gratia Domini, peccatū
vltro amplectuntur quique tibi bellum mo-
uent, quo diabolo seruiant: tot et fatuos, tot
phreneticos, tot demētes esse dicendum est.
Sed accedit ad hanc dementia Domine duri-
tia quadam grandis, & stupida ad scripturis
credēdum tarditas: toties quippe ad mone-
mur, toties nobis cōcionatores ingemināt,
esse sc. infinitam quandā gloriam paratā ijs,
qui fidele tibi hic obsequium exhibebunt,
æterna vero supplicia ijs qui te mortali ali-
quo delicto offendent: & tamen credere vix
possumus: aut si credimus, vix in animum
demittimus, aut parum curamus. Quapro-
pter Domine, qui hodie duobus hisce disci-
pulis peregrinantib. oculos aperuisti, te sup-
plices oblectamus, vt oculos nobis idē pro-
lus iter ingressis aperias, vt sc. Scripturas sa-
cras intelligendo, tuasq; semper iudicia ante
oculos habendo, è stultis sapientes effecti,
confecto longo vitæ huius itinere ac pere-
grinatione, feliciter ad patriam cœlestem
peruenire valeamus. Amen.

FERIA III. POST PASCHA.

Partitio.

I. De caelo laboribus obtinendo.

II. De stante in medio.

III. De imprecante pacem.

IV. De voce Ego sum.

Stetit Iesus in medio discipulorum suorum &
dixit eis, Pax vobis Luc. vltimo.

FIGV.

FIGURA.

Cum Angelus Raphael Tobiaz patri & filio sese manifestaret, suamque conditionem aperiret, esse se nimirum e septem illis spiritualibus, qui semper ante diuinam maiestatis oculos consistant: adeo ambo consternati & perterriti fuere, ut praeter metu & reuerentia in terram proni ceciderint: quibus statim Angelus ait: *Ego sum, nolite timere.* Hodie vero in praesenti Euangelio intueor, ut ipse omnium Angelorum rege, Domino Christo Iesu, Apostolis, quo cum velut verum Dei Filium totiusque orbis Dominum agnoscerent, sese manifestante, omnes ita percussi & pauore concussi fuerint, ut rati sese spiritum videre, in terram prolapsi sint: quibus deinde Christus, ut illos confirmaret, animamque adderet, statim ait: *Pax vobis, ego sum, nolite timere.* Egregia profecto hic vtriusque est historiae concordia, & concors per omnia harmonia figuraque figurato quam optime respondens: quam ut latius deducere possimus Spiritum Paraclitum velut directorem, & gloriosam Virginem ut patronam inuocemus, dicamus igitur:

AVE MARIA.

Q. Cicero de petitione consulatus. Magnus ille & nobilis Orator, Oratorumque omnium princeps Tullius, cum Romae consulatum ambiret, frater eius Q. Cicero, homo in rebus gerendis prudentissimus, & in negotiis Reipubl. optime versatus, cognito Marcum ad Consulatum aspirare, his eum verbis admonendum censuit: *Attende tibi frater, peregrinus es, Roma est, Consulatum petis.* Quasi diceret, Vide quid agas, atque in omnem partem circumspecte, quibus cogita: ex Arpinate municipio progenitus es, peregrinus es, & non Romanus. Romae quoque consularum ambis, in Vrbe omnium vrbium regina, totius orbis vertice: Consulatum, inquam, quo nulla Romae dignitas eminentior, nulla maior haberi potest: non ambis Quaesturam, non tribunatum, non munus Aedilicium, sed ipsum omnium magistratum summum. Quamobrem attende tibi frater. Quod Quintus Marco fratri de Romano consularu dicebat, mihi hodie fra-

tiri meo Christiano de beatitudine aeterna liceat dicere: *Attende tibi Christiane,* qui beatitudinem ambis, *Peregrinus es, caelum est, beatitudinem petis,* Peregrinus inquam exul, profugus, miser peccator, creatura vilissima. *Caelum est,* domicilium scilicet Angelorum, Seraphinorum palatium, beatorum omnium aula, quam nihil coinquatum ingreditur. Deinde *beatitudinem petis,* qua nihil aut maius, aut excellentius & praestantius dici aut cogitatione comprehendi queat, quoniam tibi igitur pacto laborandum est, quomodo sudandum, eam ut promerearis? qua in re optime consentire mecum visus est Paulus, dicens: *Nemo corozabitur nisi qui legitime certauerit;* quoniam praemium hoc, ut omnia comprehendam paucis, bonis operibus vincitur ac paratur.

Prodit Plutarchus, Romulo extincto populum Rom. dubium & anxium fuisse, quippe qui nesciret, utrum violenta manu esset discerptus, vel alio quopiam diuiniore motus genere exspirasset. Cum itaque omnium animi fluctuarent, prodiit subito in forum Eques, qui fidem fecit, visum a se Romulum affirmans, augustiore forma quam fuisset, & armatum ad caelos sublatum, ac mandasse, ut se pro numine haberent. Equidem haud credo, sed commento hoc, etiam apud Ethnicos denotari putem caelum armis acquiri: cui succinit & apud Euangelistam Dominus, dicens: *Regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.*

Vnde bene mihi vetus quidam Poeta cecinisse visus est, *Vendunt Dei laboribus omnia mortalibus,* sed caelestem imprimis beatitudinem: cuiusce rei sexcentas adducere figuras possem. Dauid namque rex, prius quam Saulis filiam in uxorem acciperet, in praedium debuit descendere, colossam illum Gigantem prosternere, centumque eam sibi praepuriis gentilium redimere; quo docemur, prius nobis esse decerrandum, Goliath mundi huius debellandum, vitiorumque Philistaeos profligandos quam Regis filiam, beatitudinem inquam caelestem, promereamur. Iacob ante quam pulchram Rachel omnium Mesopotamiae filiarum pulcherrimam duceret, libertatem suam oppignorare, & alteri se

Plutarch. in Romulo.

2. Timothei

Hesiodus in Theogonia.

1. Reg 2.

Gen 29.

subiicere debuit, ac septem prius annis Labano seruire, quam eam in sponsam acciperet: docet nos hæc historia, prius quam cœlestem illam Rachel nobis despondeamus, libertatem esse nobis amittendam, voluntatem proprie abnegandam, magno illi Laban seruiendum, idque non septennio, sed toto vitæ tempore, obsequiis denique eam vincendam esse & acquirendam.

Gen. 40.

Ecce aliam paulo recentiore. Ioseph longè priusquam ad Ægypti coronam pertingeret, vesteque regia indueretur: venditus fuit à fratribus, falso accusatus, inique in carcerem detrusus: atque hisce similibusque gradibus viam sibi ad honores dignitatesque parauit. Præfagium hoc est, Auditores, longe prius nobis tribulationes & ærumnas tolerandas, quam beatitudinis cœlestis compotes reddi valeamus: easque esse veluti gradus quosdam, quibus ad gloriam peruenerimus: testati hoc nobis sunt Apostoli dicentes: *Per multas tribulationes oportet introire in regnum cœlorum*: iter nempe ad cœlos tribulationibus & afflictionibus, veluti lapidibus quadratis, constratum est.

Omnes sancti per multas tribulationes cœlū ingressi sunt.

Psal. 66.

Dicite vero nobis, gloriosi Martyres, vos inquam, qui modo cœlesti beatitudine perfrumini, quibus ad eam gradibus ascenderitis, quibus ad eam itineribus perueneritis? Audire illos videor dicentes: *Transimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium*. an non hinc tribulationes designari videntur? nullus eorum profecto eo conscendit, nisi hisce gradibus, hi per craticulam, illi per ignem, alij per cruces, alij per rotas & equuleos, omnes denique quotquot illic sunt, per tribulationes, ærumnas, afflictiones, & molestias. Audēbone dicere quid amplius? tremo profecto & exalbesco, tacere latius esset: dicam tamen, Christum, nisi passus fuisset numquam ad gloriam peruenturum fuisse:

Luc. 24.

Christus in gloriam suam intravit per tribulationes.

Oportebat nimirum Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Perpendite quæso verbum hoc *Oportebat*, necesse nempe erat Christum pati, ut in gloriam intraret suam: ut intraret in propria, mori debuit: quoniam igitur pacto nobis hic laborandum est, ut in alienam intremus, ut eius nos hæreditatis cōpotes reddamur, quæ ad alium spectat: nobis

inquam, qui nullum ad eam ius prætere posse possumus. Atque hoc in præsentī Euangelio dicitur, in cuius initio hæc verba: *Stetit Iesus in medio discipulorum suorum* explicabo. Primo igitur loco ingressum eius in cubiculum describam, & ut Apostolos salutauerit: deinde ut eo viso fuerint consternati & percussī, ac mox recreati.

Quod ad primum igitur spectat, Christus postquam quater sese iam manifestasset, iterum omnibus Apostolis vnū in locum congregatis, apparere voluit, ut videlicet eos non nimis iam diu versabantur, & dolore ac lachrymis ob amissum Dominum conficebantur. Ingressus igitur cubiculum, hoc eos modo salutauit, *Pax vobis*, Apostoli mei, non est iam amplius de passionibus loquendum, cessent lachrymæ, iam stetus finem accipiat: nolite iam diutius de mea resurrectione dubitare, *Ego sum*, ne vero existimetis vos spiritum aut spectrum videre, *Palpate & videte*: Dominus & cum hæc diceret: ait eum Euangelista stetitisse *stetit*, quam apposite autem hoc in loco verbum *stetit* vsurpauit: quam hoc ipsum efficax est ad resurrectionem eius insinuandā? rectum nam antequam Dominus resurrexisset, semper per eum Euangelistæ aut iacentem, aut reclinatum, vel defatigatum, sedentem, vel sub ante eam peccatorum nostrorum onere prostratum semper descriperunt.

Vidimus eum namque olim in præsepio reclinatum, vidi eum ego nuper laboribus exhaustum ad puteum sedentem: *sedebat defatigatus ex itinere*. Petrus, Ioannes, & Iacobus eum in circuitum, & in terram prostratum in Oliueti monte aspexerunt. Tota Ierosolymitana ciuitas eum defatigatum, sub onere crucis ingemiscentem, & ad terram præ vitium imbecillitate nonnunquam cidentem vidit. Totus denique orbis in cruce eum caput demittentem, ac terram respicientem, quippe qui sub tam immenso & graui peccatorum, quod ei imminebat, onere, erectum id & in altum librarum sustollere non poterat: quodque eum tandem ita grauauit, ut sub onere expiraret. Sed hodie, graui illo liberatus pondere, stetit rectus in medio discipulorum, & ceruices in altum erexit.

Proh infelix ac detestandum peccatum, Peccatantane

tantane tua est grauitas, tantumne tibi pondus inest, vt inhnitam illam potentiam incuruari facias, Deumque mori cogas: quamobrem peccatores hoc fixum indubitatumque statuamus, quamdiu grauem hanc molem humeris gestamus, quamdiu onus hoc nobis impendet, numquam nos caput in altum posse sustollere, sed illud semper inclinatum gestare, ac veluti lobos in victorum nostrorum sterquilinio extensos esse. Et quemadmodum miser ille qui Ierosolymis in Iericho descendens, e gratia videlicet in peccatum, incidit in latrones (qui vulneribus impositis, atque eo semiuuio relicto abierunt). Iurgere e terra non potuit, nisi a Samaritano in equum sublatus esset: ita quoque Iesus Christus non prius erectus incedere potuit, aut in altum caput erigere, quam graue peccatorum onus abiecit: quo abiecto, refert Euangelista eum in medio discipulorum stesisse. Adhuc S. Ioannes, cum sanctorum numerum Deum laudantium in Apocalypsi describeret, stantes eos describit: *Vius turbam magnam quam annumerare nemo poterat, ex omnibus tribubus & linguis, stantes ante thronum Dei: vt nimirum felicem eorum & stabilem beatitudinis statum declararet, in qua caelestes illi spiritus nunquam fatigantur, tadio afficiuntur, saturantur, sed semper erecti sunt, semper stant, & diuinam illam essentiam, maiestatemque Dei perpetuo sine vilo tadio contemplantur. Iam a sex & quor excurrit annorum millibus, Angeli steterunt, & nullo ad sedendum tadio trahuntur, nec minimu de sedendo verbum faciunt. Quantam igitur nobis, o felix status, o beatitudo exoptanda, felicitatem paris, cum per te factum sit, vt Saluator noster in medio discipulorum steterit.*

Quid in medio significet. Deinde illud, *in medio*, nescio quam beatitudinem & felicitatem includit. Aristoteles namque imprimis virtutem in medio collocat, & eam in mediocritate sitam ait: extrema namque ipsa sunt vitia, & virtus medium occupat: atque ita liberalitas inter auaritiam & profusionem constituta est. Sol quoque in medio omnium Planetarum, veluti Rex in medio Principum, a Deo conditus est: video quoque terram aërem inter & terrae globum

librari: cor medium in homine locum occupat: arbor vitae in medio Paradisi terrestri plantata erat: Crux Christi in meditullio terrae fixa: quod me Dauid vates docuit: *Operatus est salutem in medio terra.* Quin & longe amplius exaltabo te o medium: nam Verbum illud Patris medium inter Sacratissimae Trinitatis personas locum occupat: *Christus* 1. Tim. 2. quoque: *mediator est Dei & hominum*, ait Paulus. Quid amplius? maxima quoque fidei nostrae mysteria medium locum occupant: Incarnatio in duabus naturis, Christi Natiuitas inter duo animalia peracta est: in quo mihi Abacuc Propheta prauiuit, dicens: *In medio duorum animalium cognosce via.* Transfiguratio inter duos Prophetas contigit, Eliam & Moysem: Christus quoque in medio latronum quodam passus est, resurrexit quoque inter noctem & constitutum diem, quod vates Regius declarat: *Exurgam ta lunt. diluculo, id est, ad auroram: quae & dies & nox* Psa. 107. dici potest. Vere igitur nescio quid diuinum denotare mihi videris, o medium! Saluator namque meus Christus Iesus te iam anno aetatis duodecimo dilexit, quando in medio doctorum in templo repertus fuit: heri quoque in medio duorum in Emaus euntium visus est, atque hodie in medio discipulorum stetit. Sed videamus quid in eorum medio positus agat, quid dicat? audio eum dicentem: *Pax vobis, ego sum: nolite timere, palpate & videte.* Perinde ac si dixisset, Timuistis quidem cum in nauicula constituti tempestate iactabamini: timuistis & consternati estis in Oliuarum horto, in passione etiam mea perterriti huc & illuc dispersi estis: sed iam quiescite, securi estote de resurrectione mea, de potentia mea nolite dubitare: sed firmiter iam credite, me verum Messiam esse in lege promissum. An non toties verbis dixi, & ante me ipsi Propheta, tertia me die resurrecturum? *Ego sum*, respicite me, me inquam & non alium, nolite putare spectrum aliquod esse, vel illusionem diabolicam: videte manus meas, & eas oculis vestris propius inspicite: *Palpate & videte.*

Pax vobis. Tu igitur, o sancta & diuina pax donante Deo, in corda nostra descendis, & donum sancti Spiritus es: tanti olim te veteres Philosophi, inter quos Parmenides & Hesi-

Pax & amicitia omnium rerum effectrices.

Hesiodus, fecere, vt pacem & amicitiam omnium rerum cicatrices esse dicere non sint veriri, & per vtramque omnia, quæ in rerum natura existunt, subsistere. Nouistis, crediderim, Antiquarij, Romanos pacem vt deam coluisse, templumque ei, haud procul à Capitolio extruxisse: Christus quoq; tanto hodie pacem honore prosequitur, vt primo quo Apostolos affatur verbo, pacem nominarit, *Pax vobis.*

Prædixerant hoc Prophetæ, & diu ante mortales docuerant, Messia in mundum veniente, pacem vbique terrarum promulgandam: atque adeo inter cæteros, quos Messiae Iſaias tribuit honorum titulos, *Princeps pacis* appellatur. Et sane, vix in mundum natus erat, quin statim gloriosus Angelorum exercitus pacem mundo annuntiavit: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntati.*

Iſai. 9.

Luc. 2.

Ioan. 10.

Pſal. 49.

In Messiae aduentu pax mundo affulſit.

Dan. 7.

Natus quippe pacem attulit, moriens eandem suis delegauit: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis;* vnanimis in pace viuere. Hodie quoque iterum post resurrectionem Apostolis apprensus, ait: *Pax vobis;* perinde ac si diceret: *Pacem meam nascens pollicitus sum, & hocce promissum moriens sanguine meo signaui: resuscitatus quoq; id ipsum confirmo & ratum facio: Pax vobis.*

Dauid spiritu Prophetico omnia hæc præfagiens, omnes omnino mortales ad mirabilia hæc spectanda inuitat, dicens: *Venite & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram auferens bella vsque ad finem terra: arcum conteret & confringet arma, & scuta comburet igni,* adeo vt armorum memoriam penitus velit aboleri, & de sola pace sermones haberi.

Egregiam nobis in hanc rem figuram Daniel dabit. Vidit ille olim quatuor animalia rabida & truculenta (quibus quatuor quæ in orbe fuerunt, Monarchias designari putamus, Assyriorum, Persarum, Græcorum, Romanorum) à filio hominis debellari, & pedibus eius prosterni. Denotabat hoc, Messia in mundum veniente, & humanam Deo affumante naturam, omnia mundi Imperia, armorum eius vi expugnanda, ac solam Christi Monarchiam pace perfruituram, & caput altius cæteris elaturam.

Tempore miserandi illius diluuij, vnde Gen. 7. maris omnia mundi palatia, locaq; eminentiora demolitæ sunt, sola autem Arca Noë incolumis aquis supernatauit: designari hic puto bellorum diluuiio omnes orbis Monarchias esse euertendas & pessumdandas, ac solum Christi Iesu regnum perpetua pace fruiturum, Ecclesiam nempe, verum inquam, regnum eius, cuius Rex, Princeps ac Dominus Christus est, & cuius fines & termini ipsa pax: ita namq; cecinit vates regius Dauid: *Lauda Ierusalem Dominum, lauda Deum Pſal. 148. tuum Sion, tu inquam Ecclesia: & quare o Prophetæ: quia confortauit seras portarum tuarum, & posuit fines tuos pacem,* quia portas Iani clausit, bella sopiuit, & pace limites tuos stabilauit.

O qualem quamq; luculentam nobis pacem Messias attulit! per quinque, cheu ante Mel-norum millia bella orbem diu exauerant, atque omnia armorum strepitu perstrebebant: nil præter diluuium, ignes, pluuias sulphureas descendere videbamus, ipsi quin etiam Angelus aduersus homines belligerabant. Toties iam humanum genus pacem petierat, missi erant tot Patriarchæ, Prophetæ, Reges, alique magna autoritatis viri, veluti legati, qui negotia pacis agerent, eamque à mundi Principe obtinerent. Missus fuit & Dauid Rex, & his eam verbis obtinere conatus est:

Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis, sed re infecta discessum est, nulla vnquam aut pacis aut induciarum spes affulſit vel minima, donec ipse venit Messias, qui eam secum ferret. Ita namque prædixerat Pſalmista: *Orietur in diebus eius iustitia &*

abundantia pacis: & ecce hodierna die eam ipse promulgat, dicens: Pax vobis; viuat pax, floreat, vigeat pax, Apostoli mei, viuere in pace, pace fruamini, quæ confirmata iam est, & vtrinq; iuramentis stabilita: iustitia quippe hodie & pax osculata sunt.

Interea vero, Auditores, dum ob temporalem hanc, quam Christus in mundum pacem inuexit, gestitis & exultatis: aliam equidem, longe magis necessariam, quam idem Princeps animabus nostris attulit, contem- plor & animo voluo: pacem inquam spiritualem & quietem internam conscientia: tulit.

felix

felix eius in mundum aduentus hanc nobis felicitatem, pacem, tranquillitatem attulit, & vsque in hodiernam diem continuare, non desinit: ille tentationum bella consopuit, prauorum affectuum tumultus pacauit, & vitiosa natura nostra impetus compefcuit.

Egregiam profecto allegoriam, quæ huc optime facere videtur, in Euangelio Ioannis legimus: nam cum tempestas valida cymbam, qua uehebantur Apostoli, vndiq; pulsaret, vt iam iam fluctibus marinis haurienda videretur: Iesu Christo nauiculam ingrediente, cessauit ventus & facta est tranquillitas magna. Ad eundem quoque modum, si anima Christiana nauigium, tentationum turbibus concutiatur, & prauorum affectuum procellis fluctibusq; agitur, & Christus gratia sua idipsū ingrediatur, vel ingredi tatum parer: omnis statim tempestas abiit, ventorum turbines scuire desinunt, & maior quam prius fuit, serenitas redit.

Idem propemodum in libro Genesios legitur: quamdiu namque Noe in arca commorabatur, omnia animalia pacifice inter se viuebāt, vsi cum leonibus, tigres cum tauris, pardi cum lupis, concorditer & sine villo maleficio inter se versabātur: sed quamprimum vt Noe ea dimisit, & vnumquodq; animal ad solitam solitudinem & spelæa rediit: iterum in se mutuo scuire, armari, seq; inuicem deuorare cœperunt. Tantumdem de animabus nostris dicere liceat, eas nimirum quamdiu Dei nutu & imperio reguntur, in pace viuere, & oēs eiusdem facultates miro inter se modo consentire: tunc nimirum pernicax illa concupiscentia, appetitus ille irascibilis, rabies illa sensualitatis, & feritas quiescit, & rebellare nesciunt: sed quantum vt Deus hinc recessit, præter bella, motus, tumultus, seditiones nihil apparet: Spiritus namque concupiscit aduersus carnem, & caro aduersus Spiritum.

Quamdiu Protoplastus Adam in iustitia illa perseuerauit, felici & inuiolata pace vsus est: sed statim, vt ea ipsa exiit, vt Deum reliquit, vt peccatum amplexus est, mille eum motus iliades malorum inuasere, sexcentaq; tribulationes virum inceslere, ipsis

quin etiam animalibus aduersus eum conspirantibus, morte quoque ei bellum indidente. vnde illi dictum est, *Morte morieris.* Idē Gen 2. omnino circa animas nostras fieri indubitata fide credendum est. Huiusmodi igitur *Pax vobis*, charissimi mei Apostoli: Quid amplius?

Ego sum, nolite timere, sumite animos, nolite consternari. *Ego sum*, vere tu es Domine, tu enim solus es, qui vere hoc dicere potes: tu namque es *ὁ ὢν ὁ πῶν*, ens entium, nos vero plane nihil sumus: tu verū esse es: nos nihil nisi priuationes, negationes, imperfectiones. Tu Vera substantia: nos tantum accidentia: tu esse à te ipso habes, nos vero nostrum mutuo à te accepimus: ita namque omnes creaturæ vno ore confitentur, dicentes, *Ipse fecit nos, & non i: si nos*: solus sol natura lucidus est, cætera sidera lumen ab eo mutuātur: tu sol noster es Domine, nos vero stellæ tuæ, tu ipsum esse, viuere, subsistere, æternitatemq; à te ipso habes: at nos quidquid habemus, non nisi à te habere contigit.

Nam quemadmodum omnia quæ in mundo sunt flumina à mari deriuantur, sine vlla tamen maris imminutione: ita omnes quæ in creaturis in rerum natura versantibus sunt perfectiones, à profundo diuinitatis Oceano originem sumunt, ipse licet Oceanus non imminuat. Oleum quoque Eliæ Prophetæ, quo magis à Propheta dabatur, eo & magis augebatur adeo vt vasa ad excipiendum deessent. Manna quoque in deserto, quo magis colligebatur, quo magis & cœlitus dimittebatur. Hordeacci quoque panes, quibus Dominus tot hominum pavit millia, eo multiplicabantur magis, quo magis manducabantur. Sunt hæ tres insignes figuræ, quæ euidenter demonstrant, abyssos illas diuinitatis, licet semper ex ijs hauriatur, nunquam exhauriri: sed infinitam illam essentiam, quo plures creaturas producit, eo & prægnantiorē manere, paratiorēque semper ad nouas quasdam & nunquam visas producendas, existere.

Producam hic & alios conceptus, aliaque mysteria eliciam, *Ego sum*. quid es Domine

IV.

Psal. 99.

I. Reg. 17.

Exod. 17.
Ioan. 6.

Gen. 7.

Gen. 3.

Christus Domine? homo nimirum, & Deus: Deus
Deus erat sum, idq; propria virtute resurgendo, facile
& homo. declaro: hoc namq; nec naturaliter, nec hu-
mana industria, nec virtute quadam Angelica, sed per meram fit omnipotentiam, quan-
damq; vim diuinam & supernaturalem te-
statur. Homo sum, humana nimirum indu-
tus forma, cuius hic vestigia videtis & aper-
ta indicia: testabitur hocce meum corpus.
Nolite porro existimare me spiritum esse vel
spectrum: sed huc oculos, huc ferte manus,
videte, palpate, accedite, & inspicite, an nō
verum sit corpus simile vestris.

Ego sum. O verba ingentibus referta my-
steriis, & diuinis intellectibus plena! Duo-
bus hisce oculis duo maxima innituntur my-
steria: ipsum nimirum Trinitatis & Incarna-
tionis Verbi Dei. *no ego* tribus constat litte-
ris ac duabus syllabis, & vnum est vocabu-
lum, quo sublime Trinitatis mysterium de-
notatur: quæ tribus personis, duab. proces-
sionibus, intellectus & voluntatis constat:
cum vna & eadem trium natura sit. *sum*
quoque vocabulum æque diuinum, eodem
modo efformatum est: vna scilicet vox, &
tres literæ ac per ipsum, Verbum illud Pa-
tris, atque Incarnationis mysterium designa-
tur, tribus constans naturis, corpore, anima,
& diuinitate, inque in vnam personam Iesum
Christum scilicet, coadunatis eum nimirum
qui hodie dicit *Ego sum*, homo pariter &
Deus.

Quid vero o Apostoli, semperne time-
bitis? nondum eum agnoscitis? nondum
vocem eius percipitis, quam toties concio-
nantem, clamantem, exhortantem, audiui-
stis: an non eadem vox est, ad cuius impe-
rium venti & mare siluerunt? an non eadem
vox, quæ Scribas & Phariseos, legisque Do-
ctores toties confutauit? an non discernere
valetis, vtrum illa ipsa vox sit, de qua milites
dixere, *Nunquam homo sic locutus est.*

Maac cæcurens Iacobi vocem agnouit,
licet Esau indutus esset exuias, de qua sta-
tim dixit. *Vox quidem Iacob, manus autem E-
sau.* Vos autem verum Iacob, Iesum Christum
è voce agnoscere non poteritis licet vesti-
menta gloriæ indutus sit.

Equidem, o Apostoli, Saluatorem meum

hunc esse ausim asseuerare, atq; omnes for-
tunas meas in idipsum oppignorare: agno-
sco vocem eius, eam ipsam vocem quæ Da-
mones fugauit, quæ Lazaros à mortuis ex-
citauit, quæ ab hinc tribus diebus septies in
cruce exclamauit. At si vocem eius agnoscere
nō potestis, accedite propius & videte, pal-
pate & tangite.

At quomodo videri potes Domine, quo-
modo palpari, qui penitus iam gloriosum
corpus habes? Habes nimirum adhuc vulne-
ra, seruas adhuc fixuras & vestigia clauorū,
stigmata læcæ, vibices virgarum, cicatrices
flagrorum, & puncturas spinarum. At cur?
quam potissimum de causa hæc seruasti
in signa Domine, cur has in corpore notas
apparere voluisti? cur ipsa resurrectio hæc
omnia nō erasit? Seruat hæc vt vos aliquan-
do confundat, Iudæi, vt vobis in vltimo Iu-
dicii die pudorem incutiat: vobis, vobis in-
quam hæc stigmata reseruata sunt, vt videat-
is in quem confixeritis, vobis ea seruati in
vltimum Iudicii diem, ac tum propter hæc
vos vulnera condemnabit.

Seruauit etiam has cicatrices propter vos,
o Christiani, vt eas quotidie inspicientes, &
in animo habentes agnoscatis, quantum
Christo humanam propter vos carnem in-
duta, & crucifixo, vestri causa vulneribus
cooperto, debeatis: & sane si delicatas atres
habueritis, quotidie eum ingratitude
vobis vestram exprobratem audiretis, ac di-
centem, *seruire me fecistis peccatis vestris*: per-
inde ac si diceret, Peccata me vestra, o in-
grati, seruū reddiderunt, ignominiosam me
mortē subire coegerunt, mille me vulnerib.
cooperuerunt, quorum adhuc cicatrices &
vestigia cōspicitis, & interea ea vestra ingra-
tudo est, vt noua quin etiam mihi vulnera
infigatis, cum tortoribus meis amicitiam
contrahitis, peccata inquam amplectamini
quæ mortem mihi attulerunt. Tot tamque
ego vestra causa feci, vos vero mei ergo quod-
quam facere recusatis: manus hæc, pedes, sa-
crum hoc & venerandū caput, totum hocce
meum corpus, tot supplicia sustinuit, vestrum
vero nihil omnino perpeti vult. Quam ob-
rem sanguis, clauis, læcæ, & vulnera illa mea
vindiectam aliquando clamabunt.

Ob hanc videlicet causam Christus sacra illa vulnerum vestigia in corpore suo seruauit, Auditores. Palpate igitur & videte, inspicite, contemplantini, considerate eadem attentius: atque ubi attentius ea inspexeritis, asseuerate ausim ac sancte promittere, ita vos iisdem permotum iri, ut nihil unquam Christi causa perpeti recufaturi sitis, cum tanta illi vestri causa videritis pertulisse.

Referam hic e Suetonio egregiam de Cæsare Augusto historiam. Hic cum quodam tempore per urbem eques incederet, miles qui olim sub eo stipenda meruerat, eum aggressus est, & his verbis allocutus: Iam dudum est Cæsar, ex quo sub tuis ego signis merui, ex quo ductu & auspiciis tuis arma indui toties, tam variis in præliis Maiestas vestra, credo, videre potuit, quanta pro eiusdem salute & incolumitate discrimina adierim, pericula subierim. At modo nescio quæ me aduersa fortuna castris exciuit, ciuilibusque causis & litibus immerfit, in quibus de honore, fortunis, artis ac focis, vita denique mea agitur: adeo ut si secundum me non pronuntietur, egens & inops omnibusque fortunis destitutus victurus sim. Hinc ò sacra maiestas, regiam tuam opem implo ro supplexque obsecro, meum ut negotiū suscipias, ac tua potissimum commendatione meum iudicis ius tueatur, causamque ex voto iudicet. Victus supplici hac militis oratione Cæsar vni e suis mandauit ad iudicem ut referret, ut suū militi ius conferretur, at miles indignatus & hanc dedignationē ægerrimē ferens, apertopectore omnium, quæ pro eo in bello acceperat, vulnerum cicatrices detexit dicens: *Non ego te Cæsar per procuratorem, periclitantem in bello Asiatico defendi: sed meum ipse corpus hostibus obieci, quod hæc vulnere abunde restatam faciunt.* Augustus porro modesta hac militis castigatione, & vehemēti eiusdem affectu non nihil erubescens, equo quamprimum descendit, iudicem adiit, eique mandauit, militis ut patrocinium susciperet, eiusque causæ æquitate defenderet.

Hoc ut tibi accommodem, Christiane, ut inde erubescas, cogita, cum generosus ille miles Iesus Christus tibi ieiuniū indicit, cū

Tom. 1. Pars Hyemalis.

te peccata plangere, pœnitentiā pro iisdem agere, aliquid sui causa perpeti vult, & tu id ipsum detrectas corporis imbecillitatem obiciens, eique per alterum, siue per procuratorem, obsequi desideras: cogita inquam, eum vulnera tibi ostendere, cicatrices pro te seruatas exhibere, tibi que exprobrare dicendo: *At ego peccator periclitantem te in bello passionis per procuratorem non quæsiui: dum scilicet vita tua in extremo discrimine versabatur, in monte Caluarie, in conflictu passionis, non quæsiui qui meas partes ageret, non adhibui Angelos, ipse certamen subiui, tibi opem tuli, ego tibi vitam seruauit: quam obrem contemplare vulnerum cicatrices, vide vibices verberū, quæ tui causa sustinui, Palpate & videte.*

Eloquentiæ flumen Tullius refert, M. Cic. Ad. 7. Antonium summum illum Romæ Oratorem, in Verr. cum in rostris M. Aquilii causā defenderet, videretque Iudices nullos ad commiserationem verbis flecti posse, seque incallum nervos ingenii, vocem & latera intendere, reo appreheso pectus aperuisse, pectus inquam, vulneribus ob patriæ salutem, incolumitatemque Reipub. acceptis deforme ac dicere cepisse: si mea vos hæc tenus verba P. C. flectere non potuerint, ut Aquilii causæ patrocinaremini, eiusque misereremini, moueant saltem, quæ in patriam suam contulit beneficia, moueant inquam hæc quæ ob Remp. accepit vulnera, illa quorum hic cicatrices plurimas videtis, illa vos inciteant, ut hunc virum morte ereptum viuere patiamini. Et sane tantum potuit tristis hic vulnerū apud Iudices iuratus, ut Aquilium statim communi sententia absoluendum iudicarent.

Si te, peccator, piæ inspirationes, illæ per alios exhortationes quæ pœne quotidianæ sunt, hæc tenus à peccando retrahere nō potuerint, teque ut tui ipsius miserearis, non permouerint: moueat te saltem Saluator, dū tibi sacrum pectus nudat, mille vulneribus plagisque deformatum, cum tibi caput spinis coronatum, manus clavis confixas, latera spiculo aperta faciem sanguine oppletam, & contusionibus liuidā exhibet, atque ea quidē omnia salutis tuæ causa, tui defendēdi ergo tolerata: & sane cum tam triste, tam lachry-

Dddd mabile

mirabile spectaculum vides, an non commo-
ueberis, vitamque emendabis? vitis valedi-
ces: an nō tui ipsius misereberis; Redempto-
risque tui tormenta an non te ad compati-
endum excitabunt, & efficiant, necum in po-
sterum offendas?

Palpare & v. Note. Aliud nolite tangere o
peccatores, aut aliud conspiciere quam hanc
crucem, hæc vulnera, illa tangite, & palpare
quā dura sint hæc intuemini & videre, quā-
rum dolorem incuciant. crucem stringite
brachiis, & in oculis habetote vulnera.

Aliud obsecro Domine oculi nō videant,
aliud manus non tangant, aliud reliqui sen-
sus non respiciant, quam pretiosum & sacru-
rum corpus pro nobis compūctum, exeru-
ciatum, vulneribusque coopertum: aliud o-
culi speculum non intueantur, quam illud i-
psum corpus, vti in eo peccati, quod hæc tibi
vulnera infixit, sceleratam, & Patris æterni
iram, qui tibi filio suo noluit ignoscere, con-
templentur: amorem item grandem, omnia
transcendentem, infinitum & ineffabilem,

quo nos profecutus es, pro nobis suffice pa-
tendo & sanguinem nostri causa effunden-
do, inspiciant. Sed præsta Domine, vt hinc
etiam colligat anima, quantum ad redaman-
dum obligata sit, & quale quamque diligen-
tibi hanc propter crucem, hanc passionem,
mortem tam amaram, tormenta adeo atro-
cia, tamq; pertinacem longanimitatem præ-
stare debeat obsequium.

Heu! quid est quod tibi non debeamus
Domine? quid exigis? quid postulas? quomo-
do tibi cupis fatishi? scilicet vt quemad-
modum te ipsum nobis totum dedisti, ita
quoque nos tibi totos vicissim offeramus &
impendamus. hoc igitur tibi cor offerimus,
vt nihil aliud cogitet quam te: hanc volun-
tatem, vt aliud non amet quam te: hoc deni-
que corpus & animam hanc tibi destinamus,
vt in hoc mundo tibi obsequium exhibeant,
expectantes interim, donec te in altero

sæculo laudent & glorificent.

Amen.

